ANGELI MATTHAEACII IVRISCONSVLTI

IN CELEBERRIMO PATAVINO GYMNASIO E PRIMA CATHEDRA HORIS MATVTINIS IVS CIVILE INTERPRETANTIS

De Via, & Ratione artificiosa Iuris vniuersi Libri Duo.

Quibus addita sunt Summaria, Indicesque duo, Titulorum vnus, alter singularum Sententiarum.

CVM PRIVILEGIO.



Venetijs; apud Paulum Meletum MDXCI.

IACOBO FOSCARENO
SENATORI
AMPLISSIMO,
ET DIVI MARCI PROCVRATORI
ILLVSTRISSIMO,
Angelus Matthæacius,
S. P. D.

ACCIPE primitias, quas nunc tibi offero ampliſſime FOSCARENE: quæ ſcilicet lucubrationes meæ te vnum tutorem, ac defenſorem ſuum exigunt, cuius clypeo munitæ iter quoquo verſum tutò tenere poſſint, plures etiam ſtudioſos legum ſibi comites expoſcunt, qui ad ſacrum Mineruæ templum per legitimos iuris tramites hanc habeant viam: te igitur principem, ac originem; hos vero finem, & metam laborum ſuorum iure, & merito nuncupant, quod ſanè meæ erga te obſeruantię, & animi beneficiorum memoris perpetuum erit indicium: quibus enim magis hoc totum frugis meæ (quicquid id eſt) debere exiſtimem, quam tibi, Vir Illuſtriſſime, & ſapientiſſime? qui mihi ad hoc munus Deo fauente auctor, & dux extitiſti: cui præterquam, quod, & ſpiritum acceptum refero, iure etiam debeo laborum meorum fructum, rationemve aliquam reddere, vt quemadmodum mihi ad bene ſperandum, quaſi ſignum aliquod ex arce tua extuliſti, ita etiam ad longius, altiusque progrediendum nonnullum auxilium (quæ tua

est humanitas) libenter præstes, vt hoc nouum renascens in Italia studiorum genus non modo aliquem fructum in studiosorum commodum iampridem attulisse, sed vt mihi etiam ad maiora Iurisprudentię aditum patefecisse videatur. Quibus demum alijs magis, quàm legum studiosis hos fructus per te deberi existimem? quorum omnium emolumento id oneris à Senatu Veneto ipsis efflagitantibus mihi fuit iniunctum, quod si diuini numinis aura spirante eorum omnium vtilitati, & ornamento grauiora etiam & vtiliora peperisse; & si id à me aliquando ex votis annuentibus eis impetratum fuisse mihi vnquam datum fuerit, tum demum pręclare mecum actum iri iudicauerim, & ipsis summopere gratulatus fuerim, eos etiam mihi amicissimos appello, qui viam, & rationem Iuris vniuersi ex ore ad os communicatam sępius audire optarunt, quique toties efflagitarunt, vt hęc non inuitus hominum gratia in lucem proferrem, vt aditum patefacerent ad ea præclara in hac scientia consideranda, quæ ad solidam iuris ciuilis disciplinam pertinere viderentur, eos inquam appello, qui me publico docendi munere occupato hæc è tenebris in lucem intempestiuę prodire voluerunt, quique me inscio, & inuito hæc elucubrata quasi partum immaturum ex secto matris ventre extractum, non sine aliquo errore protulerunt. Accipe igitur hoc, quicquid id est, Senator amplissime, solita tua benignitate in dies etiam maiora expectaturus, ita vt nunquam te pęniteat hoc legendi munus, addo etiam eo docente, qui cum iurisprudentia philosophiam coniungeret in hoc florentissimo Gymnasio à Senatu institutum tua autoritate tamquam numine aliquo propitio fouisse, & extulisse, vt legum studiosi hęc poma ex ipsa iuris arbore lecta degustare possint, non præcocia quidem, sed quæ prius multo quàm maturescerent, duriuscula ac gustatu acerba commilitones sui decerpserunt, quę tempestiuè tamen tunc maturescent, fientque mitia, & iucunda cum his primitijs secundi vberiores coniungentur fructus: vtque demum ex huius plantę semita ampliorem valeant sternere, parareque viam ad sublimiora, ego pręibo,

ipsi me præeuntem sequentur, & hanc simul iuris vniuersi inibimus, redibimusque viam. Tu igitur, INCLITE FOSCARENE, qui maiores omnes reipublicę Magistratus summa omnium cum laude, & applausu recte gessisti: qui maritimę classis Imperator Regno Cretensi nouus veluti Iuppiter iura, & leges dedisti: quique veluti splendidissimum cœli sydus integritate ac iustitia in Repub. fulges, hęc leuiora, quàm vt tuæ amplitudini dicari mereantur, & qualiacunque elucubrata tibi dicata amplecti, tuerique ne graueris: enimuero nominis tui splendore illustrata Lectoribus multo gratiora offerentur, & viam mihi per tui nominis amplitudinem ad maiora etiamnum stratam, munitamque cognoscam, & ingredi non pertimescam. Vale. Patauij, idibus Iulij. MDXCI.

CLAVDII ANCANTHERI MEDICI.

Huc Themis haud venit primum, vt depressa iaceret,
  Demissa in terras cœlitus, orta Ioue.
Ast assueta malis mortalibus, ipsa coacta est
  Paullatim agnatos dedidicisse lares.
Dux tandem certo regit hic vestigia calle,
  Læta iterum ad superos, en Themis vrget iter.

Eiusdem.

Ἡ πάρος ἐλομένη ἑτερόπτερος ἀμφαδὸν ἦεν,
  Αἰρομένη χαμόθεν, καὶ πονέουσα, μόγις:
Αὐτὰρ ἐπεὶ ταρσὸν Μαθιάκιος ἄλλον ἔθηκεν,
  Εἰς στάσιν ἐκ γαίης ἑαυτὸ οὐρανίην.

OCTAVIVS PLOVENVS I. C. VICENTINVS, DVCA EVDOMENOIANVS CRETENSIS IVRISCONSVLTVS, BARTHOLOMEVS MAINERVS PATRICIVS GENVENSIS, VNANIMES,

Ad Lectorem.

PETIIMVS olim ab Angelo Matthæacio, celeberrimo Iurisconsulto, præceptore nostro, vt tralatitio, nouoq; aliquo docendi genere, diuerso ab eo, quod in publicis recitationibus, sibi cum cæteris eiusdem ordinis commune sequitur, domi subcessiuis horis Ius ciuile nobis explicaret; quæq; e philosophia, atque omni liberali doctrina eodem conducere arbitraretur, qua prudentia est & acumine, interpretationi suæ ita permisceret, vt è legum & omnis sapientiæ artibus, ex vtrisque quandam veluti officinam, penumve nobis abunde instrueret. is cum natura comis & humanus sit, & habeatur, cumque omnibus, sed auditoribus in primis gratificari cupiat, onus illud, laboremque nostra causa libenter sumpsit; & perfecit denique interpretandi assiduitate, vt nobis demum constiterit, iurisprudentiæ studium maxime in hac sola tradendi ratione versari; mox vt præclara inuenta cum studiosis communicarentur, inito consilio dedimus operam, vt opus amantissimi Præceptoris nouum, fru-

ƈuosum,

ctuosum, & luce dignum, lucem caperet, nihil ea de re prius cum illo locuti, ne cum sit rerum suarum minime omnium admirator, conatibus nostris in bonum, usumq; publicum pronis, modestia sua aduersaretur: confidimus tamen, nec temerè, fore ut, cuius summo beneficio priuatim usi essemus, in illo publico faciendo, eiusdem animum minus exulceremus. Hoc itaque Lector beneuole, quantumcunque est, quod certè maximum est, tibi uni a nobis prodijt, hoc a nobis tibi aequissimo fruendum utendum; caeteri maleuoli, quos nisi trita delectant, hinc manus abstineant monemus. Vale.

INDEX

TITVLORVM, QVI HOC OPERE CONTINENTVR.

Index Titulorum.

I N D E X

LOCVPLETISSIMVS

RERVM AC VERBORVM

MEMORABILIVM,

QVAE HOC OPERE CONTINENTVR.

A

Cōn.

E

lus

Filia

Glebam

Inter-

Quatuor

Casus,

L

loco

Proba-

Sabinus

S

Sub-

Testa-

F I N I S.

Errata potiora sic corrigito, quorum numerus prior Paginam, secundus Lineam indicant.

Pag. 2. Lin. 16. quæque. pag. 2. lin. 17. quæ. p. 2. lin 33. 34. 37. Ehemij. p. 2. tergo lin. 37. Ehemio. pag 3. lin. 17. necessario. pag. 3 lin 25. morales. pag. 2. lin. 34. Ehemius. pag. 3. lin. vlt. Ehemius. pag 3. tergo. lin. 4. tentabimus. pa. 4. lin. 7. Connani. pag. 4 lin 14. contextuales. pag 4. lin 25. mixtæ. pag. 5. lin. 23. præsidis. pag. 5. tergo. lin. 11. ex quibus. pag. 5. tergo lin. 15. receptis arbitris. pag. 5. tergo li. 33. vel emphiteuticarius. p. 5. tergo. lin. 41. amutatur. p. 7. lin. 5. excusationibus tutorum. p. 9. tergo. lin. 43. in finis. p. 10. tergo. li. 1. magnifacere. p. 13. lin. 25. suis. p. 14. lin. 8. tum. p. 14. lin. 6. reperiũtur. p. 14. lin. 17. valebunt. p. 14. lin. penul. Hermogenis. p. 15. li. 20. mutuã p. 17. lin. 12. hos. p. 17. lin. 29 eaque. p. 17. lin. 39. diuersi: sed affectio, & actio operationes suot diuersæ. *ibid.* ergo hi. p. 17. tergo lin. 30. prudentia. pag. 18. lin. 8. factiua. p. 18. tergo. lin. penul. pœnę. pag. 19. lin. vlt. contendunt. p. 19. tergo lin. 45. intelligantur. p. 22. lin 39. ex eius. p. 22. tergo. li. 20. vir. p. 22. tergo. li. 26. ęquinoce. p. 22. tergo. lin. 42. demõstratio. p. 23. lin. penul. leges. p. 23. tergo. lin. 44. Socrates. pag. 23. tergo. lin. 45. indolis fit. pag. 24 lin. 23. virtus est, uel. pag. 26. lin. 29. potest lege. pag. 27. lin. 19. *demetur* accincti. pag. 27. tergo. lin. 42. Ioui Feretro. pag. 28. lin. 37. dare. pag. 28. lin. vlt. intregentium. pag. 29. lin. 5. delectet mercatura. pag. 29. tergo. lin. antep. Eguinarius. pag. 30. tergo li. penult. dicta, quo. pag. 31. lin. 6. obscurauerit. pag. 31. lin. 40 iudicia. pag. 31. tergo. lin. 5. satisfaciens. pag. 31. tergo. lin. 29. qualeque. pag. 32. lin. 2. tribuens. pag. 36. tergo. lin. 3. quæ non solum. pag 36. tergo. lin. penul. seueritatis. pag. 37. lin. 26. partes aliquæ. pag. 38. tergo. lin. 37. litis. pag. 38. lin. 43. meta. pag. 39. lin. 41. *in margine.* ff. de. p. 39. li. 43. fine possidetis. p. 39. lin. vlt. de commodo. pa. 39. tergo. li. 14 caperentur. pag. 41. li. 33. *in margine.* ius prætorium. pa 42. tergo. li. 4. declaraui. pag. 4. tergo. lin. 12. possidere. pag 44. lin. 2. naturalis. pag 44. linea 41 excrescente. pag. 45. li. 1. *in vete.* marcialis. *Item* lapis *item* magnes. p 46. lin 42. *in margine.* Plato 4. de legi. pag. 48. tergo lin. 16. responderis. pag. 49. lin. 20. obiectu. pag. 50. lin. 4. aurispices. pag 53. tergo. lin. 46. tum ego. pag. 54. lin. 41. constans. pag. 54 tergo lin. 13. Eguinarius. pag. 55. tergo. lin. 41. eruta. pag. 56. lin. 18. resoluimus. pag. 57. lin. 31. repente. pag. 58. lin. 4. tergo. *in margine.* l. item leges. de leg. pag. 59. lin. 35. explere. pag. 60. li. 15. causa. pag. 61. lin. 9 delendam. *Item* culpã ut. pag. 61. li. 13. duorum. pag. 61. li. 39. *in margine* de verbo. sign. pag. 61. tergo. lin. 38. canticæ. pag 62. lin. 3. *in margine* de mort. infer. pag. 62. li. 19. auctorem. pag. 62. lin. 20. indagatione. pag 65. li. 3. *in margine*, de legib. *Idem* nu. 20. pag. 66. tergo. lin. 7. eum. pag. 66. lin. 38. factæ. pa. 67. li. 8. *in margine* Vasqu. quæst. lib 1. c. 5. pag. 67. tergo. li. pen. quam. p. 68. li. 35. quid p. 68. tergo. li. 4. disputabamus. p. 69. li 33. *in margine.* Menoch. lib. 2. præsump. c. 6. p. 69. lin. 45. se obseruasurũ. p 69. li. 46. *In margine* Rom. cõl. 218. p. 69. tergo. lin. 19. mundum inferiorem. p. 70. li. 1. relatum. *Item in margine.* l. 1. l. fi. C. an seru. per su. fact. post me. & c. regenerãte. de cõsecrat. dist 4. p. 71. lin. 22. *Imperatoris.* p. 71. li. 30. domitam. p. 71. tergo. lin. 16. Butrigarius. p. 72. li. 17. orientalesq; insulas orientalib. *Item* Occidentalibus. p. 72. li. 46. & iam. p. 72. tergo. lin. 29. vestrã esse quandoq; factam. p. 72. li. 47. toto. p. 72. li. 50. tybrim. p. 74. lin. 6. parte securis. p. 74. lin. 19. ad hermaphroditum. p. 74. li. 23. accrescent. p. 74 lin. 42. similitudines. p. 74. li. 24. tergo. *in margine.* l. qui duos malos. ff de leg. 3. & l. Cæsar. ff. de publ. p. 74 lin. 33. tergo. *In margine.* l. cum auia. de cond. & dem. pag. 74. li. 34. tergo. *in margine.* l. qui habebat. de reb. dub. p 75. li. 5. *in margine.* l. duo sunt Titij, de test. tut. & l. si fuerit legatũ de reb. dub. p. 75. li. 10. *in marg.* l. in ambiguam de reb. dub. pag. 75. li. 24. *in marg.* l. si seruus. §. vlt. de leg. 1. pag. 75. lin. 41. poscit. p. 76. lin. 1. si opus fuerit. p. 76. tergo lin. 35. confunduntur. p. 76. tergo. li. penul. *in margine.* Iudicum. c. 14. pag. 77. li. 1. *in marg.* Plato in 5. de repu. p. 77. tergo. lin 44. Mœuianum. p. 78. tergo. lin. 8. trigonus. pag. 79. li. 1. *in marg.* Ange. Aret. de malefi. in verb. in platea. v ers. quæro, quid si aliquis existens in platea. pag. 79. lin. penul. non. pag. 79. tergo. lin. antep. vel. pag. 80. lin. 36. iure. pag. 82. lin. 9. abito. pag. 83. lin 4. emancipati fuissent. pag. 83. li. 1. *in margine.* l. si mater. C. de inst. & subst. *item.* l. si Męuius, de cond. & dem. p 83. li. 7 *in margine.* l. qui hęredi de condi. & demonstr. pag. 84. tergo. lin. 8. pleraq;. pag. 85. lin. antepen. necessariam. pag. 85. li. pen. se eo die. p. 85. tergo, li. 5. eum. p 86. tergo. lin. 14. cõprobẽt. p 86, tergo. li. 25. viuus. p. 89. tergo. lin. 22. statisque. p. 89. li. 41. conatur. p. 89. lin. 46. leguleorum. p. 90. lin. 10. legulei. p. 90. lin. 24. dissoluunt. p. 91. li. 20. facerę. pag. 92. lin. 27. iudices. pag. 93. lin. 25. exceptiones. pag. 95. lin. 42. gaudeant. pag. 96. lin. 13. *bis* spirat. pag. 97. lin. 10. decessissent. pag. 97. lin. 37. euanescere. p. 98. lin. 9. lex, p. 98. lin. 20. Oldradi. p. 99. lin. 15. reperitur. pag. 99. lin. 31. leg. Vel. pag. 99. tergo. lin. 42. vtique. pag. 101. lin. 37. Alciati. pag. 101. tergo. lin. 19. casus. pag. 103. lin. 27. eum. p. 103. lin. 44. testamentum. p. 103. tergo. lin. 17. potuerint. p. 104. lin. 32. quidam. pag. 104. tergo. lin. 17. quid si. pag. 106. lin. 34. iusserit. pag. 106. tergo. lin. 8. euanescunt. p. 108. tergo. li. 6. fuisset. pagina. 108. tergo. lin. 30. eo tantum. pag. 108. tergo. lin. 31. corrigunt. p. 108. tergo. lin. 37. duorum. pag. 109. tergo, lin. 9. accresceret. pag. 109. tergo. lin. 6. quispiam. pag. 111. tergo. lin. 3. variè scriptum. pag. 11. linea 5. eam. p. 119. lin. 18. demantur. p. 119. lin. 19. præterea. p. 119. tergo. lin. 40. Thesia. pag. 120. li. 3. firmia pag. 120. lin. 45. ab. p. 120. tergo. lin. 42. at vnam. pag. 124. lin. 15. parare. p. 130. tergo. lin vlt infamiæ metum. pag. 132. lin. 1. *in marg.* Aeneas Siluius in dict. & fact. Alfonsi Regis.

ANGELI MATTHEACII
DE VIA ET RATIONE ARTIFICIOSA IVRIS VNIVERSI.
LIB. I.

De ratione Iustinianea docendi addiscendiq́ue Iuris ciuilis. Cap. I.

1 *Multi recesserunt à vera ratione Iustinianea addiscendi Iuris ciuilis.*
2 *Auditores primo anno Iustinianei noui appellantur, secundo Edictales, tertio Papiniani, quarto Lytæ, quinto Prolytæ.*
3 *Interpretatio dictionum* Παρατιτλα, *&* κατα ποδας.
4 *Forma Iustinianeæ Methodi.*
5 *Qua de causa Auctor conscripserit Iuris viam, & rationem.*
6 *Athenas studiorum causa petentes primo anno Sapientes, secundo Philosophi, ter-*
7 *tio Rhetores, quarto Grammatici, quinto Inalphabetici dicebantur.*
8 *Caueant legum studiosi, ne primo anno Doctores, secundo Licentiati, tertio Baccalaurei, quarto Leguleі, quinto legum prorsus imperiti euadant.*
9 *Paucis datum est per legitimos tramites Iustiniani ad iurisprudentiam aspirare.*
10 *Duos esse præcipuos animi habitus, Scientiam, & Padiam.*
11 *Qua ratione hanc iuris pædiam conscripserit.*
12 *Quam vtilitatem hæc afferat via, & ratio.*

CVM Iuris ciuilis scientiam, ac dignitatem, quam Iustinianus non minus belli gloria, quàm iuris, & legũ maiestate Imperator insignis, nobis digestam edidit, vndequaque sedulo contemplarer, & contemplando admirarer, cœpi mecum tacitus cogitare, quanam leuiori via, legum studiosis ad sacrum iurisprudentiæ tẽplum pateret aditus, quòd plerosque à recto legislatoris tramite, satis infœliciter recedere, ac per deuia, per saltus, & spinas, non sine maximo animi mei mœrore præcipites dari intue-
1 rer. Ipse enim legum Romanarum Princeps [a] post ipsam Pandectarum diuisionem, egregiam sanè rationem docendi, discendique iuris ciuilis, methodum inquam tum ratione materiæ, tum ratione formæ facillimam, & certissimam, ex latente verborum sententia, exhauriendam insinuauit. Ratione materiæ, dum singulos iuris libros, quos singulis annis professores docere
2 oporteat, ita distribuit, vt adolescentes auditores primo anno Iustinianei noui appellarentur, cum antea dupondij, ridiculo cognomine, quod vno tantum anno iuri operam nauassent, nuncuparentur: secundo anno Edictales, vtpote cum in edictis iam versari cœpissent: tertio Papinianistæ, ob Papiniana re-

[a] Iust. in pro. Digestorum. §. discipuli vero, & passim.

ponsa dicerentur: quarto λύτας, quod subtilitates soluere, & explicare possint: quinto προλύτας Auditores vocarentur, quòd iā expleto quinquennio, & perfecto librorum circulo præfixo, lytis, vel solutoribus eruditione præ-

a l. 2 §. hoc autē, quod. C. de vete. iu. enucl.

3 starent, quasi antecessores τῶν λυτῶν. Ratione formæ, b dū κατὰ πόδας, & παρά-
τιτλα interpretationem, cæteris penitus reiectis, admittit. Enimuerò sic tacitus innuit viam, & rationem, quibus iuris interpretem in explicandis legibus vti oporteat: nam inepta illa in Alexandria eruditione interdicta hanc tandem se inuenisse gloriatur. Incipite igitur (inquit) legum doctrinam eis Dei gubernatione tradere, & viam aperire, quam inuenimus, quatenus fiant optimi iustitiæ, & Reipublicæ ministri: Græca insuper Latina, & Latina Græca conuertere. Ex quibus oritur, & fulget forma methodi Iustinianeæ docēdi, addiscendique Iuris ciuilis, de qua postea abundè dicturi sumus.

§. hæc autē tria. & §. fin. I. pœmio storum.

Hinc factum est, vt vobis, legum studiosi iuuenes, efflagitantibus, non po-
4 tuerim non morem gerere, non de vera methodo Iuris ciuilis vobiscum ali-
5 quando disputare, non hanc demum totius iuris παιδείαν ex ore ad os magistra
6 li voce communicare. Summo itaque studio, & alacri animo, huic rationi studendi vobis enixè erit incumbendum, ne ea neglecta, in vos eadem mordi-

c vt Plutarchus refert de profectu morū, c. 11.

cus obijciat Menedemus c Eratriensis, quæ Athenas studiorum causa petentibus opponere solebat, eos primo anno Sapientes, secundo Philosophos, vel amatores Sapientiæ, tertio Rhetores, quarto Grammaticos, quinto in-
7 alphabeticos euasuros. Cauetote igitur, ne primo anno vobismetipsis φιλαυ-
τίᾳ ducti, Doctores videamini eximij: sequenti, missionem meriti, siue licentiati: tertio, Baccalaurei: quarto, Leguleij: postremò, legum omnium (vt rectè

Duar in Episto. de Ratione docendi addiscēdiq; iur.

sentit Duarenus) imperitissimi habeamini. Quamobrem per legitimos Iustiniani tramites, per viam, & rationem iuris legitimam, ad summa vsque iurisprudentiæ fastigia vobis erit contendendum, & aspirandum. quod sanè
8 in tota etiam Italia, armis, & literis fœta, ac non ingloria, datum est paucis, quos (vt Poeta cecinit) æquus amauit Iuppiter, atque ardens euexit ad æthera virtus. Hac siquidem ratione ius ciuile in artem redigi poterit. Quod si liuidis aliquibus temerarium fortasse ac impossibile visum fuerit, eisdem Io. Corasius iure optimo respondebit. Scio (inquit) institutum meum in deteriorem partem rapient inepti quidam, & leuissimi homines, nec litterarum, nec nandi periti, qui ex suo ingenio alios diiudicantes, id nulla ratione fieri posse putant, adeoque impudēter contendunt. Sed fremant oēs licet, à cœpto cursu non reuocabor ego. Præterea Caius, & Pomponius, inter Iuriscōsultos viri auctoritate, & iurisprudētia valde insignes, facturi legū vetustarū interpretationem, maxime absurdum putarunt, omissis initijs, atque origine non repetita, illotis, vt aiunt, manibus protinus materiam ipsam tractare. Namque (nisi fallor, inquit Caius) ipsæ præfationes, & libentius nos ad lectionem propositæ materiæ perducunt, & cum eò venerimus, eius euidentiorem præstant intellectum. Quod quidem etiam multi tam Græ-

Cor. de iur. arte, lib. 1. capi. 1.

ci, quàm Latini, atque ij præcipuè, qui altiora professi sunt, sapiēter præstiterūt. ex quibus sanè compertum est, in omni contemplandi genere, omniq; tum nobiliori, tum ignobiliori docendi via, & ratione (vt rectè Philosophus censuit) duos esse præcipuè animi habitus, quorum alterum scientiam rei appel-

Arist. de pa. Anim. lib. 1. cap. 1.

lari, alterum quasi peritiam quandam liquet. Hominis enim, inquit, probè periti officium est, iudicare perspicienter posse, quid nam rectè, aut non rectè ab eo, qui docet, exponatur, quippè cum & hominem omninò peritum, talem esse existimemus, & peritiam ipsam, non nisi facultatem huius officij esse statuamus. Enimuero, antequam sibi propositam aggrediantur

artem,

tem, altioris indaginis rationes habere consueuerunt. Quorum etiam
1 ego ductus exemplo, hanc iuris vniuersi pędiam præmittendam duxi, quam
tidem omnibus legum studiosis non mediocriter profuturam existimo,
12 tum quia totam iuris ciuilis artem ipsa respicit, & ad ea omnia quæ leges am
pętuntur, cognoscenda, animos præparat, tum quia methodum, atque
dinem ponit ante oculos, quibus ea omnia, quæ habentur in eis confusa,
& inordinata, ordinare, distinguere, & ad sua vsque principia retrahere va-
lemus, & quæ nos in totius iuris penetralia, naturæ, gentium, & ciuilis,
quasi manu sit ductura; quibus planiori via, paruoque negotio, ad exactã,
perfectamque scientiam iuris ipsius peruenire possimus. Quibus præcogni
ti, si Bartoli, si Baldi, si cæterorum iuris interpretum volumina euoluere,
quidque viri illi alloqui præclari, in singulis senserint, perquirere libuerit,
cum obscura, & dubia erunt dilucidanda, & controuersa diiudicanda, ve-
rorum earum legum sensu freti, ab earum purissimo, ac limpidissimo fonte
exausto, ab omnibus tricis, ac meandris, tutò facileque nos explicare po
temus. Quæ igitur iuris prudentiæ subiectum respiciunt, suo quoque or-
dine, sunt illa quidem, quæ nos, priusquam ius ipsum, vel scriptis compo-
nendum, vel viua voce edocendum penitus aggrediamur, sane quàm dili-
genter consideranda proposuimus, arbitratique sumus.

De Subiecto iurisprudentiæ. Cap. II.

1 *Quodnam sit subiectum iuris prudentiæ.*
2 *Azonis opinio, triplicem esse iuris materiam.*
3 *Quatuor præterea aliorum referuntur opiniones.*
4 *Duo constituunt subiectum, res considerata, & modus considerandi, & reyci-
tur Azonis opinio.*
5 *Secunda reyicitur opinio, hominum negotia, vel actiones.*
6 *Omnis quæstio aut iuris, aut facti. Quæstio facti non pertinet ad Iurisconsultum.*
7 *Hominum facta considerat historicus moralis, politicus, & Iurisconsultus di-
uersimode.*
8 *Tertia reyicitur opinio, quòd iustitia non sit subiectum.*
9 *Quarta reycitur, quòd ius bonum, & æquum non sint subiectum.*
10 *Quinta reyicitur, quòd nec contractus, vltima voluntas, nec iudicium.*
11 *Opinio Christophori Chemÿ de subiecto iuris longè melior cæteris refertur.*
12 *Opinio propria Auctoris, quæ ferè concinit illi Chemÿ.*
13 *Declaratio propriæ opinionis.*
14 *Moralis politicus, & Iurisconsultus differunt in modo considerandi.*
15 *Chemÿ differentia in subiecto constituendo an sufficiant.*
16 *Clarior declaratio Auctoris.*
17 *Politicus, & Iurisconsultus, quomodo differant in lege, Iure, & Iustitia tra-
ctanda.*
18 *Homo iustè legibus agens, an sit subiectum.*
19 *Iurisprudentia est aureus partus Ethicæ, & ciuilis philosophiæ.*
20 *Vnum subiectum commune Ethicæ, œconomicæ, politicæ, & iurisprudentiæ.*

1 PLVRA quidem, eaque varia sunt, de quibus in iure ciuili agitur; propterea dubium est, quod nam eorum, vnum, vel plura statui debeant adæquatum subiectum eius? Antiqui Iuris interpretes, ob ignorationem Dialecticæ, & Philosophiæ in absurda quædam, & inerudita inciderunt, vt nec satis sibi

Quodnam sit subiectum iurisprudentiæ.

2 constiterint; & nonnullis irridendi sui facultatem dederint; Quorum omnium Princeps videtur Azo; [a] qui ab exordio summæ in libros Codicis triplicem esse iuris materiam asserit, generalem; communem; & propriam, & in hæc verba suam profudit sententiam: Materia triplex reperitur; generalis, communis, & propria: Generalis materia horum librorum Iuris sunt ius, iustitia, item negotia, item duo vitia, error, & contumacia: super iustitia, & iure intendunt Principes tractare, vt homines mali efficiantur boni, boni autem efficiantur meliores, tum metu pœnarum, tum exhortatione præmiorum, vt apud Vlpianum in cap. primo de Iustitia, & iure. sic namque dicitur ab Horatio.

Azonis opinio prima, triplex materia.

[a] In summa Codicis, in principio.

„ *Oderunt peccare boni virtutis amore:*
„ *Oderunt peccare mali formidine pœnæ.*

„ Super negotijs intendunt, quemadmodum debeant decidi, super vitijs, vt expulsa sint vitia. Communis materia omnium Principum est rudis æquitas, ius approbatum, & id quod obseruatur pro lege, & iure, super quibus omnibus intendunt Principes; Propria autem materia Iustiniani in Codice Iustiniani, sunt tres Codices, Gregorianus, Hermogenianus, Theodosianus, & extrauagantes Constitutiones, vt si quis dixerit, totius iuris ciuilis materiam propriam esse volumina antiquæ iurisprudentiæ, vt sentit Accursius in titulo de iustitia, & iure. Hæc Azo, quæ prius disputata fuere ab antiquis, Dino, Gul. de Cun. Alberico, Baldo, & alijs. nam à Dino illidi, & frangi cœperunt, vtpote, quæ maximas contradictiones, & ineptias continerent: Baldus tamen, cæterique eadem tueri conati sunt, varias etiam

3 aliorum de iuris ciuilis subiecto opiniones referentes. Alij enim hominum negotia [b] iuris subiectum esse dixerunt, nonnulli iustitiam, illi bonum, & æquum, isti vltimas voluntates; contractus; & iudicia. Verum, quoniam prisci illi auctores proprio marte falsos, ac ineptos sibi terminos commenti, totam Dialecticæ artem negligere; vel potius minime intelligere videntur, & haud secus, ac psittaci, quæ non intelligunt, obloqui; consultius fore putaui, inania eorum argumenta nusquam sigillatim referre, nec relata singula refellere, ne tantas ineptias refellendo, ipse quoque ineptire, & nugatorium opus facere videar: nam duobus exceptis, Christophoro nempe Chemio, & Ioanne Corasio, qui de principijs iuris recte scripserit, neminem vnquam legi, sed vt facile quod quærimus, cum doctissimis viris inuenire possimus, quo inuento antiquorum opiniones per se corrui, atque obrui videbuntur, per legitimos tramites progressi dicamus: dum quærimus subie-

Secunda, hominum negotia. Tertia, iustitia. Quarta, ius bonum & æquũ. Quinta, contractus, iudicia. Vltima, voluntates.

[b] Refert has opiniones Albe. in princip. ffortiati, Bal. in prin. tituli de iusti. & iu. Are. Inst. de iusti. & iu. & Portius ibidem in euidentialibus, ante Rubricã.

4 ctum iuris ciuilis, duo quærimus; [c] primò rem in eo consideratam, & ei toti adæquatam; Secundò modum considerandi, quo res illa pertractatur ab auctore. Hæc enim ambo, alterum, vt materia, alterum, vt forma, rectè nobis constituunt iuris disciplinę subiectum. Ex quibus manifestissimè patet, Azonis sententiam reijciendam; vtpote quę non constet duobus his, sed multigena, confusanea, contradictoria, & aliena in se contineat; & quãdo asserimus, hominum negotia, uel actiones fore quod inuestigamus, appa-

Duo quæruntur in subiecto.

[c] Arist. 1. Poste. c. de vnita. scient. & 2. phisico. c. 37.

paret

Omnis quæstio aut iuris aut facti, vna Rhetoris est, alia Iurisconsulti.

parer id solum non sufficere, cum duo requirantur; & uix facta hominum,
6 facta à Iurisconsulto perpendantur: omnis enim quæstio aut iuris est, aut
d facti, & ea quæ facti est à Iurisperito[d] reijcitur ad Rhetores, ad Oratores: d l. eum quẽ temere. de iu dic.
e tum quæ in facto consistunt etiam prudentissimos fallunt: [e] nec facta per- e l. 2. de iur. & facti igno.
f penduntur, nisi quatenus ex eis ius oritur. [f] Hæc insuper hominum nego- f l. si ex pla gis. §. in cli- uo. ff. ad leg. Aquil.
tia, qualia sunt etiam Romanorum gesta, commemorat Liuius, moralis,
7 & Politicus, honeste secernit, & regit: nec ob id recte dixerit quispiam, Ti
tum Liuium Historicum, esse Iurisconsultum, nec Politicum Philosophum,

Historicus moralis, Politicus hominum facta perpendunt.

nedum moralem talem esse Iurisperitum, qualem nos ab Atheniensium, &
Romanorum legibus Iurisconsultum verum exoptamus; quamuis tamen
amo huic simillimi sint, & in pluribus maxime conueniant. Accedat, quòd
g lege non solum hominum facta, sed scripta dictaque regunt: Portius [g] iu- g In eiuiden tialibus aote Rubricã de iust. & iu. Institut.

Tertia reijcitur opinio.

8 stitim subiectum materiale esse asserebat, quod prius Gulielmus de Cuneo
prorsus est; Sed quoniam iustitia vim potius habet formæ, quàm materiæ,
in hc ciuili facultate, cum ad eam omnia dirigantur, non esse huius artis

Quarta opinio simila.

9 subiectum materiale, manifeste patet. Alij ius vel bonum, & æquum, su-
biectum esse crediderunt, quibus obijci potest, duo necessaria exigi ad subie
ctum, materiam. s. & formam, & aliud subiectum, aliud qualitates subie-
cti. Præterea, non solum ea quæ ad ipsum ius, sed quæ ad iniuriam quoque
pertineant legibus contineri, quam quidem rem aperte demonstrat lex Cor
nelia, & Iulia de iniurijs, de adulterijs, de sicarijs, Maiestatis, Pompeia de
paricidijs, & aliæ complures. Præterea, ab alia vnaquæque scientia di-
gnoscitur, cum propter rem in ea tractatam, tum etiam propter tractandi
modum; sed ius ab Oeconomico, à Politico, à Morali, à Canonico, & à
Theologo tractatur: ergo Iuris Cæsarei consulti eo iure Oeconomici, Mo-
ralis, Politici, Theologi, & Canonistæ haberentur: at se aliter rem habe-

Quinta opinio similis.

10 re, nemini dubium esse debet. Nouissimi [h] verò contractus, vltimas volun- h Coras. de iur. ar. lib. 1. c. 19.
tates, & iudicia huiusce facultatis subiectum esse dixerunt; quas sanè partes
materiales subiecti, non subiectum esse constat: quinimmo, nec totam rem
i subiectam complectuntur. Amplior est enim illa Caij diuisio, [i] omne ius, i l. 1. ff. de statu hom.
quo vtimur, vel ad personas pertinet, vel ad res & actiones: & Hermoge-
nes inquit, cum omne ius hominum causa constitutum sit, primo de statu
personarum, tum de cæteris agendum: Demum præ cæteris omnibus Chri

Opinio Christophori Achemij.

11 stophorus Achemius [k] libro quarto principiorum iuris, Iurisprudentiæ su- K Achemius lib. 4. prin. iu ris in fine.
K biectum longè melius, & eruditius statuit esse hominum actiones, seu facta,
12 dictaque ciuilia, & legitima. Quamobrem huic sententiæ, plurimum ad-

Sententia authoris ferè eadem cum illa Achemij. Declaratur authoris opinio.

hærens ego ipse aio, iuris ciuilis subiectum fore humanas actiones, vt in eis
ius ipsum vel iustitia particularis legibus Principum sancitur, & refulget.
13 Humanas actiones sumo vt materiam: nam considerata, vt in eis ius ipsum
legibus fulget, præbent nobis modum considerandi, & formam subiecti:
Quod sanè quatenus ad subiectam materiam, & hominum negotia, est qui-
dem commune Oeconomico, Morali, & Politico, in quorum sanè philo-

Moralis Politicus, & Iurisconsultus differunt in modo considerandi.

14 sophia subiectæ perpenduntur actiones hominum: Quatenus verò ad mo-
dum considerandi differt per suam formam ab his; nam & ij possident qui-
dem, & ipsi disciplinæ suæ subiectum, humanas actiones, sed eas contem-
plantur, vt honestum in eis per prudentiam eluceat: Moralis suis virtutum
moribus & habitibus, Oeconomicus & Politicus ijsdem, sed in familia,
sed in vniuersa ciuitate; at iurisprudentiæ Legislator, vel Iurisconsultus hu

An sufficiens assertio Achemij.

manas examinat actiones, vt in eis ius ipsum vel iustitiam ipsam particula-
15 rem legibus sanciat, & exerceat. Putauit Achemius humanas actiones ciui-

los, & legitimas sufficere hoc subiectum, vt pote cum ciuiles, & legitimæ differant a Politico, ab alijs, quod vix secerni potest, cum in politica phylosophia de legibus tractetur, & de ciuibus per leges ipsas regendis.

Author se ipsum clarius declarat.

16 Quamobrem id clarius ostendere tentauimus: dum actiones diximus, latè intelligimus facta, dicta, scripta, consulta, vel actum, gestum, contractum: Humanas autem, vel hominum, tum liberorum, tum seruorum cuiuscunque status, cuiuscunque sexus, legibus principum; his intelligimus leges scriptas, & non scriptas, senatus consulta, prætorum edicta, responsa prudentum, Principum constitutiones, & alia id genus. Nam quemadmodum auxilio virtutum adipiscimur honestatem, inde beatitudinem: ita suffragio harum legum ducimur ad ius, ad iustitiam ipsam, tum demum ad tranquillitatem, ad salutem. Legibus inquam Principum, Summi Pontificis, & Cæsaris, vt coruscet prudentia in vtroque iure, legibus inquam permittentibus, iubentibus, vel vetantibus, vt iusta & iniusta, legitima & illegitima compræhendantur: tum ius ipsum, & iustitiam particularem.

Politicus, & Iurisconsultus, in lege, & iustitia consideranda differût.

17 Nam Moralis, & Oeconomicus, ad se potius alendum, & educandû quàm ad alterum virtutes contemplatur, & quid in his laude, quidque vituperatione dignum sit: Iurisconsultus verò semper ad alterum iustitiam exercet, semper in vnaquaque specie, vel quæstione, quid iuris sit, sedulo quærit, & quæ dant responsa iurisprudentes: manifesti, aperti, dubij enucleatique iuris esse apparent. Quòd si politicus leges, ius, & iustitiam tractat, hoc certè munus eminentiori modo ab eo expletur, principaliter ad vniuersam rem publicam informandam: sed iurisprudens ad iustitiam particularem actu inter singulos exercendam.

An homo iuste legibus agens sit subiectû iuris ciuilis.

18 Nihil autem interesse putant aliqui, si hominem, quatenus iustè legibus agit, iuris ciuilis subiectum esse dicamus: at profecto hic ille est homo, qui potius insequitur subiectum, & cui paratur, & pro quo quæritur vltimus scopus iurisprudentiæ, quemadmodum infra declarabimus.

Iuris prudêtia ex morali, & ciuili philosophia oritur.

19 Quod quidem subiectum morali etiam, & politicæ phylosophiæ, maxime conuenit, vt vtrique potissimum tanquam parenti, & Architectonicæ iurisprudentia nostra subijciatur, & vtriusque pars, vel foetus habeatur aureus, & præcipuus: quemadmodum enim, cui cordi sunt boni mores, vt vitam suam bene instituat, maxime virtutibus curat, & is, qui reipublicæ administrationem suscipit, quas leges ciuitatem, (vt inducatur in eam pax atque tranquillitas) habere oporteat, sibi prospiciendum cernit: ita his Principum legibus actiones ciuium non solum ad honestatem, sed etiam ad ius ipsum, ad æquum & bonum, ipsamque iustitiam, quo ad eius fieri potest, diriguntur. Concludamus itaque humanas actiones, si considerentur, vt in eis honestum, & quid laude dignum per habitus virtutum, & quid iustum in homine componendo inueniatur,

20 Subiectum esse

- Ethicæ ——— Si inquam ad se ipsam componendam,
- Oeconomicæ ——— Si ad domum regendam
- Politicæ ——— Si ad vniuersam ciuitatem informandã
- Iurisprudētiæ ——— Si ad ius, & iustitiam inter homines legibus sanciendam, & exercendam perpendantur.

De partibus subiecti iuris ciuilis, & quemadmodum subijciatur philosophia ciuili, Cap. III.

1 *Subiecti partes, res, & actiones.*
2 *Subiecti partes, contractus, vltimæ voluntates, & iudicia.*
3 *Ius naturale, gentium, & ciuile.*
4 *Actiones in diuisione Caij, an forenses intelligantur, an verò aliæ.*
5 *Canonis expositio communiter reijcitur.*
6 *Res, vnum, ens, verum, & bonum sunt transcendentia.*
7 *Subiectum iurisprudentiæ est, συνάλλαγμα.*
8 *Pactum nudum an ingrediatur, συνάλλαγμα.*
9 *Συνάλλαγμα vox amplissima est, plura continens.*
10 *Iuris quæstiones debent ad sua principia retrahi, & per eadem resolui.*
11 *Plura declarantur iuris principia.*
12 *Partes contextuales subiecti.*

SVBIECTVM iuris ciuilis demonstrauimus; nunc ipsius
subiecti partes, & quemadmodum virtutes morales his legi-
bus contineantur, in quibus fulget vera ciuilis philosophiæ i-
1 mago, declaremus. Huius autem subiecti partes, non vno
ab omnibus colliguntur modo: Nam plerique Caium, & Her
mogenem [a] secuti, tres id partes habere, possent asserere, personas; res, & a l. 1. & 2. de statu hom.
actiones, quarum partium proprietates, & qualitates quæruntur, vt puta
ex personarum iure, qui nam sint conditione liberi? qui serui? qui liberti-
ni? de rebus ac earum iure, & dominio, sacra ne sit res? religiosa? nostri
iuris, an aliena? publica, an priuata? Actiones præterea, sint ne in rem, an
in personam, vel mixtæ? ciuiles, an prætoriæ? ad tempus, an perpetuæ?
2 stricti iuris, an bonæ fidei? Nonnulli verò illud ita diuidunt, in contractus,
& vltimas voluntates, & iudicia, horum accidentia perscrutantes, nomina
ti an innominati sint contractus; an verò potius pacta nuda? vltima volun-
tas, sit ne testati, an intestati? si testati, testamenti, an codicillorum? ex-
pressa an præsumpta? in institutione, an substitutione? Militis? an Paga-
ni? directa, an fideicommissaria? & id genus multa. iudicia verò, ordina-
ria, an extraordinaria? ciuilia, criminalia, an prætoria? vniuersalia, an
particularia? realia, personalia, an mixta? Huius præterea subiecti potissi-
mam partem, hoc est formam, nempe ius ipsum, in suas species distribuũt,
3 naturale, gentium, & ciuile: accidentia quoque eius indagantes, ius publi-
cum, aut priuatum, scriptum, aut non scriptum, ex rigore, aut ex æquo,
& bono, & alia multa quæ postea considerabimus. Negotia igitur hominũ
4 in his potissimum partibus in iure ciuili spectantur. At non desunt, qui [b] prio
rem Caij relatam diuisionem aliter intelligant, ius ad personas, ad res, ad b Conf. li. 2.
actiones pertinere, declarantes, actiones ibi non intelligi forenses Aelia- Commentariorum iuris
nas, vel Flauianas, de quibus Pomponius de origine iuris, nec Iustinianeas, ciuilis c. 8.
de quibus in titulo Institutionum de actionibus; sed actiones significare ho-
minum facta, nempe contractus, & delicta: Quorum Princeps Conanus es
se videtur, tum quia rerum appellatione veniunt actiones, & qui actionẽ
habet, rem ipsam habere dicitur; tum quia tertia, & maxima quidem pars
5 iuris ciuilis in contractibus; & delictis versatur. Sed ab hac interpretatione
communiter recedunt cæteri, tum quia diuisionem eam satis apertè decla-

rat Iustinianus in suis Institutionibus, dum postea quàm res, & inter ipsas cõnumerauit, & expleuit etiam contractus: superest, inquit, vt de actionibus loquamur, Actio autem nihil aliud est quàm ius prosequendi in iudicio, quod nobis debetur. rei enim generali appellatione & contractus, & delicta comprehendi debent, tum etiam, quòd in vnaquaque iuris ciuilis quæstione hæc tria semper (vt recte sentit Duarenus) sunt indaganda, res, persona, & actio. Nam si de stipulatione, vel de vnoquoque contractu agatur, primum quærendum est, an persona stipulari potuerit? deinde, an res in stipulationem vel contractum deduci? An contractus ipse teneat? postremò, qua actione agendum, an ex stipulatu, an ex alia, veluti si de testamento agatur, prius est quærendum de personis, an testamenti factionem habeant actiuam, vel passiuam? res ipsa, an potuerit legari? & an agendum sit actione ex testamento? idem si de alijs quæramus. Nec semper rei appellatione veniunt actiones, maximè quando distinctæ à cæteris rebus accipiuntur, vt in ipsa diuisione distinguuntur: nec inconuenit, quod contractus & quasi, item delicta & quasi delicta, in quibus non parua iuris ciuilis pars versatur, sub rerum nomine, & sub vno eius diuisionis membro includantur, cùm rei nomen generale sit etiam ad varios, & omnes contractus, vt Vlpianus in titulo de rebus creditis interpretatur: quinimmò inter transcen

Duare. lib. 1. disp. c. 55.

6 dentia connumerentur ens, vnum, res, bonum, verum. ego vero, (vt vno verbo totum, adæquatumque materiale subiectum iuris prudentiæ concludam) aio id esse συνάλλαγμα, & intelligo mutuum, factum obligatoriũ,

7 de quo Labeo, de quo Vlpianus; & dico, legem etiam esse συνάλλαγμα, & pacta nuda esse synallagmate destituta directè, & quo ad actionem, sed

8 indirectè, & quo ad exceptionem: ac etiam pro vt propius accedunt ad contractum esse synallagma, vt nihil sit in materia iuris ciuilis, quod hoc vno nomine non comprehendatur, vel quod synallagmatis gratia non pertractetur. Ideo Aristoteles quinto Moralium aiebat, id in delictis, & in cõ

9 mercijs hominum versari, nempè in his quæ sponte faciunt homines, & quæ inuiti, & omnes inde orientes quæstiones debent à Iureconsulto ad sua trahi principia, & resolui: Exempli gratia, ad legem, ad voluntatem, ad pote

10 statem, ad naturam & formam actus: Nam in contractibus, & in testamentis ad mentem contrahentium, vel testantium confugimus, tanquã

11 ad sacram anchoram. Possunt enim contrahentes quam sibi placuerit contractui legem imponere, & mens testatoris in omnibus domina, & regina habita est, & hanc iuris peritum (vt venator feram) coniecturis insequi oportet: Ad potestatem etiam, quia non semper sufficit voluntas, sed requiritur contrahentis, vel disponentis potestas, puta ne lex resistat. Nemo enim potest facere, quin leges in suo testamento locum habeant, nec aliquid legibus improbatum, vt si filio familias, vel mulieri obstent, Senatusconsultum Macedonianum, & Velleianum: Prætereà ad actum ipsum: dico ad naturam actus. nam, etsi lex minime reluctetur, si tamen actus contra propriam naturam eiusque principium fuerit constitutus, non poterit profectò sustineri, vt fulget species illa precarij, & mortis causa donationis, & similium: Ad formam actus, ad eam per quam actus habet, vt sit, & ad formam actus qui vlterius annullando procedit, & quæ non. Ad legem, & in his & in alijs potissimum, quando leges ex conflictu in eodem casu videntur contrariæ, vt in capite de contrarijs legibus patefaciemus, & an iustum, an iniustum sit factum, omnia ad hæc & huiusmodi principia retrahentes, ac decidentes, vt latius postea declarabimus, sed partes contextuales Pandecta rum,

Aristo. lib. 5. moralinm. c. 2. in fine, & c. 4.

l. 1. §. si conueniat. ff. de pos. l. in conditionibus primum locum, de cõd. & demonst.

Corn. consi. 95. in 1. par. l. cũ delanionis. §. optimũ ergo, de fundo inst. instrumẽtoq; leg.

l. nemo põt. de legat. 3. l. non dubiũ C. de leg.

Bar. in l. si nõ sortẽ. in pri. de cond. inde b.

l. cum precario. §. de precario. l. vbi donat. ff. de mor. cau. donat.

rum, & proinde huius subiecti interea perpendamus, quas quidem, licet
12 varijs modis diuidantur ab alijs, nos tamen ab Imperiali Iustiniani rescripto ad senatum populosque diuersos, & ab ipso Digestorum contextu colligendas putauimus, easque septem esse commemoremus. Harum prima artis primordia quæ πρῶτα nuncupantur, iustitiam, leges, & iudiciorum præludia, cum Institutionibus continet: in secunda a titulo de iudicijs, realia habentur iudicia: in tertia de rebus creditis tribuuntur actiones personales: quarta pignora contractuum, accessiones, vsuras, contractus, iura dotium, & tutelas complectitur: quinta testamenta, substitutiones, legata, & fideicommissa: sexta Prætorum edicta, bonorum possessiones, & interdicta continet: in septima verò à titulo de verborum obligationibus stipulationes habentur, iudicia criminalia, & appellationes, fiscalia extraordinaria, & posteriora vniuersalia, hoc est de verborum, & rerum significatione, & de regulis iuris, & quemadmodum à Iustiniano diligenter distributæ sunt quibus quidem partibus singulis singula conferentes, annexa & consequentia addemus, quæ nouissimo iure Codicis, & Nouellarum ab Imperatoribus sancita sunt, sed facilioris doctrinæ gratia placuit illas, quo ordine a Triboniano in libris Digestorum compositæ fuerunt, infra visendas ponere, & circa eas de tempore & modo studendi summatim digredi.

vt in l. 2. C. de vete. iu re enucl.

Singulæ partes ac omnes tituli Pandectarum. Cap. IIII.

Prima pars Digestorum seu Pandectarum libros quatuor, titulos verò duos, & quinquaginta complectitur.

Liber Primus.

1 *De iustitia & iure.*
2 *De origine iuris, & omnium magistratuum, & successione prudentum.*
3 *De legibus senatusq́ue consultis, & longa consuetudine.*
4 *De constitutionibus principum.*
5 *De statu hominum.*
6 *De his qui sui vel alieni iuris sunt.*
7 *De adoptionibus, & emancipationibus, & alijs modis, quibus potestas soluitur.*
8 *De diuisione rerum & qualitate.*
9 *De Senatoribus.*
10 *De officio consulis.*
11 *De officio præfecti prætorio.*
12 *De officio præfecti iuris.*
13 *De officio quæstoris.*
14 *De officio prætorum.*
15 *De officio præfecti vigilum.*
16 *De officio proconsulis, & legati.*
17 *De officio præfecti Augustalis.*
18 *De officio præsidijs.*
19 *De officio procuratoris Cæsaris, vel rationalis.*
20 *De officio iuridici.*
21 *De officio eius cui mandata est iurisdictio.*
22 *De officio assessorum.*

Liber Secundus.

1 *De iurisdictione.*
2 *Quod quisque iuris in alterum statuerit, vt ipse eodem iure vtatur.*
3 *Si quis ius dicenti non obtemperauerit.*
4 *De in ius vocando.*
5 *Si quis in ius vocatus non ierit, siue quis eum vocauerit, quem ex edicto non debuerit.*
6 *In ius vocati vt eant aut satis, vel cautum dent.*
7 *Ne quis eum qui in ius vocabitur vi eximat.*

8 *Qui satisdare cogantur, vel iurato promittant, vel sua promissioni committantur.*
9 *Si ex noxali causa agatur, quemadmodum caueatur.*
10 *De eo per quem factum erit, quominus quis in iudicio sistat.*
11 *Si quis cautionibus in iudicio sistendi causa factis non obtemperauerit.*
12 *De ferijs & dilationibus, & diuersis temporibus.*
13 *De edendo.*
14 *De pactis.*
15 *De transactionibus.*

Liber Tertius.

1 *De postulando.*
2 *De his, qui notantur infamia.*
3 *De procuratoribus, & defensoribus.*
4 *Quod cuiusque vniuersitatis nomine, vel contra eam agatur.*
5 *De negotijs gestis.*
6 *De calumniatoribus.*

Liber Quartus.

7 *De in integrum restitutionibus.*
8 *Quod metus causa gestum erit.*
9 *De dolo malo.*
10 *De minoribus vigintiquinque annis.*
11 *De capite minutis.*
12 *De quibus causis maiores vigintiquinque annis in integrum restituatur.*
13 *De alienatione iudicij mutandi causa facta.*
14 *De receptis qui arbitrium receperint vt sententiam dicant.*
15 *Nautæ, caupones, stabularij vt recepta restituant.*

Secunda pars Pandectarum septem libros continet in titulos quadraginta diuisos.

Liber Primus.

1 *De iudicijs, vbi quisque agere, vel conueniri debeat.*
2 *De inofficioso testamento.*
3 *De hereditatis petitione.*
4 *Si pars hæreditatis petatur.*
5 *De possessoria hæreditatis petitione.*
6 *De fideicommissaria hæreditatis petitione.*

Liber Secundus.

1 *De rei vendicatione.*
2 *De publiciana in rem actione.*
3 *Si ager vectigalis, id est emphyteuticarius petatur.*

Liber Tertius.

1 *De vsufructu & quemadmodum quis vtatur fruatur.*
2 *De vsufructu adcrescendo.*
3 *Quando dies legati vsusfructus cedat.*
4 *Quibus modis vsusfructus, vel vsus amittitur.*
5 *De vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur, vel minuuntur.*
6 *Si vsusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur.*
7 *De operis seruorum.*
8 *De vsu & habitatione.*
9 *Vsufructuarius quemadmodum caueat.*

Liber Quartus.

1 *De seruitutibus.*
2 *De seruitutibus prædiorum vrbanorũ.*
3 *De seruitutibus prædiorum rusticorũ.*
4 *Communia prædiorum tam vrbanorũ quam rusticorum.*
5 *Si seruitus vendicetur, vel ad alium pertinere dicatur.*
6 *Quemadmodũ seruitutes amittatur.*

Liber Quintus.

1 *Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.*
2 *Ad legem Aquiliam.*
3 *De his, qui effuderint vel deiecerint.*
4 *De noxalibus actionibus.*

Liber Sextus.

1 *Finium regundorum.*

Liber Septimus.

Tertia Digestorum pars libros octo, titulos verò 41. refert.

Liber Primus.

Liber Secundus.

Liber Tertius.

Liber Quartus.

Liber Quintus.

Liber Sextus.

Liber Septimus.

8 *Qui satisdare cogantur, vel iurato promittant, vel suæ promissioni committantur.*
9 *Si ex noxali causa agatur, quemadmodum caueatur.*
10 *De eo per quem factum erit, quominus quis in iudicio sistat.*
11 *Si quis cautionibus in iudicio sistendi causa factis non obtemperauerit.*
12 *De ferijs & dilationibus, & diuersis temporibus.*
13 *De edendo.*
14 *De pactis.*
15 *De transactionibus.*

Liber Tertius.

1 *De postulando.*
2 *De his, qui notantur infamia.*
3 *De procuratoribus, & defensoribus.*
4 *Quod cuiusque vniuersitatis nomine, vel contra eam agatur.*
5 *De negotijs gestis.*
6 *De calumniatoribus.*

Liber Quartus.

7 *De in integrum restitutionibus.*
8 *Quod metus causa gestum erit.*
9 *De dolo malo.*
10 *De minoribus vigintiquinque annis.*
11 *De capite minutis.*
12 *De quibus causis maiores vigintiquinque annis in integrum restituuntur.*
13 *De alienatione iudicij mutandi causa facta.*
14 *De receptis qui arbitrium receperint vt sententiam dicant.*
15 *Nautæ, caupones, stabularij vt recepta restituant.*

Secunda pars Pandectarum septem libros continet in titulos quadraginta diuisos.

Liber Primus.

1 *De iudicijs, vbi quisque agere, vel conueniri debeat.*
2 *De inofficioso testamento.*
3 *De hereditatis petitione.*
4 *Si pars hereditatis petatur.*
5 *De possessoria hereditatis petitione.*
6 *De fideicommissaria hereditatis petitione.*

Liber Secundus.

1 *De rei vendicatione.*
2 *De publiciana in rem actione.*
3 *Si ager vectigalis, id est emphyteuticarius petatur.*

Liber Tertius.

1 *De vsufructu & quemadmodum quis vtatur fruatur.*
2 *De vsufructu adcrescendo.*
3 *Quando dies legati vsusfructus cedat.*
4 *Quibus modis vsusfructus, vel vsus amittitur.*
5 *De vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur, vel minuuntur.*
6 *Si vsusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur.*
7 *De operis seruorum.*
8 *De vsu & habitatione.*
9 *Vsufructuarius quemadmodum caueat.*

Liber Quartus.

1 *De seruitutibus.*
2 *De seruitutibus prædiorum vrbanorum.*
3 *De seruitutibus prædiorum rusticorum.*
4 *Communia prædiorum tam vrbanorum, quam rusticorum.*
5 *Si seruitus vendicetur, vel ad alium pertinere dicatur.*
6 *Quemadmodum seruitutes amittatur.*

Liber Quintus.

1 *Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.*
2 *Ad legem Aquiliam.*
3 *De his, qui effuderint vel deiecerint.*
4 *De noxalibus actionibus.*

Liber Sextus.

1 *Finium regundorum.*

2 *Familia*

Liber Septimus.

Tertia Digestorum pars libros octo, titulos verò 41. refert.

Liber Primus.

Liber Secundus.

Liber Tertius.

Liber Quartus.

Liber Quintus.

Liber Sextus.

Liber Septimus.

Liber

Liber Octauus.

1 *De actionibus empti, & venditi.*
2 *Locati & conducti.*
3 *De aestimatoria actione.*
4 *De rerum permutatione.*
5 *De praescriptis verbis, & in factum actionibus.*

Quarta Pandectarum pars libros octo, & tit. 50. comprehendit.

Liber Primus.

1 *De pignoribus, & hypothecis, & qualiter ea contrahantur, & de pactis eorum.*
2 *In quibus causis tacitè contrahitur pignus, vel hypotheca.*
3 *Quae res pignori, vel hypothecae data obligari non possunt.*
4 *Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur, & de his qui in priorū creditorum locum succedunt.*
5 *De distractione pignorum, vel hypothecarum.*
6 *Quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, vel non.*

Liber Secundus.

1 *De aedilitio editio & redhibitione, & quanti minoris.*
De euictionibus, & duplae stipulatione.
2 *De exceptione rei venditae, & traditae.*
3

Liber Tertius.

1 *De vsuris, & omnibus accessionibus, & mora.*
2 *De nautico foenore.*
3 *De probationibus, & praesumptionibus.*
4 *De fide instrumentorum.*
5 *De testibus.*
6 *De iuris, & facti ignorantia.*

Liber Quartus.

1 *De sponsalibus.*
2 *De ritu nuptiarum.*
3 *De iure dotium.*
4 *De pactis dotalibus.*
5 *De fundo dotali.*

Liber Quintus.

1 *De donationibus inter virū, & vxorē.*
2 *De diuortijs, & repudijs.*
3 *Soluto matrimonio dos quemadmodū petatur.*

Liber Sextus.

1 *De impensis in res dotales factis.*
2 *De rerum amotarum actione.*
3 *De agnoscendis, & alendis liberis, vel parētibus, vel patronis, vel libertis.*
4 *De inspiciendo ventre custodiendoq́ partu.*
5 *Si ventris nomine muliere in possessionem missa, eadem possessio dolo malo ad alium translata esse dicatur.*
6 *Si mulier ventris nomine in possessione calumniae causa fuisse dicatur.*
7 *De concubinis.*

Liber Septimus.

1 *De tutelis.*
2 *De testamentaria tutela.*
3 *De confirmando tutore vel curatore.*
4 *De legitimis tutoribus.*
5 *De tutoribus, & curatoribus datis ab eis qui ius dandi habent, & qui & in quibus causis specialiter dari possunt.*
6 *Qui petant tutores, vel curatores, & vbi petantur.*
7 *De administratione, & periculo tutorum & curatorum qui gesserunt, vel non: & de agentibus, vel conueniendis vno vel pluribus.*
8 *De auctoritate, & consensu tutorum, & curatorum.*
9 *Quando ex facto tutoris vel curatoris minores*

minores agere, vel conueniri possunt.
10 De suspectis tutoribus, et curatoribus.

Liber Octauus.

1 De excusationibus.
2 Vbi pupillus educari uel morari debeat & de alimentis ei præstandis.
3 De tutelis, & rationibus distrahendis, & vtili curationis causa actione.
4 De contraria tutelæ, & vtili actione.
5 De eo qui pro tutore, vel pro curatore negotia gessit.
6 Quod falso tutore autore gestum esse dicatur.
7 De fideiussoribus, & nominatoribus, & hæredibus tutorũ, & curatorũ.
8 De magistratibus conueniendis, & hæredibus eorum.
9 De rebus eorum qui sub tutela, vel cura sunt sine decreto non alienandis, vel supponendis.
10 De curatoribus furioso, & alijs extra minores dandis.

Quinta Digestorum pars lib. 9. tit. 44. includit.

Liber Primus.

1 Qui testamenta facere possunt, & quẽ admodum testamenta fiant.
2 De liberis, & posthumis hæredibus instituendis, vel exhæredandis, vel præteritis.
3 De iniusto, rupto, irrito facto testamento.
4 De his, quæ in testamento delentur, inducuntur, vel inscribuntur.
5 De hæredibus instituendis.
6 De vulgari, & pupillari substitutione.
7 De conditionibus institutionum.
8 De iure deliberandi.

Liber Secundus.

1 De testamento militis.
2 De acquirenda, vel amittenda hæreditate.
3 Testamenta quemadmodum aperiantur, inspiciantur, describantur.
4 Si quis omissa causa testamenti ab intestato, vel alio modo possideat hæreditatem.
5 De senatusconsulto Sillaniano, & Claudiano, quorum testamenta non aperiantur.
6 Si quis aliquem testari prohibuerit, vel coegerit.
7 De iure codicillorum.

Liber Tertius.

1 De legatis, & fideicommissis.

Liber Quartus.

1 De legatis, & fideicommissis.

Liber Quintus.

1 De legatis, & fideicommissis.

Liber Sextus.

1 De annuis & menstruis legatis.
2 De vsu, & vsufructu, & habitatione & operis per legatum, vel fideicommissum datis.
3 De seruitute legata.
4 De dote prælegata.
5 De optione, vel electione legata.
6 De tritico, vino, & oleo legato.
7 De fundo instructo, vel instrumento legato.
8 De peculio legato.
9 De penu legata.
10 De supellectile legata.

Liber Septimus.

1 De alimentis, vel cibarijs legatis.
2 De auro, argento, mundo, ornamentis, vnguentis, veste, vel vestimentis, & statuis legatis.

Liber Octauus.

Liber Nonus.

Sexta Pandectarum pars lib. 8. tit. 113. indicat.

Liber Primus.

Liber Secundus.

Liber Tertius.

Liber Quartus.

Liber Quintus.

Liber Sextus.

Liber Septimus.

Liber Octauus.

Septima Digestorum pars libris sex, tit. 93. constat.

Liber Primus.

Liber Secundus.

Liber Tertius.

Liber Quartus.

Liber Quintus.

2 *A qui-*

2 *A quibus appellari non licet.*
3 *Quis & a quo appelletur.*
4 *Quando appellandum sit, & intra quæ tempora.*
5 *De appellationibus recipiendis, vel nõ.*
6 *De libellis dimissorijs, qui apostoli dicuntur.*
7 *Nihil nouari appellatione interposita.*
8 *Quæ sententiæ sine appellatione rescindantur.*
9 *An per alium causæ appellationum reddi possint.*
10 *Si tutor, vel curator, vel magistratus creatus appellauerit.*
11 *Eum qui appellauerit in prouincia defendi.*
12 *Apud eum a quo appellatur aliam causam agere compellendum.*
13 *Si pendente appellatione mors interuenerit.*
14 *De iure fisci.*
15 *De captiuis, & postliminio reuersis, & redemptis ab hostibus.*
16 *De re militari.*
17 *De castrensi peculio.*
18 *De veteranis.*

Liber Sextus.

1 *Ad municipalem, & de incolis.*
2 *De decurionibus, & filijs eorum.*
3 *De albo scribendo.*
4 *De muneribus, & honoribus.*
5 *De vacatione, & excusatione munerũ.*
6 *De iure immunitatis.*
7 *De legationibus.*
8 *De administratione rerum ad ciuitates pertinentium.*
9 *De decretis ab ordine faciendis.*
10 *De operibus publicis.*
11 *De nundinis.*
12 *De pollicitationibus.*
13 *De varijs, & extraordinarijs cognitionibus, & si iudex litem suam fecisse dicetur.*
14 *De proxeneticis.*
15 *De censibus.*
16 *De verborum significatione.*
17 *De diuersis regulis iuris antiqui.*

Sic expliciti sunt ex ordine Digestorum libri quinquaginta.

De ordine ac tempore explicandarum partium iuris ciuilis. Cap. V.

1 *Iurisprudentia in septem partes diuisa.*
2 *Antiquam iuris docendi rationem interdixit Iustinianus, & nouam introduxit.*
3 *Ordo ac tempus præfixum septem iuris ciuilis partibus explicandis.*
4 *Quinquennio legibus incumbere oportere, nec insignia Iurisconsulti quemquam posse ante adipisci.*
5 *Quantum hodie Italia recesserit à vera Iustiniani ratione docendi iuris,*
6 *Errores iuris interpretum nostræ tempestatis.*
7 *Tirones triennio silentium agant, veluti ex Pythagoræ instituto.*
8 *Veterani quarto anno iuris nodos soluere tentant.*
9 *Maxima iuris vtilitas in soluendis contrarijs, & honores Accursij.*
10 *Iuuenes verborum significationi, paratitlis, legitima paraphrasi, glossis ac summis incumbere oportere.*
11 *Interpretes non Alexandrinam, sed Iustinianeam rationem docendi iuris sequi oportere.*

In proœmio ſforum. §. 1. §. & antea.

1 IVRIS prudentiam ad formam edicti perpetui, ad iudicia & actiones contextam Iuſtinianus in partes ſeptem ſuprascriptas diligenter ſecuit, & rĕiecta veterum Iuri conſultorum ratione docendi iuris ciuilis penitusq́ue interdicta, nouam
§. & primo q demanno.
2 eſſe iuuenibus viam legitimę eruditionis inclytam, p quā poſ
3 ſint ambulare demum inſtituit, & his ſeptem partibus explicatis ordinem, ac tempus certum præfixit, vt primo anno Inſtitutiones, & quatuor priores
§. in ſecūdo.
Digeſtorum libros, veluti prima legum incunabula audirent: Secundo, vel de iudicijs libros ſeptem, vel de rebus creditis libros octo, additis in finem anni quatuor de ſponſalibus, de tutelis, de teſtamentis, de legatis,
§. in tertij.
quos ipſe apertè ſignificauit, integros explicari iuſſit: Tertio, ſiue libros de iudicijs, ſiue de rebus creditis ſorte repetitos, tribus præterea additis,
§. ſed quia ſolitum.
De pignoribus, de ædilitio edicto, ac de vſuris: Quarto libros de pignoribus vſque ad titulum de bonorum poſſeſſionibus diligenter interpretari iubet, vt ex quinquaginta libris (quibus totum clauditur opus Pandectarū) triginta ſex librorum recitatione euadant iuuenes perfecte inſtructi, &
§. & quod iā primis.
eruditi. Duas præterea inquit partes, nempe ſextam ac ſeptimam Digeſtorum ſponte legant, & addiſcant, & in iudicijs cum ſibi opus fuerit oſtendant, & ſe plene imbuant. Hos auditores λύτας appellat, vtpote cum leges in-
§. & in quintijanni.
telligere, & contraria ac dubia quæque per ſe explicare poſſint: Quinto anno Conſtitutionum Imperialium Codicem, quem ſubtiliter percipi iubet, vt omnibus iuris arcanis eiſdem penitus reſeratis nihil habeant abſcondiiū. Quare προλύται vocabantur, qui ſolutoribus eruditione præſtarent, veluti anteceſſores τῶν λυτῶν, vt ſupra declarauimus. Ex his itaque fas mihi ſit, hęc
C. ptimo.
4 ex Iuſtiniani ſententia deducere. Primum, quinquennij metam legum ſacrarum ſtudioſis præfixam fuiſſe, vt eo temporis ſpatio rerum ſerie obſeruata, ſingulas poſſint iuris ciuilis partes verſare ac percipere. proinde neminē, vel ad docendum, vel ad tractandas, iudicandasve cauſas forenſes, nedum ad lauream ſiue Iuriſconſultorum inſignia adipiſcenda eſſe prius admittendum, quam tanta temporis intercapedine legibus operam continuo nauaſſet, quod etiam à ſummo Pontifice ſancitum legitur. Deinde, quantum
c. fin. de magiſtr.
5 hodie Italia ferè ducentis ab hinc annis, vbi primum vberiores iuris Commentarij in lucem edi cœperunt, à vera Iuſtiniani ratione docendi iuris ciuilis receſſerit, hinc facilè colligi poteſt. Tot enim iuris libros ac tantos, nedum tot leges, ſingulis annis, veteres illi iuris interpretes integros explicabant: Nunc vero aliena etiam à legibus longiori temporis ſpatio, & ſerie
6 inutiliter nonnulli interpretantur, & nefas eſſe arbitrantur, ſi propoſitionem, vel minimam quidem ſyllabam Commentarij alicuius omiſerint, ò
Alcia. lib. 4. paradox. in prin. Duare. de rōne docendi. Æguinar. Baro in proœm. ſforū.
rude ac ignauū, ò barbarum docendi genus. Noſtra ſiquidem tempeſtate nec quadraginta quidem annis quatuor Pandectarum libros ſplendido ſuo apparatu poſſent abſoluere, quod præceteris Alciato, Duareno, & Baroni ſummopere diſplicuit. Perpendant quæſo nouiſſimi iuris interpretes Bartolum, & Fulgoſium in ſuis Commentarijs ad L. edita. C. de edendo, profiteri ſe duabus prælectionibus omnia, quæ ad eius interpretationem attinent, ex plicaturos: ipſi vero nec quinquaginta lectionibus ſeſe poſſunt inde extricare: illi multas profecto leges ad varios titulos ſingulis annis, hi verò quatuor quinque vel ad ſummum octo ann. ſpatio ſolemni apparatu docendo expe-
7 diēt. Præterea, dum quarti anni auditores λύτας appellat, eos triennio tacitos eſſe iubet, ne temere, aut audētius legibus nondum perceptis quid interrogent, & præceptores ſuis moleſtè afficiant ineptijs, ſed potius Pytha-

gorici

gorici instituti memores silentio leges sacras magnificare admirarique assue
8 scant. Dum verò quinti anni προλύτας nuncupat, tunc perfectam studiosi doctrinam esse ostendit, & eum tunc dignum existimat, vt iuris ciuilis nodos quærere, & enodare, vtque latentes ingenio suo iurisprudentiæ ignicu
9 los tum demum accendere possit. Hinc maxima iuris vtilitas in soluendis contrarijs habetur: Hinc maximi tum Accursio, tum Cæsaris glossematarijs debentur honores, qui lynceis oculis latebras omnes, qui abdita quæque, qui contraria, & opposita, quique dubia & obscura vbique lustrantes, ius ipsum ciuile etiam atque etiam illustrasse merito visi sunt. Ex his demū, cæterisque ibidem à Iustiniano sancitis elicere mihi liceat, studiosam legum
10 iuuentutem verborum proprijs significationibus, paratitlis, siue breuissimis titulorum annotationibus, tum legum sensibus, & rationibus veluti legitimæ paraphrasi, glossis itidem, & summis incumbere, ac indici-
11 bus conscripta omnia memoriæ mandare oportere. Postremo iuris professores non adulterinam, rudem ac ineptam interpretationem, quæ potissimum in Alexandria inualuerat, sed viam, ac rationem Iustinianeam docendi iuris diligenter sequi debere, & hæc ea profectò est via, quam nos per legitimos iuris tramites auide inuenire tentamus.

De pacto nudo, & de synallagmate. *Cap. VI.*

1 An pactum nudum ingrediatur synallagma.
2 Arduum est pactum diuidere in suas species.
3 Bartoli error, non intelligentis edictum de pactis.
4 Alexand r reprehenditur non intelligens pactum sine causa.
5 Alexandro non esse nauim credendam in mari Ionio, cum in Rhodio naufragium fecerit.
6 Baldi, Iasonis, & aliorum error, putantium pacta esse contractus.
7 Paulus Castrensis admiratur actionum, & pactorum perplexitatem.
8 Si Paulus Patauinus resurgeret à mortuis, hæc sibi negotium facesserent.
9 Anceps dubium, an pactum nudum producat actionem, & irridenda miracula.
10 Conuentio, pactum conuentum, pactum nudum, pactum legitimum, dictum, promissio, pollicitatio, stipulatio, transactio, constitutum, & contractus.
11 Conuentio, & pactio siue pactum differunt.
12 Pactio, & pactum, an differant.
Immo non differunt. 13
14 Pactum legitimum quodnam sit?
15 Pollicitatio an differat à pacto nudo?
16 Pactum quomodo differat à stipulatione
A transactione. 17
A dicto, à promisso, & Agesilai sententia, si iustum est, promisi: si minus, dixi quidem, sed non promisi. 18
A constituto. 19.
20 A contractu.
21 Pactum nudum non est legitimum, non pollicitatio, non stipulatio, non transactio, non constitutum, non contractus, sed quid præter hæc.
22 Connani argumenta contra definitionem.
23 Solutio argumentorum Connani.
24 Opinio propria.

25 Conuentio

25 *Conuentio in suas species diuisa.*
26 *Iulianus à Martino reprehenditur.*
27 *Baldi, & Iasonis error detegitur, putantium pacta esse contractus.*
28 *Referuntur eorum argumenta, & diluuntur.*
29 *An ex pacto nudo detur actio?*
30 *Iasonfastu tumet, & se iactitat aduersus vltramontanos.*
31 *Opinio Iasonis reijcitur.*
32 *Negantur pacta esse contractus, & abnegatur.*
33 *Accursij, & Iasonis authoritas.*
34 *Contractus nominatus habet propriam actionem: innominatus præscriptis verbis, pactum nudum caret actione.*
35 *In pacto nudo nec pœnitentia, nec impenitentia.*
36 *Pacta nuda considerantur aut per se, aut relata ad contractus.*
37 *Pacta in continenti apposita insunt ex parte actoris, & veterem informant actionem.*
38 *Pacta ex interuallo adhibita contractui non insunt ex parte actoris, ne ex pacto actio detur.*
39 *Pacta nuda per se deducta ab omni genere causarum.*
40 *Pacta illidunt actionem per exceptionem pacti, vel doli.*
41 *Pacta perimunt actionem.*
42 *Pacta legitima pariunt actionem.*
43 *Quæ informent veterem actionem.*
44 *Pacta ex interuallo adiecta vel in substantia vel in accidentibus.*
45 *Articulus, qui male habuit Iuris Magistros.*
46 *Lapsus Baldi, & aliorum.*
47 *Vt sigillum imprimit formam in ferrum candens: ita pactum in contractum, & è contra.*
48 *Negatur hæc symmetria, & vt se habet forma sigilli in ferro candente, ita contractus in pacto nudo.*
49 *Pacta an vestiantur.*
50 *Vestimenta esse partes contractus, non spolia pactorum.*
51 *Error antiquorum, dari actiones datiuas, & natiuas.*
52 *Pactum nudum nec iure canonico producit actionem.*
53 *Sensus regulæ, In stipulationibus ius, in pactis factum versatur.*
54 *Synallagma est materiale iurisprudentiæ subiectum.*

EXPLICATIS partibus subiecti præcipuè materialis, quod
συνάλλαγμα esse declarabamus, reuocatur in dubium, an pa
1 ctum nudum ingrediatur synallagma, nec ne? Proinde pacti
2 nudi substantiam, & vires patefacere operæpretium est: hæc
enim satis perplexa Iurisconsultis visa sunt, tum quia nemo
est, qui pacta siue conuentiones in suas proprias differentias
ac species diuidat, quá de re summopere conqueritur Cagnolus, tum quia
plena sunt tricis ac mæandris, in quibus profectò valde errarunt Bartolus,
Baldus, Alexander, cæterique Iurisconsulti alioqui eximij, quorum ante-
3 signanus Bartolus ingenuè fatetur, se edictum de pactis, prorsus ignora-
re, quonam modo prætor polliceatur, se pacta seruaturum, cum nullam vn
quam dederit actionem ex pacto, sed solam exceptionem: huius, inquit,
quæstionis nullam vidi vnquam solutionem, quemadmodum publicè pro-
fessus ostendebam, & soluebam. Alexander quoque irridendi sui occasio-

Hieronym[9] Cagnolus in Rubri. C. de pact. nu. 21.

nem

4 nem præbuit, dum Fulgosium repræhendens asserit, nullum dari pactum
sine aliqua causa, vt fine, vtputa, non dari pactum donandi, pactumve do-
tandi, sine ipsa causa donandi, vel dotandi. Quamobrem iure optimo in
5 eum inuehitur Aemilius Ferretus: Non esse Alexandro nauim credendam
in mari Ionio, vtpotè, cum in Rhodio naufragium fecerit, & synallagma pe-
6 nitus ignorauerit. Baldus etiam, Iason, & cæteri communiter lapsi sunt, quip
7 pe qui pacta, contractus esse existimarunt: Ec quis tandem Paulum Castren
sem non audiuit perterritum subtilitate contractuum, & pacti nudi, excla-
8 mantem? Si Paulus Patauinus Iurisconsultus à mortuis resurgeret, hæc si-
bi maximum negotium facesserent? Demum graue, & atrox vtrinque præ-
lium parari videtur, an pactum nudum cohærentia contractus indutum,
propriam producat actionem præscriptis verbis, necne? Illi aiunt, isti ne-
gant, & multa præterea irridenda referunt miracula, & multas insanias de
partu suarum actionum per generationem, per creationem, vt rectè quis-
piam eis obijcere possit, Insensati Galatæ, quis vos fascinauit? Nos igitur le
9 uiori via, & diuisiua methodo procedentes dicamus, reperiri in iure ciuili
conuentionem, pactum, pactionem, pactum conuentum, pactum nudum,
pactum legitimum, dictum, promissionem, pollicitationem, stipulationē,
transactionem, constitutum, contractum. Conuentio, & pactio siue pa-
10 ctum differunt, vt genus, & species: nam conuentio generalior est, & con-
uenimus etiam in sententijs, & in declarandis legibus. Non desunt, qui
11 constituunt differentiam inter pactionem, & pactum: pactio dum fit, pa-
ctum, cum factum est. Mihi vero magis placet cum Cuiatio, & alijs, hæc
12 indifferenter accipi, quemadmodum etiam pactum, pactum nudum, &
pactum conuentum idem sonant, scilicet pactionem nudam, solamve con-
13 uentionem, vt passim legere est. Pactum vero legitimum est, quod cum
per se sit nudum, auxilium tamen sortitur à lege, vt vigorem sumat, & actio-
14 nem pariat. Differt pactum à pollicitatione: nam fit rogāti, & per placi-
tum, siue consensum duorum saltem: pollicitatio vero solius offerentis pro-
15 missum. Separatur quoque à stipulatione solo animo, vt si maluerit pacisci,
quàm stipulari, vel si magis voluerit stipulari, quàm pacisci: & maior ver-
16 borum solemnitas requiritur in stipulationibus, quàm in pactis: quinim-
mo potest vtique mutus & expressè pacisci, non tamen stipulari. Pariter à
transactione distinguitur, quod hæc sit de re incerta, & dubia, aliquo da-
17 to, vel retento: pactum vero gratuitum. Dictum præterea & promissum
seiunguntur à pacto, & amplius sese habent, & dictum à promisso secerni-
tur: dictum verbotenus pronuntiatum est, nudoque sermone finitur, vt si
venditor dixerit, seruum esse frugi, esse probum commendandæ rei gra-
tia, & nullam parit exceptionem; Promissum vero potest referri, & ad nu-
dam promissionem, vel ad sponsionem, & stipulationem. Ergo promis-
sum potest esse nudum, & inefficax, & potest etiam esse efficax. Promissum
præterea magis respicit promittentis personam, quàm eam, cui promitti-
tur: Pactum vero æqualiter se habet ad duorum, pluriumve consensum.
18 dictum vero vnius tantum principaliter est proloquium. Hinc Agesilaus
conquerente amico, quod promissa non seruaret, per Iouem inquit, si iu-
19 stum est, promisi: si minus, dixi quidem, sed non promisi. Pactum insu-
per à constituto seiungitur solo animo, cum non possit esse constitutum, ni-
si eo animo factum fuerit, vt sit constitutum Differt denique à contractu,
20 quicquid blaterent Baldus, Alexander, Iason, & alij: pactum enim caret
synallagmate, contractus vero nullus dari potest, vel nominatus, vel innō-
minatus

Alex. in l. iurisgentium. §. quinimmo nu. 8. & 9. de pact.

Feret. in tit. de pact.

Bal in tit. de pact: & in l. lecta. nu. 34. si cer. peta. Ias. in d. l. iurisgentium. §. sed cum nulla. 27. 28. de pact.

Castr. in l. 5. § at cum do. ff. de præscri. verb.

l. legitima cō uentio. de pactis.

l. pactum. de pollicita.

l. si tibi. C. loca. d. l. iurisgentium. §. quod ferè. l. 1. de verbo. oblig. l. item quia. ff. de pactis.

l. sciendū tamen. §. dictū à promisso. ff. de ædilit. edicto.

l. si tibi. vbi gl. C. locati. l. 1. §. cū qui. de cōst. pec. Ias. in d. l. iurisgentium. §. primo. l. iurisgentiū de pact. l. Labeo. §. contractus. de verb. sig.

minatus sine synallagmate. Est ergo pactum nudum, quod solum pactum
21 est, quod solum conuentum est, vt equinitas (secundum Auicennam,) nõ
est nisi sola equinitas; Est inquam pactum nudum, quod non est legitimũ,
non pollicitatio, non stipulatio, non transactio, non constitutum, non
22 contractus, sed solum pactum. Quamobrem quærentibus nobis post has
species distinctas, quid sit pactum, respondet Vlpianus, pactum est duo-
23 rum, pluriumve in idem placitum, & consensus. Aduersusque sanè pacti
descriptionem his rationibus vrget Connanus: Duo, in quit, pluresve Iu-
risperiti vno consensu simul consulunt vni clienti, ergo ij Iurisperiti pactum
fecerunt inter se. Consequentia falsa destruere videtur antecedens, & defi-
nitionem ipsam. Præterea, tu scis me possidere fundum Meuianum, & as-
24 sentiris me possidere, ergo pepigisti, vt possideam, quod pariter destruitur.
Quæ sanè incommoda, & absurda, vt effugiat, ipse ingeniosè respondit,
25 ac interpretatur, In idem placitum, & consensus: hoc est, in id quod pa-
ctum est, vt differant pacta à placitis Phylosophorum, Medicorum, & Iu-
26 risconsultorum. Ego verò dico huiusmodi placita versari in materia ratio-
nali, intelligibili, siue deliberatiua, quatenus rationalis, & intelligibilis
est, vel consulenda. Quare cum in vnam sententiam, pluresve, post lon-
gas disputationes doctissimi viri conuenerunt, & assenserunt, ea sapientum
placita appellari merentur: sed pacta, de quibus in iure ciuili, versantur in
materia non vt intelligibilis est, vel rationalis, vel huiusmodi, sed vt in ho-
minum negotijs versatilis est, vt si quis paciscatur alteri, se Romam iturum,
vel annulum, vestemve dare, pacta procliuia sunt ad synallagma, sed ipsum
non tangunt, licet eò tendant: hoc est, pacta promittunt quidem futuras
obligationes, sed ipsas non pariunt, nec actiones, tendunt tamen ad mate-
riam aptam, natamque recipere obligationes, & actiones: sed quoniam ip
27 sa nuda sunt, iure Romano quamuis eò tendant, nunquam tamen per se
ingrediuntur synallagma. Quæ omnia vt nobis clariora fiant, conuentio-
nem ita diuidere liceat. Conuentio aut publica, aut priuata: priuata legiti-
ma, vel iurisgentium: legitima, quoniam probata est à lege, producit
actionem: Iuris gentium verò conuentio, aut cum causa est, aut sine causa:
cum causa, aut nominata, aut innominata. Ex nominata prodeunt contra-
ctus nominati, emptio, venditio, locatio, & similes: Ex innominata oriun-
tur contractus innominati, do vt des, facio vt facias, do vt facias, facio
vt des: Habent enim causam dandi, vel faciendi, & actionem præscriptis
28 verbis ciuilẽ. Sine causa verò cõuentio intelligitur pactũ nudũ, sine causa in-
quã, sine datione, vel facto sine causa, hoc est sine synallagmate. synallagma
intelligo cũ Vlpiano, & Labeone simplex vel mutuũ factũ, vel comerciũ obli
29 gatoriũ. Hinc Vlpianus putat rectè Iulianũ à Martiano repræhẽsum esse in
hoc, Dedi tibi Stichũ, vt Pamphilũ manumittas, manumisisti; euictus est Sti-
chus: Iulianus scribit in factum à prætore actionẽ dandã: ille ait, ciuilem in-
certam actionem, idest, præscriptis verbis sufficere; esse enim contractum
Aristo adijcit συνάλλαγμα, vnde hæc nascitur actio. Ecce hic detegimus in-
gentem Baldi, Iasonis, & aliorum errorem, qui putarunt, pacta esse contra-
ctus innominatos. Nam si nuda pactio nullam parit obligationem, nec a-
30 ctionem; Contractus verò innominati præscriptis verbis ciuilem produ-
cunt, clare constat, hæc toto genere differre. Nec hanc sententiam illidere
31 possunt inania, & ferè puerilia Baldi, Iasonis, & cæterorum argumenta
huiusmodi: quæ conuentio non transit in speciale nomen, ea omnis est con
tractus innominatus: pactum non transit in speciale nomen, ergo pactum

est

Conna. in ti. de pact. c. 1. num. 10.

l. cõuentio- nũ. de pact.

In d. l. iuris- gentium. §. 3. & §. sed cũ nulla.

Bal. in l. le- cta. nu. 14. & eer peta Ias. in d. l. iuris- gentium. §. sed cum nul la, nu. 27. & 28.

32 est contractus innominatus: Maiorem vtpote falsam negamus. Vera est enim propositio in omni conuentione, quam synallagma concomitetur, falsa vero in conuentione sine causa, vel synallagmate, vt ex probatis diuisio-
33 nibus apparet. Præterea aiunt, ex pacto nudo datur actio præscriptis verbis; Ergo pactum nudum est contractus innominatus. Quo sanè argumen to fastu nimium tumet, & gloriatur Iason, & iactabundus hac vnica ratione omnia Vltramontanorum fundamenta, quinimmo Alpes ipsas præ viribus
34 audax euertere contendit: Actio, inquit, præscriptis verbis, oritur pro quo cunque contractu innominato; sed pactum nudum, inquit, est contractus innominatus. Probat authoritate Accursij, ergo ex pacto nudo oritur a- l.1 l.quoties, de præscrip. verb.
35 ctio præscriptis verbis. Sed hæc refragantur Iuri ciuili, reiectaque sunt ab Vlpiano in lege, Iurisgentium. Patet enim, nullam dari actionem nec ciuilem præscriptis verbis ex pacto nudo: Vnde corruit consequentia. Præ-
36 terea inficiamur, pactum nudum esse contractum innominatum, & ad eius probationem ab authoritate Acursij deductam, negamus Acursium, & eius glossemata, abnegamus Iasonis Colchos, & suum vellus aureum, vtpote cum eorum insana doctrina nobis sit suspecta, & maiestatis Iuris ciuilis hæreseos plena: neque enim contractus vnquam sine synallagmate, neque pactum vsquã cum synallagmate Romanis legibus stare potuit. Contractus gl in d.l. iurisgentiũ. §. sed cũ nulla.
37 nominatus habet suam actionem, vt ex vendito, ex locato, & similibus: Contractus innominatus habet actionem præscriptis verbis: pactum verò nudum caret omni actione. In contractibus nominatis non habet locum pœnitentia: in contractibus innominatis est locus pœnitentiæ, in pacto l.5. totoque tit de præsc. verb. d.l.iurisgentiũ. §. sed cũ nulla.
38 nudo, nec pœnitentia, nec impœnitentia locum sibi vendicant, quia nulla oritur obligatio, ergo, nec me pœnitet, nec me non pœnitet: nulla enim priuatio, & omnis priuatio præsupponit habitum. Pacta nuda destituta sunt denudataque omni iure Romano: nam in pactis factum: in stipulatio- l.sicut ab initio. C. d act. & obl. l.si pecuniã, de cõdi cau. data. l. manumissiones. de iusti. & iure. l si vn°. §. pactus ne peteret ff. de pactis.
39 nibus ius ipsum versatur: Nec silentio inuoluam, pacta nuda bifariam considerari, aut per se, aut relata ad contractus

Pacta nuda
aut

- Per se
  - A causa
    - Efficiente
    - Materiali
    - Formali
    - Finali,
- Relata ad contractus §.quinimmo.l.iurisgentiũ.de pact.
  - In continenti apposita
    - Aut in substantia,
    - aut in accidẽti.
  - Ex interuallo.
    - Aut in substantia.
    - Aut in accidenti.

Hæc per se sunt ipsa pacta nuda.

In continenti apposita.

l. Iuris gentium. §. quinimmo, de pactis.

40 Hæc in appendicibus contractus, vt sunt arrhæ, satisdationes, euictiones,

nes, & similia accidentia, tam in bonæ fidei iudicijs, quàm in stricti iuris, non solum ex parte rei, sed etiam ex parte actoris inesse dicuntur, non quòd pariant actionem, sed quòd veterem illius contractus informent, vt detur etiam ad pacta seruanda (Cuiacio negante) inesse ex parte actoris in strictis iudicijs: de quo valde controuertitur in l. petens. C. de pactis. Sed Paulus dicebam, inquit, quia pacta in continenti facta, stipulationi inesse creduntur, & nulla potest satis idonea inueniri diuersitatis ratio, quare pactum insit ex parte actoris, in bonæ fidei iudicijs, non autem in stricti iuris, cum tamen vtrobique in continenti insit.

l. in bonæ fidei. l. petens. C. de pact. l. lecta ff. si certum pet.

l. lecta. ff. si cer. pet.

Ex interuallo.

41 In appendicibus hæc non insunt ex parte actoris, quia nullam producunt actionem, sed ex parte rei, quia dant exceptionem: at in substantia contractus, puta in pretio, consensu, & similibus, re non integra nulla nascitur actio, sed re integra contractus, puta emptio, tollitur, reformatur, renouatur, & perimitur.

Pacta nuda per se.

l. legitima, ff. de pactis. l. iurisgentiũ, de pactis.

- A causa efficienti A
  - lege, pacta legitima, quæ pariunt actionem.
  - Consensu paciscentium iure gentium hæc dant exceptionem vel doli
- A qualitate causæ efficientis, vel formalis quæ coincidere videntur, diuiduntur IN
  - Expressa
  - Tacita — Inuecta, illata & doti hypothecata, mut. pacisci potest, sed nõ stipulari. l. item quia, de pact. l. i. C. de rei vxor. actione.
- A qualitate materiæ
  - Publica
  - Priuata — Generaliter pactum à iure communi remotum seruari non oportet. l. iurisgentium. §. & generaliter.
- A qualitate etiam materiæ
  - Realia — In dubio realia cẽsentur. l. iurisg. §. pactũ qdem. l. idẽ i duobus, de pactis.
  - Personalia
  - Mixta
- A qualitate formæ
  - Iusta — Lege, Iurisgẽtium. §. Prætor ait, de pactis, & Agesilaus per Iouẽ inquit, si iustum est promisi, si minus, dixi quidem, sed non promisi.
  - Iniusta
- A causa finali, vel eius effectibus
  - Illidunt actionem, vt pactus ne petat.
  - Perimunt, vel tollunt actionẽ, vt iniuriarum.
  - Pariunt actionem vt legitimam.
  - Informant veterem actionem contractus, in continenti adhibita.

43 Pacta elidunt actionem per exceptionem pacti, vel doli, vt pactus ne peteret propellitur exceptione pacti, vel doli, si non potest dari exceptio pacti, & dolus adsit, quia solemus dicere, doli exceptionem esse plerunque subsidiariam doli exceptionis.

l. si vnus. §. pactus. l. rescriptū, § plerumq. & l. iurisgentium, de pac.

Quædam perimunt actionem, vt si paciscar, me non acturum iniuriarum
44 vel furti: nonnulla verò pariunt actionem. Hæc sunt pacta legitima, quæ non ex se, verum legis auxilio adiuta, actionem edunt, quæ conditio ex lege dicitur.

l. si tibi. §. quædā actiones, & d. §. pacti. s, de pact. l. 1. C. de do. promiss.

45 Quædam præterea informant veterem actionem contractus: talia sunt pacta relata ad ipsos contractus. aut enim in continenti, aut ex interuallo adiecta fuerunt contractui: si continuo adhibita fuerint, inesse censentur bonæ fidei iudicijs, & stricti etiam ex parte actoris, vt eadem actione illius contractus, cui adhæserunt, agere possit Actor, etiam ad ea quæ pepigit: si verò ex interuallo fuerint apposita in accidentibus, minimè insunt ex parte
46 actoris, ne ex pacto actio nascatur, sed reo pariunt exceptionem. At in substantia, in precio, vel consensu re non integra nulla quidem oritur actio, sed re integra. Hæc pacta tollunt, reformant, renouant, & perimunt om-
47 nem contractum. Et hic est ille articulus, qui malè habuit Iuris magistros. Baldus quidem, & cæteri lapsi sunt, putantes, ex pacto nudo cohærentia contractus induto, actionem gigni distinctam ab actione illius contractus,
48 & exemplo sigilli sic vsi sunt: Nam vt sigillum (inquiunt) formam suam imprimit in ferrum igne candens, & ferrum suggerit, & imprimit calorem in sigillum, vt caleat, vt ferueat: sic aiunt, pactum nudum cohærentia contractus vestitum infundere qualitatem suam in contractum, & contractum vis vestimentis agere in pactum, & calefacere, vt possit pactum suam producere actionem ex ipso pacto beneficio vestitum contractus. Sed ego ip-
49 se nego, veram esse in omnibus hanc similitudinem. Porrò aliquam symmetriam admittens dicam: vt se habet forma sigilli in ferro candente, ita sese habere contractum in pacto nudo, vt scilicet pactum ipsum pati, ac recipere videatur propriam actionem illius contractus, extensam etiam ad conuenta, non aliam, quemadmodum ignitum ferrum suscipit formam sigilli. Et possumus hæc pacta concedere vestita in hoc sensu, vt extendatur actio contractus ad conuenta, vel pacta, non autem in alio sensu, vt detur
50 actio separata à contractu innominato, vel à præscriptis verbis innominatorum. Nec enim multiplicanda sunt entia sine necessitate, cum Deus, &
51 Natura nihil frustra agant: alioqui falsa dicam esse hæc indumenta. Quæ porrò sunt partes contractus, non autem spolia pactorum, grauiter insuper
52 inania, & fictitia miracula sibi commenti, errarunt Bartolus, Baldus, Iason, cæterique, actiones distinguentes, alias datiuas, alias natiuas: has per generationem, illas per creationem emanatas, cum tamen nulla possit reperiri actio, quæ non detur à prætore, nullaque possit dari à prætore ex pacto nudo. Omnis enim actio à synallagmate: vt iure optimo ridiculi habeantur, & reprehendantur à Duareno. Quinimmo nec ipso iure canonico po-
53 tuit vnquam actio ex ipso pacto nudo oriri. Quam sanè sententiam Felinum, & reliquos Iuris pontificij peritissimos sequutus, sæpius disputando veriorem demonstraui.

l. si quis argētum. §. pen. C. de dona. d. l. iurisgentium. §. quinimmo. l. bonæ fidei. C. de pact. l. pacta conuēta, de contrah. empt.

Bal. in d. §. quinimmo, nu. 4. 5. & seq.

Duar. in d. l. iurisgentiū. Fel. in c. Antigonus, de pact.

54 Hæc igitur ea sunt pacta nuda: quoniam, vt Paulus ait, in stipulationibus ius continetur, in pactis factum versatur. Pacta enim destituta denudataq; sunt omni prorsus iure ciuili. Nam ius ciuile dedit formam, solennia, ac potestatem, quæcunque in terris ligandi, & soluendi: Omnia siquidem

Senfus d. §. pactus, ne peteret, & d. l. iurisgentiū.

C per

per Aquilianam reformantur, ac reformata per acceptilationem dissoluuntur, vna itaque stipulatio per alteram etiam non oppositam in iudicio tollitur ipso iure, sine facto hominis. sed in pactis, quia incognita sunt iuri ciuili, solum factum versatur, non autem ius: & sic indigent facto hominis, vt per exceptionem proponantur, & apud iudices allegentur. Ergo pactum nudum tollitur per pactum oppositum ab homine, non autem ipso iure ciuili: sed stipulatio per stipulationem etiam non oppositam tollitur ipso iure. Stant itaque pacta nuda circa limina synallagmatis à contractu, & ab ipso
55 synallagmate, & à Iure Romano per se separata. Stet igitur συνάλλαγμα nostrum materiale iurisprudentiæ subiectum factum, siue commertium hominum, aio, obligatorium, vel mutuum, vel simplex, vt contractus, distractus, & quasi, vt iudicia, vt vltimas voluntates, vt delicta, & quasi, vt leges ipsas, & vniuersa, quibus iure obligamur; hoc nomine decoranda existimemus. Ex his itaque satis aperte demonstrauimus, quemadmodum pacta possint ingredi subiectum Iuris ciuilis.

De pacti nudi Diuisione, & Actione. Cap. VII.

1 *An pactum ita diuidi possit vt aut mixtum sit, aut in continenti, aut ex interuallo.*
2 *An pactum nouam pariat actionem præscriptis verbis.*
3 *Fictiones interpretum de indumentis pacti nudi.*
4 *Commentitiæ illa pannuciæ attritaq; vestes pacti nudi nõ declarant eius substãtiã.*
5 *Eruditi ingenij eum esse oportet, qui pactum nudum his attritis indumentis male vestitum velit cognoscere.*
6 *Prius quid pactum sit, deinde qui sint eius vestes, si quæ sunt, quærendum est.*
7 *Non esse veram trimembrem illam diuisionem.*
8 *Mixtum nullum pactum agnoscit Vlpianus.*
9 *Pactum mixtum non differt a pacto in continenti.*
10 *Intellectus leg. qui fundum. de contrahen. emp.*
11 *Quæ actio ex pacto dari dicitur, ea datur ex contractu, cui pactum inest.*
12 *Si vera est illa trina pacti diuisio, errasset Vlpianus.*
13 *Pactum in continenti adhibitum an nouam pariat actionem.*
14 *Actio præscriptis verbis, quando competat.*
15 *Decius quid intelligat per mixtum pactum.*
16 *Decij opinio reijcitur.*
17 *Pactum, vel diuersum à natura contractus, vel non diuersum.*
18 *Iulianus à Mauritiano reprehensus, quod in illa specie non agnouisset synallagma.*
19 *Pactum licet diuersum à natura contractus, est tamen in continenti adhibitum.*
Et quæ actio competit ex contractu, ea competit ad pactum.
20 *Pactum inesse dicitur contractui, eo quod natura talis sit contractus.*
21 *Actio dicitur dari ex pacto, quia datur ex contractu, cui pactum inest.*
22 *Qui synallagma non agnouit, totam artem iurisprudentiæ ignorare dicetur.*

Dum

DVM Pauli legem, lecta, de rebus creditis, publice interpretarer
nouæ, ac diuersæ opiniones de pacto nudo per lyceum etiam
inter iuris candidatos vndique circunferebantur. Quare duo
prolytæ, nobiles, & egregij auditorij mei condiscipuli, inge-
nia verè heroica, quos honoris causa nomino, Octauius Plo-
uenus Vicētinus, & Bartholomæus Mainerius Genuensis acerrimè inuicē, &
cū alijs legū studiosis disceptabāt, & viin argumētorū mihi dijudicandā tū
publicè, cū priuatim oretenus & scriptis disputātes offerebāt. Proinde pla-
cuit eorū sniam, in quā vterq; post lōgas disputationes inclinare videbāt, hic
suis pprijs cōmētarijs expositā subijcere. Prima erat qstio inter eos de pacto
1 nudo, an id diuidi posset: Pactū aut est mixtū cōtractui, aut in cōtinēti adhi-
2 bitū, aut ex interuallo. Scda, an pactū nouā pariat actionē pscriptis verbis;
& an ex eo resultet cōtractus innoīatus. Quamobrē eorū vnus primū de in-
dumētis pacti nudi sermonē hēbat: pactū, aiebat, nudū vestiri nostrates cō-
miniscū tur, falso id qdē, & si liberè id q sētias, dicere audeas, nō tā facilita-
3 tis, q obscuritatis cā ītroductū. At hmōi q plurima ī toto ferè iure reperiātur
ab interpretibus superioris pcipue seculi doctrinæ caussa suo arbitratu cōse
cta, à quibus aliquando non recedere cautio est. Concedamus aliquid Do-
ctoribus nostris. Esto: pactum vestitur, idque multis modis fateamur om-
4 nia. enumeremus etiam (licet istud sit operosum) omnes istos modos. Quid?
An iccirco pactum nudum, pacti ipsius inquam propriam simplicemq; natu
ram, non his commentitijs quasi pannuceis vestibus indutam, qualem no- Commentitiæ pannuceæ vestes pacti nudi.
5 bis iura proponunt, continuo sciuerimus? minimè: Immo eum non medio-
cri existimamus ingenio præditum esse oportere, qui perlustratis etiam plu-
ribus nostrorum interpretum, eorumque præstantissimorum commentarijs
pacti ipsius nudi, sibi coniuncti vim potestatemq; possit probe intelligere.
Hæc cum ita sint, quotus quisq; est, qui non videat, nihil magis à vera do-
cendi iuris ratione alienum fieri potuisse? De pactis scientia cum sit traden-
6 da, quid nam ea essent omnino intactum relinquere, spolia & vestimenta,
quibus quasi in tenebris laterent, consectari. Quamobrem discussa inter
eos vera pacti nudi definitione, ad propositas quæstiones huiusmodi ferè
scriptis sese accingebant. Quarum prima erat: pactum, aut est mixtum
contractui, aut in continenti adhibitum, aut ex interuallo. Tunc alter: ve-
7 reor, inquit, ne si falsam hanc diuisionē dixero, in summos viros delinquere
videar: si verā, ne falsum & mēdacē Vlpianū fuisse cōuincar, sumamus verba
eius. Sed hoc sic accipiēdū est inqt, vt si qdē ex cōtinēti pacta subsecuta sūt, In l. iurisgentium. §. quinimmo. ff. de pactis.
ēt ex parte actoris insint: Si ex interuallo, nō inerūt, nec valebāt, ne ex pacto
actio nascatur. Ergo si Vlpianū audiamus, pactū vel est ex interuallo, vel in
8 cōtinēti adhibitū, mixtū nullū pactū agnouit Vlpianus. Quare cū pactū sit
ex interuallo, vel in cōtinēti, ex Vlpiano nequeo, qdnā sit istud pactū mixtū,
intelligere: An q simul ex interuallo, & in cōtinēti est, id mixtū est? certa est re
spōsio, si veritas pateretur, sed hæc misceri nequeūt. Ergo nō fuit opus hac di
uisione. Istud declaro planius: In cōtinēti pactū est, q vt ex Grecis interpreta
tur Cuiacius, in ingressu cōtractus, initio, exordiove apponitur: ex interuallo
contra, quod re secuta interponitur: hoc non inest, illud inest contractui. Ea
enim pacta insunt, quæ legem contractui dant, idest, quæ in ingressu contra-
9 ctus facta sunt. Primum hic mihi velim respondeat aliquis, quid nam sit istud d. l. iurisgentium. §. vt puta.
pactum mixtum, quod non idem sit in continenti? afferet fortasse speciem
Hermogenes. Vēdito fundo vt certa mercede eum venditor conductū hēat: In l. qui fundum, de contrah. emp.
vel si vendat non alij, vel sibi distrahat, ad complendum pactum agitur

ex vendito: at vero pactum hic in continenti adhibitum esse negari non
potest. Id enim tam verum est, quàm quod verissimum. Cæterum vir
subtilis quispiam considerabit, & fortasse perpendet illud, ex vendito agere
poterit, non quemadmodum alibi, ex pacto. Differt igitur pactum mix-
tum a pacto in continenti adhibito. Sed ex contractu actionem dari nihil me
mouet; id enim aio esse perpetuum, vt ex pacto actio non detur, quatenus
inquam pactum est. Ex pacto enim, quando contractui adhibitum est in con
tinenti, actio ita dari dicitur, vt quæ. s. actio ex contractu competit, ea etiã ad
pactum ipsum, quod ibi est pars cõtractus, cõtractũq; ipsum format, cõpetat.

l. in bonæ fidei. C. de pactis.

11 Pactum nimirum tunc formam & legẽ dat contractui formatq; ipsam actio-
nem. i. actionem ex ipso contractu: ea. n. nec minima vis pacti esse videtur, vt
contractus naturam mutet, augeat, minuat, contractumq; ipsum formet, refor
met, sufficit igitur pactum mixtum idem esse quod in continenti, vt non re-
ctè assignata huiusmodi diuisio videatur. Præterea ne hanc tripartitam pa-
12 ctorum diuisionem recipiamus Vlpiani auctoritas facit, quem fœde (si
dijs placet) errasse fateamur necessario, si tertium membrum in diui-
dendo omisisse dixerimus: id enim vitiosum est in diuisione, vel M. Tul-
lio teste.

l. cum dotẽ. C. de iu. do. & d. §. quinimmo.

d. §. quinimmo.

13 Quo ad secundam vero quæstionem, duo in ea affirmari illi perpende-
bant: pactum in continenti adhibitum nouam parere actionem: alterum
est, pactum, quando ex eo resultat contractus innominatus, parere actio-
nem præscriptis verbis. Vtrumq; falsitatis suspitione non caret, (dicebant)
si à legibus pendere, non ab opinionibus velimus. In memoriam duo no-
bis reuocanda sunt, primo pactum ex sui natura actionem non parere. l. iu-
risgentium, de pactis. Deinde, actionem præscriptis verbis competere, quan
do deficiunt vsitata actionum nomina: immo etiam, quando inueniri non
14 possunt, dari item ex contractibus innominatis. His ita animaduersis, di-
luenda nobis sunt contraria argumenta quibus nituntur, ex pacto dari actio-
nem præscriptis verbis, quando scilicet (vt aiunt) ex eo resultat cõtractus
innominatus: Ex hoc ipso enim constabit, opinor, an noua actio detur ex
pacto in continenti? deinde asserimus, diuersam veriorem que sententiam,
eamque confirmabimus.

l. 1. 2. & 3. ff. de præscrip. verb.

15 Ex Decio hæc sumpta videntur: Is duas statuit conclusiones: primam, pa
ctum appositum iuxta contractum informat veterem actionem. Hoc, nisi
me animus fallit, est quod appellari volunt mixtum pactum. Nos iam
hoc quoque ostendimus esse in continenti ex Vlpiano. Secundam, pactum
appositum in continenti nouam parit actionem præscriptis verbis. Hanc sen
tentiam tanquam communem affert, & transit cum communi. Illi tamẽ duo
negotium faciunt, primum est: in contractu nominato non habet locum
pœnitentia, in innominato habet. Ergo videtur, quod non possint simul
concurrere, actio informata ex contractu, & actio præscriptis verbis.
Affert responsionem nonnullorum suæ tempestatis, quam confutat, dein
de ipse respondet his verbis: istud pactum appositum in continenti, recipit
formam à contractu nominato, & eius cohærentia vestitur, merito conso-
nat, quod debeat assumere naturam contractus nominati. Sigillatim ad singu
la respondentes dicemus: immo his consequens esse, vt actio detur ex con-
tractu non vt ex pacto, quod inest contractui, noua oriatur actio præscriptis
verbis. Secundo respondet Dec. repugnantia, quæ consideratur per Cuma-
num, respicit executionem, sed eligendo alteram actionem nulla est repugnã-
tia, & eligenti imputatur. Hic quærendum esset, an concurrere debeant

Dec. nu. 25. & 26.

l. si pecuniã. de condictione ob causã.

multæ

multæ actiones, entiaque an ita sint multiplicanda? Sed quantum ad rem
16 nostram attinet, sat est, si respondeamus, etiam si detur actio præscriptis
verbis, eam dari ex contractu, cui pactum inest, non ex pacto: ita vt actio
detur, vel ex contractu, vel ex negotio, quando scilicet adest synallagma, d.l. iurisg. §. primo.
nunquam ex pacto. Nec Dec. probat contrarium.

2 Secundo facit difficultatem: pactum in continenti factum, ait, videtur §. sed cũ nulla. d.l. iurisg.
interesse, si in veritate inesset, oriretur actio ex illo contractu, & alia actio
non competeret; Ergo pariter licet videatur inesse, non deberet alia actio
nasci, quia non debet plus operari fictio, quàm veritas. Respondet: ve- l. ad certum
rum est, inspecta veritate ex illo pacto actio noua producitur, quia resultat ff. locati.
contractus innominatus. Pace dicam doctissimi viri: nescio quis illi signi-
ficauerit, pactum illud inspecta etiam veritate non inesse. Pacta enim, quæ
17 in continenti fiunt, inesse dicuntur. At, scio, distinguent nonnulli, aut pa
ctum non est diuersum a natura contractus (quod nouo vocabulo appellãt l. iurisgentiũ
mixtum) Dec. ait esse iuxta contractum, & tunc non producit contractum §. quinimo.
innominatum, aut diuersum. Dec. hoc in continenti dicit, & producit con-
tractum innominatum. Exemplum esse putant in specie illa Papiniani, Ro- In l. rogasti.
gasti me, vt numos tibi mutuo darem, ego cum non haberem dedi tibi rem ff. de præscr. verb.
vendendam, vt precio vtereris, si non vendidisti, aut vendidisti quidem, pe
cuniam autem non accepisti mutuum vtilius est (cum alioqui competeret
actio ex mutuo) agere præscriptis verbis, idest, quia ibi est pactum contra
naturam contractus, ergo agitur præscriptis verbis, ergo ex pacto actio illa
nequaquam. Lex ea ipsa hanc controuersiam decidit, dum ait, quasi nego
tio inter nos gesto proprij contractus. Nihil potest esse clarius. Probat e- l. naturalis.
tiam Paulus: potest mandatum ex pacto naturam suam excedere, vel alio- §. sed si dedi.
qui datur actio ex eo, quod adest negotium, vel synallagma, vt apud Vl- ff. de præscri. verbis.
pianum, si tibi rem vendendam certo precio dedissem, vt quo pluris vendi- Vt in l. si ti-
disses, tibi haberes, placet neque mandati, neque pro socio esse actionem, bi. ff de præscrip. ver.
sed in factum, quasi alieno negotio gesto, & Iulianum: Solent, qui nouerunt
seruos fugitiuos alicubi celari, indicare eos dominis, vel pacisci, vt certum In l. solent.
aliquid sibi detur si indicassent, videamus inquit, an possint agere, & quidẽ ff. eod.
conuentio ista non est nuda, vt quis dicat ex pacto actionem non oriri. Sed
habet in se negotium aliquod, ergo ciuilis actio potest oriri præscriptis ver-
bis, & sic tolluntur omnia contraria, & admittendum esse moneo hoc synal
18 lagma, quod quia non agnouit Iulianus in specie, l. iurisgentium. §. primo,
merito fuit a Mauritiano repræhensus. Illud vero absurdum est, pactum,
quod sit diuersum a natura contractus, existimare idcirco non esse in con-
tinenti, nec enim sine omni vitio illud argumentum est, quo id videntur col
19 ligere quando pactum non est diuersum a natura contractus, quæ compe-
tit actio ex contractu, ea etiam competit ad pactum: ergo quando est di-
uersum, efficiturque contractus innominatus, noua actio competit ex pa-
cto. Neganda est consequentia competere ex pacto; Non enim actio com
petit etiam ad pactum ex eo, quod sit diuersum, vel non sit diuersum a natu
ra contractus, sed quod insit, nempe quod sit in continenti: quæ enim ex
continenti pacta adijciuntur, siue diuersa sint, siue non diuersa, ea sine du- l. iurisg. § quinimmo, sæpius citato.
bio insunt omnia. In summa pactum quod inest contractui ita obtinere ajo,
ac si natura talis esset contractus, quemadmodum in emphyteusi respondit §. adeo, Inst.
20 Imperator. ita enim ibi legendum omnino, non vt vulgo legitur naturalis. de locat.
Nec vero mouere nos debet (ne & hoc omittam) quod legamus alicubi ex Vt in l. in bonæ fidei. C.
pacto dari actionem. Nam in promptu responsio est, pactum in continenti de pact.

factum, cum insit contractui atque adeo pars contractus sit, nihil vetat, vt quæ actio ex contractu competit, ea etiam aliquando vel informata ex pacto dari dicatur, competit tamen ex conuentione, quatenus contractus est,
22 vel negotium habet, non quatenus pactum. Hoc enim comprobat ipsum synallagma, quod porro, qui ignorant vniuersæ iurisprudentiæ subiectum, totamque iuris artem non satis videntur tenere, & hæc sunt ardua illa Iuris ciuilis fastigia, quæ inuicem diligenter examinabant, quæque aduersus alios condiscipulos satis erudite disputanda conferebant ambo illi egregij, & studiosi auditores mei.

Quid sit Iuris ciuilis disciplina. Cap. VIII.

1 *Iuris facultatem non esse scientiam, non sapientiam, non artem, qualem putauit Cassaneus.*
2 *Ex cognitione subiecti definitio eius scientiæ solet elici.*
3 *Cum Cassaneo disputandum.*
4 *Cassaneus probat Iuris ciuilis disciplinam esse artem, scientiam, & sapientiam, per omnes locos.*
5 *Probat, quia ius est ars boni, & æqui.*
6 *Probat, quia dicitur profundioris scientiæ, & doctrinæ.*
7 *Per rationes dubitandi, & decidendi.*
8 *Quia est speculatiua.*
9 *Scientia nobilior cognoscitur à nobiliori subiecto, à certitudine, & ab vtroque.*
10 *Quia est humanarum, & diuinarum rerum notitia.*
11 *Quia res est sanctissima ciuilis sapientia.*
12 *Quia est cognitio diuersarum rerum.*
13 *Quia docet, quid sit iustitia, & qui eius effectus.*
14 *Docet se ipsum, & ciuitates regere.*
15 *Est vera philosophia.*
16 *Est ars liberalis.*
17 *Cassanei argumenta diluuntur.*
18 *Qui sint periti habituum animi.*
19 *Spectanda sunt ea, quæ ex professo, non quæ obiter dicuntur.*
20 *Qui habitus animi.*
21 *Agibilium prudentia, effectibilium ars.*
22 *Iuris ciuilis doctrina non est ars.*
23 *Statuaria circa statuas, ædificatoria circa domos.*
24 *Ars addit aduniti materiæ.*
25 *Non prudentia.*
26 *Quid sit prudentia.*
27 *Quid sit ars.*
28 *Actio, & effectio differunt.*
29 *Actio est perfectio agentis in eo, cuius est actio.*
30 *Non est scientia.*
31 *Scientia est habitus per demonstrationem acquisitus.*
32 *Dari demonstrationem in iure ciuili.*
33 *Imò non dari.*
34 *Necessaria logica.*
35 *Demonstratio non expectanda in legibus.*

36 Iuris

36 *Iuris ciuilis disciplina non est mens, non intellectus.*
37 *Non sapientia.*
38 *Anaxagoram, & Thaletem sapientes dicunt.*
39 *Quid sit iuris ciuilis disciplina.*
40 *Est prudentia.*
41 *Prudentia, & ciuilis facultas conueniunt; & differunt.*
42 *Tales habitus ad se moderandum prudentia, ad alios ciuilis facultas.*
43 *Iurisprudentia appellatur ab Vlpiano.*
44 *Arbor habituum animi.*
45 *Cassanei argumenta singulariter diluuntur.*
46 *Non est scientia simpliciter, sed legitima scientia.*
47 *Ars est collectio multorum praeceptorum.*
48 *Ars non potest sumi pro habitu scientifico.*
49 *Cassaneus peccat in materia, & forma.*
50 *Connumerantur artes liberales.*
51 *Non studio contradicendi, haec disputantur, sed veritatis amore.*
52 *Iuris ciuilis facultas defenditur non solum ab his, qui eam à suo statu ad sublimiora extollere, sed etiam ab his, qui eam pessundare conantur.*

POSTEAQVAM subiectum Iuris ciuilis patefecimus, par
1 est, vt eius definitionem quæramus, cùm ex subiecti cognitione, definitio eius scientiæ soleat elici. Quæramus igitur, quid ipsa sit Iuris ciuilis disciplina: sit ne ars, an scientia, an verò potius sapientia, an aliud quippiam? hac de re Neuizanus in sylua nuptiali, Cacialupius, Pincimbeus, Cassa-
2 neus de gloria mundi, alijque locuti sunt. Sed ne congrediar cum minutis istis, vt ait Plautus, patellarijs dijs, ego tanquam Cyclops, istorum Iouem,
3 nempe Cassaneum inani gloria mundi exultantem prouocabo. Cassaneus itaque in catalogo gloriæ mundi, Iuris ciuilis disciplinam non solum artem, sed etiam scientiam, imò sapientiam esse astruere nititur. Primum obijcit
» verba illa Iustiniani in epistolis Pandectarum: Professores legitimæ scien-
» tiæ constitutos, præterea: Prima vestigia cuiusque scientiæ mediocriter tra-
» dentes, & hi qui rudes ad hanc legitimam scientiam capessendam aspirant,
» item, Nihil legitimæ scientiæ eis deerit, & hæc sola scientia, fidem habet
4 mirabilem, ergo est scientia. Secundò obijcit Vlpianum dicentem: Ius est ars boni, & æqui, æqui, & iniqui notitiam profitemur: æquum ab iniquo separamus, licitum ab illicito. Deinde hæc ita probat: si ius (inquit) est ars, est cognitio, quoniam, vt dicit Philosophus primo Posteriorum, omnis ars & doctrina, fit ex præexistenti cognitione, sicut contingit in Iure, cum in eo distinguamus æquum ab iniquo: quæ distinctio fieri non potest sine cognitione: & non potest, inquit, capi ars, nisi pro habitu scientifico.
5 Tertiò id probare conatur, eo quòd Imperatores in titulo Codicis de studijs liberalibus Vrbis Romæ, appellant Medicos, & Iurisperitos, profun-
6 dioris scientiæ, & doctrinæ philosophos. Quartò, quoniam leges habent rationes suas, & causas, quas Doctores præsertim iura profitentes venari student, quærentes dubitandi decidendique rationem: dubitandi inquit: nam omnis lex lata est in casu dubio, & quia de singulis dubitare non est inutile: decidendi verò, vt pateat, legem niti ratione. Propterea constat in-
7 quit, ex his, Ius ciuile esse veram scientiam. Quintò asserit, Ius ciuile non solum esse scientiam practicam, sed etiam speculatiuam probat, quoniam

Cassa. in catalogo gloriæ mundi.

In proœmio florum passim.

Arist. primo Poste. primo.

C. de stud. liber. Vrb. Romę. lib. 10.

oportet

oportet prudentem iuris, soluere nodos, quæstiones, & controuersias, quę
nunquam etiam contigerint. quod fieri minime potest, nisi per subtiles in-
dagationes, & per speculationem. Quò fit, vt subtiliter indagandum sit, &
procedendum per argumenta, rationes, & similia, & per alia varia media
secundum regulas iuris, quas decet habere notas. Præterea infert, quòd
imò est certissima scientia, quia habet finem, quem non habent aliæ scien-
8 tiæ: habetque certissimas rationes, causas, & demonstrationes, vt peritis,
inquit, notum est. & nititur Philosophi authoritate, primo de anima: scien-
tia dicitur nobilior altera, vel à subiecto nobiliori, vel quia est certior, vel
propter vtrunque. Sextò ait, non solum esse scientiam simplicem, sed in-
9 ter cæteras dignissimam: probat, quia est humanarum, & diuinarum rerum
notitia, iusti, atque iniusti scientia, & à definitione non est recedendum,
quia, inquit, secundum Philosophum primo Methaphysicorum, definitio
est sermo indicans quid est esse rei per essentialia: & Philosophi ratione nō
contentus ad hoc probandum, adducit Baldum in rubrica Codicis, qui ad-
10 mitti. Transit postea ad allusionem, transit ad etymologiam. Septimò
eius sententiam amplificando, addit, non solum dici scientiam, verum e-
tiam sapientiam: probat, nam Vlpianus de variis, & extraordinarijs co-
gnitionibus, ait: est enim quidem res sanctissima ciuilis sapientia, sed quæ
pretio nummario non sit æstimanda, nec dehonestanda, ergo est sapientia.
11 Deinde putat longe fortius hæc confirmari, quoniam Diuus Thomas se-
cunda secundæ, quæstione prima, articulo secundo, asserit, cognitionem di-
uersarum rerum vocari scientiam: sed cognitio legalis est huiusmodi, quia
legum authoritas res diuinas, & humanas bene disponit, & omnem expel-
12 lit errorem, & sic est sapientia. Octauò, quoniam docet quid sit iustitia,
& eius effectus, ergo est (inquit) diuinarum rerum notitia: probat hanc
conclusionem, quia iustitia de coelo prospexit, & est scientia Trinitatis, cum
Iustitia à iure descendat, & ius sit ars boni, & æqui. Ecce quàm egregias
13 consequentias. Nonò, se ipsum regere, inquit, est summa sapientia, vt
per Philosophum de regimine principum: Sed hæc scientia nedum docet se
ipsum regere, sed etiam ciuitates, & prouincias, & totam rempublicam, &
omnem orbem terrarum, ergo fortius dicitur sapientia. Declarat, sine ea
factum est nihil, & est præcipua omnium aliarum, cum per eam regantur
omnia, quia docet, inquit, Iurisconsultum habere docendi potentiam, di-
cendi facundiam, discernendi copiam, interpretandi subtilitatem, soler-
tiam, fidem, honestos mores, & laudabilem vitam, notitiam iusti, & iniu-
sti, boni, & æqui, & sic notitiam ipsius Dei, cum bonitas, & æquitas sint
essentiæ Trinitatis, & ipsius Dei. Quàm altè euolat Cassaneus. Decimò
14 Ius ciuile est dogma omnium sapientum, & est vera philosophia, & non si-
mulata, ergo est sapientia, & scientia. Quod si opponatur, Iureconsultos
15 hæc dicere, hæc asserere, & non alios, respondeo (inquit) quòd illis est
16 credendum, cum sint periti in arte. Vltimo, quia professio Iuris ciuilis di
citur ars liberalis. Ex his concludit vir hic, alioqui præclarus, Iuris faculta-
tem esse artem, esse scientiam practicam, & speculatiuam, & sapientiam;
quam sanè opinionem Corasium quoque temere insecutum fuisse, postea
legimus.

Primo de anima tex. 1.

l. iustitia. in fine, de iust. & iure.

Imo septimo metaph. tex. 37. 40. & passim.

Bal. in Rub. C. qui admitti.

l. 1. § nec iuris professores, de var. & extraor. cogni.

D. Tho. 2. 2. q. 1. arti. 2.

Coras. de iu. arte, li. 1. c. 14.

1 Hæc porrò Cassanei argumenta quàm inania, quamque futilia viroque
17 tanto indigna, ab ipso animo, atque habitibus eius facile conijci potest.
At ipse ait, Iurisconsultis, vt peritis in arte esse credendum, sed tota errat
via, atque ei similis est, qui famelicus panem empturus non à pistore, sed

à lapicida quærat eum. nam si quærimus hoc, sit ne hic, an ille habitus ani
mi, non Iureconsultos, sed eos maximè, qui potestatum, virtutumq; ani-
mi peritissimi sunt, quorum propria hæc videtur esse scientia, consulere de-
bemus, ad quos sæpè sæpius sese referunt Legislatores, nihil aut parum ad-
modum respicientes ad ea, quæ summi viri impropriè, & non ex professo,
verum obiter tetigere, sed ad ea quæ propriè, & ex professo tractauere. Nã
19 sæpè fit, vt in cursu orationis, dum sensui communi nos accommodamus
multa dicantur impropriè. Ideoque non est mirum Iuris disciplinam modo
artem, modo scientiam appellari, modo sapientiam appellatam esse, quam-
uis non sit ignotum eam propriè nec artem, nec scientiam, nec sapientiam
esse. Quod vt manifestè pateat, Aristotelem, qui in hac facultate cæteris Arist. Ethic.
omnibus facilè præstitit, consulamus. Is habitus intellectiuos animæ has 6, c. 3.
20 esse demonstrat, artem, prudentiam, scientiam, sapientiam, & intelle-
ctum: quos ad duas animi potestates refert: ad actiuam, artem, & pruden-
21 tiam, illam effectibilium, hanc agibilium: ad speculatiuam scientiam, sa-
pientiam, & intellectum, quorum aperit definitiones, quæ cum ei essent
ignotæ, Cassaneus sic eas tractat res, vt doctis irridendi sui potestatem fa-
ciat. Iuris ciuilis itaque doctrinam, non esse artem, non scientiam, non
sapientiam, non intellectum dicimus. non esse artem, probamus cum Ari-
stotele: nam vis illa animi nostri, quam actiuam dicimus, aut in efficiendo
aliquod opus versatur, aut in agendo: à qua in effectibilibus ars, in agibili-
22 bus prudentia orta est. In efficiendo enim statuaria circa statuas, ædifica-
toria circa domos construendas, ars propriè dicitur, quæ addit adimitque
23 materiæ, & eam prout libet mutat, & format. In agendo vero, cum agit
tantum, nullo inde opere proueniente, quæ actio in iure æquum ab iniquo,
licitum ab illicito discernit, totiusque reipublicæ tranquillitatem tuetur,
hæc nihil mutat, nihil addit adimitque materiæ. Caret enim materia, &
suas exercet actiones immanentes: proinde iusti est atque iniusti diiudica-
tio, eamque non solum ab Aristotele, verum ab ipso quoque Vlpiano Pru-
24 dentiæ nomine insigniter declarata fuit. Nam iurisprudentia, inquit, est l. iustitia. §.
humanarum diuinarumque rerum notitia, iusti atque iniusti scientia. Est iurisprudentia. de iust. &
autem prudentia, vt inquit Philosophus Ethicorum sexto, habitus agendi iure.
vera cum ratione circa ea, quæ sunt homini bona, atque mala. Quocirca Arist. Ethic.
Periclem, & viros tales prudentes esse arbitramur, quia, quæ sibi ipsis, & 6. c. 5.
25 cæteris hominibus sunt bona perspicere possunt: Ars vero non est habitus
agendi, sed efficiendi aliquod opus, mutando materiam. Ergo Iuris ciui-
26 lis disciplina ars nullo modo esse potest. Vel, cum Acciaiolo hoc syllogis-
mo vtamur: Quorum habituum operationes sunt diuersæ, & ij habitus sunt
diuersi, ergo habitus diuersi: sed prudentia est habitus actionis, ars vero
effectionis, ergo prudentia non est ars, nec è contra ars est prudentia. Præ-
27 terea, actio est perfectio agentis, & in eo cuius est actio: effectio vero ad
opus externum terminatur, vt operis illius, & rei fabricatæ perfectio. Sed
iam non esse scientiam probemus, & semper in quæstione quæramus rei ve-
28 ritatem, & proprietatem, non autem, quòd aliquando impropriè asseri-
tur. Tunc dicamus: scientia non est de his, quæ se aliter habere possunt:
Ius ciuile est de his, quæ se aliter habere possunt, ergo Iuris ciuilis facultas
non est scientia. Maior, & minor probatur à Philosopho Ethicorum sexto
29 cap. 3. & 5. & passim: vel à definitione cum ipso argumentemur: scientia est Ethic. 6. c. 3.
habitus per demonstrationem acquisitus: Iuris ciuilis doctrina siue pruden- & 5.
tia non est habitus per demonstrationem acquisitus, ergo Iuris ciuilis facul-

tas

tas non eſt ſcientia. Maior eſt Philoſophi ibidem, confirmaturque ipſa
rei definitione: minor patet, quia ius, omnesque leges, verſantur in mate-
ria contingenti, proinde mutabili, quales ſunt hominum actiones, non au-
30 tem in neceſſarijs, & æternis. Nec obijciat aliquis cum Christophoro Ehe
mio, dari demonſtrationem in iure ciuili, vt ſi dixerimus, lege caueri, ab-
ſentiam à Republica eius cauſa, neque ſibi, neque alijs damno eſſe oporte-
re: Sed miles Reipublicæ cauſa abeſt, ergo militi abſentia non debet eſſe
damnoſa: nam hoc ſecundum formam quandam ſyllogiſmi, non ſecundum
31 materiam contingere, dicendum eſt. Si enim miles ille perfidè ſe geſſerit,
puta, quòd transfuga aut deſertor fuerit, nonne ſtatim falſa redditur con-
cluſio? quæ prius erat neceſſaria, neceſſitate, vt aiunt, logicæ conſequen-
32 tiæ, non conſequentis. Quamobrem quæſtio propter quid, vel ipſa demon-
ſtratio à nobis in his legibus pertractandis, non exigitur vera, & propria,
quæ rerum eſt, & concluſionum, quarum principia ſunt neceſſaria, ſed pro-
babilis, vel ſecundum formam ſyllogiſticam, & prout res ipſa patitur, ne
33 vt ait Philoſophus moralium primo, à Mathematico ſuaſionem, ab Orato-
34 re demonſtrationem expectemus. Non eſt inſuper mens, nec intellectus.
Nam intellectus eſt habitus præcipuus principiorum, quorum nulla eſt de-
monſtratio, licet ex ipſis principijs deducatur: Hæc iuriſperitia, non eſt
35 huiuſmodi, propterea non eſt intellectus. Hanc itidem non eſſe ſapientiā
demonſtramus: Sapientia ſiquidem eſt ſcientia, & intellectus, ſeu tertium
ex his conflatum, quæ natura maximo honore digna ſunt. Quapropter
36 Anaxagoram, & Thaletem, ac ſimiles, ſapientes quidem, ſed non pruden-
tes vocant: At Iuris diſciplinam non eſſe ſcientiam, non intellectum, iam
oſtendimus, ergo non poteſt eſſe tertium ex eis compoſitum. Accedat huc,
ſapientiam haberi de vniuerſalibus, prudentiam verò de vniuerſalibus, &
ſingularibus. Accedant quoque differentiæ aliæ à Philoſopho ibidem con-
37 numeratæ. Ex his apertè concludimus, iuris diſciplinam non eſſe artem
verè ac propriè, non ſcientiam, non intellectum, non ſapientiam, ſed
eam ita definimus: Iuris ciuilis diſciplina, eſt prudentiæ, vel ciuilis facul-
tas humanas actiones, ad ius, & iuſtitiam, legibus Principum dirigens, &
38 moderans. Eſt prudentia: ſic eam appellat Vlpianus, dum inquit, Iuriſ-
prudentia eſt humanarum, & diuinarum rerum notitia, iuſti atque iniuſti
ſcientia: Prudentia inquam, vel ciuilis facultas. Nam vt Ariſtoteles ait:
39 Prudentia, & ciuilis facultas vnus, & idem eſt animi habitus, ſed ratione
duo. Nam talis habitus ea ratione, qua eſt principium agendi bona ad ſe
ipſum eſt prudentia: qua verò ratione eſt principium agendi bona erga plu-
res, præſertim in Republica communi nomine dicetur ciuilis facultas: talis
40 eſt habitus Iuriſprudentia. Qua enim ratione principium internum eſt,
vt quis iuſtè & piè viuat, & iuſta & iniuſta ad ſe moderandum cognoſcat,
eſt iuriſprudentia: ſed qua ratione talis eſt habitus ad alios moderandos iu-
re, ac legitima iuſtitia, communi nomine eſt Iuris ciuilis facultas. Quamob-
41 rem rectè quoque poteſt definiri, vt ſit philoſophia actiua, & verè ac
propriè nuncupata fuit ab Vlpiano Iuriſprudentia. Cuius ſanè Iuriſpru-
dentiæ definitio huic noſtræ quàm maximè concinit, veluti ſi quiſpiam di-
xerit, Iuris ciuilis diſciplina eſt Iuriſprudentia humanarum, & diuinarum
42 rerum notitia, iuſti atque iniuſti ſcientia. Quæ quidem omnia, vt longe
clarius remotis cauillis nobis eluceſcant, placuit cum Ariſtotele ab exordio
ſexti moralium poteſtatum, vel habituum animi humani arborem ob ocu-
los viſendam, ita inſerere, & inſcribere

Intellectus

Ehemius de prin. iu.

Ethic. 1. c. 3.

l. iuſtitia. §. iuriſprudē-tia. de iuſt. & iure.
Eth. 6. c. 8.

l. 1. l. iuſtitia. de iuſt. & iu.

Intellectus

- Practicus
  - Factibilium — Ars
  - Agibilium — Prudentia
- Speculatiuus
  - Scientia
  - Sapientia
  - Intelligentia

Vel ita.

Philoſophia

- Speculatiua
  - Rationalis
    - Grammatica
      - Rhetorica
      - Poetica
    - Logica
  - Realis
    - Mathematica
    - Phyſica
    - Methaphyſica
- Practica
  - Factum — Ars
  - Actiua — Prudentia
    - Ethica
    - Politica
    - Oeconomica
    - Iuriſprudẽtia.

43 Ex his profectò Caſſanei argumenta corruere, & peſſum ire, neceſſe eſt, quæ tamen exactius ſingula conſiderare placuit. Primum ex proœmio Digeſtorum deductum eſt, vbi hæc iuris peritia, ars, ſcientia, & ſapientia appellatur. At facile eſt reſpondere, Legiſlatorem ibi, vel alibi ſummos viros obiter, & impropriè eſſe loquutos, & gratia huius facultatis honeſtandæ.

44 Præterea argumentum contra Caſſaneum retorquetur, cum ibidem non ſcientia ſimpliciter, ſed legitima ſcientia appelletur, vnde impropriè ſcientiam dictam eſſe apparet. Secundum nititur Vlpiani autoritate, dicentis, l. 1. §. 1. de iu. & iure.
Ius eſt ars boni, & æqui; at nos dicimus, Vlpianum ibi artem intellexiſſe,
45 non eam, quam ſupra differre à prudentia oſtendimus, ſed artem generatim, hoc eſt collectionem multorum præceptorum, vt ſi quis Logicam, vel
46 Rhethoricam artem appellet: & hoc modo potuit ars appellari. Deinde malè infert Caſſaneus, Ius eſt ars, & cognitio, ergo non poteſt capi ars niſi pro habitu ſcientifico. Somniat, aut delirat Caſſaneus, cum impoſſibile ſit, artem propriè ſumi pro habitu ſcientifico, vt antea demonſtrauimus. Sed ipſe hoc confirmare conatur ex propoſitione Philoſophi, quoniam omnis ars, inquit, & cognitio fit ex præexiſtenti cognitione; ſicut, inquit, contingit in iure, cum in eo diſtinguamus æquum ab iniquo: quæ diſtin-
47 ctio fieri non poteſt ſine cognitione. Peccat in omnibus vir iſte, in materia, ſcilicet, vt aiunt, & forma. Omnem enim cognitionem habitum ſcientificum intelligit, quo nihil ineptius. quaſi Grammatico, Rhetori, & ſimilibus detur habitus ſcientificus. Nec dixit Ariſtoteles, omnis ars, ſed omnis doctrina, omnis diſciplina fit ex præexiſtenti cognitione: & nos quærimus, an hæc doctrina, vel diſciplina legum, ſit ars propriè ſumpta, an ſcientia, an prudentia: ipſe verò ſemper abutitur arte. Tertium nihil concludit, quamuis Philoſophi, & Iuriſconſulti comparati profeſſoribus humaniorum litterarum viri nuncupentur profundioris ſcientiæ, & doctrinæ. Quarti conſequentia negatur. Quintum nihil concludit, totumque abnegatur, cum eadem res idemque habitus non poſſit eſſe ſcientiæ ſpeculatiuæ, & actiuę (Ariſt. 1. poſte. cap. 1.)

actiuæ, quippe quæ specie differunt. Sextum, septimum, octauum, nonum, & decimum (vna excepta Iuris ciuilis dignitate) ex præmissis nullā inferunt, nec probabilem conclusionem, & puerilibus, ac nugatorijs ple-
48 na sunt, vt ex superius adductis liquidò constat. Confugit demum ad artes liberales, nec animaduertit, Grammaticam quoque, Rhetoricam, Logicā, Mathematicam, Ius ciuile, Philosophiam omnem, Astrologiam, Theologiam, ac Medicinam quoque inter eas cōnumerari, vbi non propriè artem, prout nos in proposita quæstione disputamus, sed abusiuè, vt rem libero ac
49 ingenuo homine dignam sumi, manifestum est. Hæc igitur sunt ea, quæ nos examinanda duximus, non vt studio contradicendi iniuriam Cassaneo irrogaremus, quem virum alioqui doctissimum sua nobis ostendunt commentaria, sed vt veritatem amplexi, quid ipsa esset Iuris ciuilis disciplina,
50 & vtri Philosophiæ subijcienda, ostenderemus. Hucusque Iuris disciplinam eiusque statum, & conditiones ab eis defendimus, qui ipsam ab eius propria natura ad sublimiora, & impropria extollere anhelabant. Deinceps verò eandem enixè tuebimur ab eorum telis, qui ipsam à suo statu ad inferiora depellere, & omnino pessundare tam temerè ausi sunt, vt eam, nec artem, nec peritiam esse profiterentur.

De fine & vtilitate iurisprudentiæ, & quemadmodum morales virtutes in iure ciuili contineantur. Cap. IX.

1 *Finis & vtilitas iurisprudentiæ.*
2 *Finis duplex, internus, & externus.*
3 *Qui tendant ad finem externum.*
4 *Philosophia, mercenariam operam spernit, & ciuilis sapientia pretio nummario non est æstimanda.*
5 *Finis internus, iustitia, & æquitas, vnde hominum salus, & tranquillitas Reipublicæ.*
6 *Ad vnam Iustitiam Legislator, Iurisconsultus, & Magistratus vijs tendunt diuersis.*
7 *Domus Iurisconsulti est totius oraculum ciuitatis.*
8 *Connumerantur omnes virtutes morales, & in legibus contineri ostenduntur.*
9 *Fortitudo, & temperantia interdum hominem componunt.*
10 *Aliæ in externis, vel aliena concurrente materia versantur.*
11 *Virtutes morales medias Philosophus inter vitia statuit.*
12 *Iurisconsultus virtutes morales alio modo spectat & contemplatur.*
13 *Affectus aliter Philosophi, aliter tollunt Legislatores.*
14 *De fortitudine quænam legibus præcipiantur.*
15 *Qui pro patria pugnando ceciderint, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur.*
16 *Et ij, quos viros fortes desiderant leges.*
17 *De temperantia, quæ legibus iubeantur.*
18 *Hinc nuptiæ, dotes, hæreditates, bonorum possessiones, & id genus multa.*
19 *Primæ præferuntur secundis nuptijs.*
20 *Pœna renubentibus mulieribus à lege infliguntur.*
21 *De intemperantia, stupro, adulterio, incestu, & similibus.*

22 De

Ivris ciuilis disciplinæ subiectum, & partes, quidque ipsa
sit, & cui philosophiæ generi subijciatur, declarauimus:
1 Nunc qui finis, quæque vtilitas iuris sit, & quomodo mora-
les virtutes in iure ciuili contineantur, explicandum duxi-
mus. Quam quidem vtilitatem finem ipsum concomitari, vel
2 consequi manifestum est. Hunc autem finem duplicem esse cernimus; ex-
3 ternum, scilicet & internum. Priori mouentur ij, qui sola lucri potius cu-
piditate, quàm iustitiæ adipiscendæ gratia Iuri sibi incumbendum, vel qui
soli medicinæ potius, quàm philosophiæ, & leuiter quidem, operam na-
uandam putant. Nam sicut apud Græcos artifices, qui citharœdi esse ne-
queunt, tibicines fiunt: sic ex his nonnulli, qui sola spe lucri allecti in Iuris-
consultos, vel præstantes medicos, & philosophos euadere non possunt,
pragmatici, vel empirici efficiuntur, quique illis carminibus, veluti pro-
prio oblectantur obiecto:

Dat Galenus opes, dat sanctio Iustiniana
Ex illis paleas, ex istis collige grana:
Stat Galenus eques, gemmis præcinctus, & auro:
Plato pedes peditem ducit Aristotelem.

4 Iccirco Vlpianus ait, Philosophos in professorum numero non habēdos,
non quia non religiosa res sit, sed quia hoc primum eos profiteri oporteat,
mercenariam se operam spernere. Proinde inquit, nec Iuris ciuilis profes-
soribus ius dicent. Est enim quædam res sanctissima ciuilis sapientia, sed quę
pretio nummario non sit æstimanda, nec dehonestanda. Quædam enim
etsi honestè accipiuntur, inhonestè tamen petuntur. Sed nos posteriorem
finem, nempe internum, qui non verbis, sed re iuris religiosos efficit, sequē-
5 dum putamus, & eum dicimus esse iustitiam, & æquitatem: quam, vt vm-
bra corpus, sic sequitur hominum salus, & tranquillitas Reipublicæ, vt, qui
domum ædificat, id propterea facit, vt se resque suas ab imbre, ventis, fri-
gore, ab æstu, alijsque tueatur incommodis; finis autem, cui ædificium
struitur est ipse homo: eodemmet modo, veri Iurisconsulti finis, ad quem
tendunt responsa eius, est adeptio iustitiæ, & legitimæ æquitatis in iudicijs
conseruatio: scopus autem, cui hæc iustitia quæritur, est res ipsa publica, &
6 societatis ciuilis conseruatio: quæ quidem iustitia est posita, tanquam præ-
cipuus scopus, & meta, ad quam Legislator, Iurisconsultus, & Magistra-
tus, sed vijs diuersis peruenire contendant. Nam Legislator ex optimarum

l. 1. §. an & philosophi, & §. nec iuris professores, de var. & extraordi. cog.

Cic. 3. de legi.

In proœmio ffor um. §. pe. & §. 6. In pr. inst. l. 2. §. postea ne diutius. de orig. iu. l. 1. & 2. de leg.

legum lation:, ad rempublicam conseruandam hanc nititur adipisci: Iurisconsultus ex legitima earum interpretatione: magistratus ex æquali, & iusta earum executione eandem consequuntur iustitiam, verum, & nobilissi-

Cice. primo de orato.

7 mum iurisprudentiæ scopum. Vnde præclarè Cicero Iurisconsulti dignitatem magnifaciebat. Est sine dubio (inquit) domus Iurisconsulti totius ciuitatis oraculum: testis est Quinti Mutij ianua, & vestibulum, quod insirmissima valetudine affecta iam ætate, maxima quotidie frequentia ciuium ac summorum hominum celebratur.

8 Iam verò, quæ morales virtutes, & quemadmodum in iure ciuili habeãtur, diligenter perpendamus. Hæ autem præter iustitiam, & prudentiam in moribus præfulgere videntur: fortitudo, temperantia, liberalitas, magnanimitas, mansuetudo, vel clementia, amicitia, veritas, & dexteritas.

9 Quarum omnium fortitudo, & temperantia hominem internum, & appetitum eius irascendi & concupiscendi rectè componunt, in externis vero, vel aliena concurrente materia versantur: aliæ in pecunia, & diuitijs, liberalitas, & magnificentia; in paruis, vel magnis honoribus, honoris appetitio, & magnanimitas: & mansuetudo, vel clementia in iræ mediocritate; cæteræ verò in congressibus hominum, vel sermonibus serijs, aut iocosis.

10 Has profectò virtutes morales philosophus ita contemplatur, vt vnamquamque mediam inter extrema vitia statuat, & medium virtutis habitum spontè induat, & humanam denique fœlicitatem attingat: Iurisconsultus vero, vel Legislator, Democritum potius Philosophum imitatus, qui (ut refert Plinius) duos omnino Deos esse constituebat, pœnam scilicet & beneficium, extrema potissimum uniuscuiusque uirtutis uitia insequitur, ut sontes pœnarum acerbitate perterriti à uitijs abstineant: insontes uerò, præmiorum exhortatione, honoribus ac magistratibus sibi delatis ad uir-

Pli. nat. hist. 31. c. de sancti tate.

Cic. offi. 3.

11 tutes, ad iustitiam, ad bonum publicum alliciantur. Nam, ut inquit Cicero, in contractibus aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias: leges, quatenus manu renere possunt: philosophi, quatenus ratione, & intelligentia. Cui concinit Vlpianus, Bonos (inquit) non solum metu pœnarum, sed præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes. Hoc insuper insinuat

l. 1. de iust. & iure.

12 Aristoteles, ostendunt etiam Iurisconsulti. Nam ut à fortitudine exordiamur, cuius extrema sunt ignauia, & audacia, lex, ut ipse inquit, præcipit, ne locus in acie deseratur, ne terga uertantur hostibus, ne clypeus, aliaue arma abijciantur: ij namque legibus de re militari, capitali pœna tenentur: & qui in bello, ut Modestinus ait, rem à duce prohibitam fecerit, aut mandata non seruauerit, capite punitur, etiamsi res bene cesserit. Adeo autem leges fortitudinem, ipsosque uiros fortes magnifaciunt, ut si miles in prælio cadens, in uagina, aut clypeo literis sanguine suo rutilantibus adnotauerit, aut in puluere gladio inscripserit: Titium, & Mæuium mihi hæredes facio, huiusmodi testamentum haud irritum, sed fortissimum habeant. Qui

Ethic. 6. c. 1.

l. desertoré. §. in bello. ff. de re milit.

l. milites §. proinde. C. de testamen. milit.

13 nimmo, ut ad fortitudinem, magnanimitatem, & quamcunque aliam uirtutem heroicam milites excitent, hæc eis summo cum honore proponunt: Quicunque pro patria, pro Republica strenuè pugnantes ceciderint in bello, in perpetuũ p gloriã viuere intelliguntur: inter superstites liberos numerẽtur: horũ parẽtes ab onere tutelarum, à censu, à decimis pro numero filiorum excusentur, peculia etiam castrensia, & quasi filijs præcipua esse voluerunt, & tales demum peroptant viros fortes, quales cecinit Poeta.

l. bello amiss. ff. de excusa. tuto. & §. sed in bello, Inst. de excu. tut.

O passi grauiora, dabit Deus his quoque finem,
Durate, & vosmet rebus seruate secundis.

Iubent

Iubent etiam leges ea, quæ sunt temperantis, vt ne adulterium committatur, aliudve quid libidinosè agatur. Sic lex Iulia de adulterijs eos grauiter punit, qui adulterium, stuprum, incestum, vel alia committunt libidinis scelera. Huius virtutis extrema sunt intemperantia, & stupor. Temperantia enim est voluptatum molestiarumque gustus, ac tactus mediocritas, abstinentia in cibo, in potu sobrietas, circa Venerem, & venerea pudicitia, & castitas. Intemperans in cibo helluo, & vorax: in potu ebriosus, & vinolentus: circa venerea impudicus, & libidinosus est. Qui verò nulla prorsus horum sensuum voluptate tangitur, sine sensu esse dici potest ob stuporē, C.& ff. ad l. Iul. de adult.

15 seu ἀναισθησίαν: qualis an sit virgo, dubitari contingit. Temperantis igitur nuptiæ sunt, siue matrimonium. Hinc iura dotium, hinc liberorum procreatiō, & educatio: hinc hæreditas, & bonorum possessiones liberis, & parentibus delatæ: hinc nuptiæ primæ, hinc nuptiæ secundæ. Vnde tot leges; totque pœnæ latæ ac indictæ fuerunt aduersus mulieres infra annum luctus, & post annum etiam secundo viro nubentes, tum propter seminis ac sanguinis commixtionem, & illegitimi partus suspitionem, quapropter notantur infamia, ac eis interdicitur testamenti factiō aliqua pro parte actiua, & passiua, bonaque sibi à primo viro relicta auferuntur, & viri proximioribus deferuntur: tum quia secundæ nuptiæ temperantia, pudicitia imquam, & castitate longè inferiores sunt primis nuptijs. l. si qua mulier. l. eisdem pœnis. l. si qua ex fœminis l. fęminę. C. de secun. nup. l. liberorum. §. 1. de his, qui not. infam.

16 Olim enim, quæ vno matrimonio contentæ erant, pudicitiæ corona decorabantur. Videntur enim reiterata connubia, euidens intemperantię signum præseferre. Quā obrem secundas nuptias antiqui legitimam intemperantiam appellabant. Hinc Poeta:

Quæ nubit toties, non nubit: adultera lege est:
Offendor mœcha simpliciore minus.

Et iure pontificio primæ tantum, non secundæ à Sacerdote benedicuntur

17 nuptiæ. Proinde renubentes mulieres bonorum proprietate, quæ à primo viro acceperunt, legibus priuantur, & eadem liberis primi matrimonij conseruantur, vt mater non possit liberis suis pleno iure succedere, cum ad secundas euolauerit nuptias, nisi vnicum tantum genuerit filium, quod viro defuncto & liberis etiam, reiteratis connubijs, iniuriam fecisse videa- c. de his. 31. q. 1.

18 tur. Intemperantis vero sunt stupra, adulteria, incesta, & id genus multa, à quibus vt ciues abstineant, & appetitui concupiscendi rectè moderentur, insurgunt leges gladio vltore, quòd sanè quàm difficillimum esse videtur. Nam, vt Ouidius canit: l. hac edictali. C. de sec. nup.

Luxuriant animi rebus plerunque secundis:
Nec facile est æqua commoda mente pati.

19 Sed virginitati sensus omnino deesse videtur, vt de altero extremo huius virtutis loquamur, nempe de ipsa ἀναισθησία, vel stupore. Verum nuptiæ terram, virginitas cœlum ipsum replet, quæ sanè contrariæ esse videntur. Nuptijs enim virginitas defloratur, & corrumpitur, & illæ perpetuò quidem conseruant genus humanū, iuxta illud, Crescite, & multiplicamini, & replete terram, sicut arena maris, & sidera cœli. Hæc vero potens, & apta est

sola vniuersum genus hominum destruere. Icircò, quemadmodum virgini-
20 tas sit virtus, inter Iurisperitos Vaconius etiam libro primo declarationum Iuris ciuilis sedulo quærebat. Nulla enim virtus moralis per actum licitum corrumpitur: Virginitas solo actu Veneris, quamuis liceat, (vt in legitimis nuptijs) corrumpitur: ergo virginitas non est virtus. Præterea: Nulla virtus residet in pueris: at virginitas maxime in pueris, rarò in iuuenibus. Virginitas insuper non videtur esse medium, sed temperantiæ extremum, ergo non est virtus. Antecedens probatur: Qui venereis voluptatibus mediocriter vtitur, quando, quibuscum, & quo modo oportet, temperantiæ medium tenet: sed qui nimium his vtitur, non quando, non quibuscum, non quo modo opus est, intemperantis, fornicatoris, aut aliud huiusmodi nomen nanciscitur. Item, qui in illis penitus deficit, sine sensu stupidus esse dicitur, & aduersas partes extremas, cum nullam prorsus Veneris voluptatem
21 capiat, occupat, & talis est virgo. Verum, vt eam virtutem esse, quin etiã heroicam ostendamus, dicimus, virginitatem ipsam, secundum rei quantitatem extremum temperantiæ tenere: At secundum rectam rationem virtutis, medium inter libidinem, & stupiditatem locum possidere. Re tenet extremum, quia ab omni venerea voluptate abstinens est: ratione virtutis medium possidet. Nam quasi sensu carens, non absque recta ratione voluptatem ipsam omninò heroica virtute refugit. Econuersò libidinosus præter rationem voluptatem solam consectatur: at virgo secundum rationem ab ea abstinet prorsus, vt Deo Optimo Maximo, & rebus diuinis tum contemplando, tum orando vacare possit, quales virgines ipsas Vestales, & religiosos aliquos viros, morum integritate, & vitæ sanctitate insignes, ac venerandos, in Christiana religione præfulgere intuemur, & admiramur. Sic
22 & magnanimus, re quidem extremus, ratione vero medius in virtute dicitur: extremus re, quia paruos, & mediocres honores aspernatur, & maximos quosque semper consectatur: ratione tamen & honestate medius: ideoque virtus eius suprema, vel heroica appellatur. vnde Paulus ait: Qui virginem suam matrimonio iungit, bene facit, qui non iungit melius facit. Hæc enim cœlum replet, & animas Deo offert. Virginitas igitur thesaurus dicitur inæstimabilis, & virgines nuptarum priuilegijs potiuntur. Proin-
23 de, si quis non dicam rapere, sed attentare tantum iungendi causa matrimonij sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pœna teneatur, & raptores virginum honestarum, vel ingenuarum, siue iam desponsatæ fuerint, si-
24 ue non, capitis supplicio plectendos esse, legibus sancitum est. Liberalitatem etiam atque magnificentiam in pecunia, & sumptibus irrogandis leges inducere nituntur, dum prodigalitatem, atque auaritiam, liberalitatis, & indecoram parsimoniam, ac decori imperitiam, magnificentiæ extrema detestantur. Hanc siquidem auaritiam malorum omnium matrem appel-
25 lant, propter alteram verò prodigis ipsis bonorum administratione testamentique factione interdicunt: reliquis verò, aurum, argentum alijs legare, donare, & his magnificè vti permittunt: immodica tamen ita damnantes, vt in frænis, ephippijs, cæterisque equorum ornamentis, hyacintos, margaritas, aliosve lapillos habere, aut aliter suis rebus abuti nemini licere velint. Liberalitas in pecunia danda, & accipienda pro mediocritate versatur. Prodigus est, qui nulla neque temporis, neque modi, neque facultatum, neque hominum, quibus prodesse vult, dignitatis habita ratione, sumptus facit: quippè ludendo, scortando, helluando omnia profundit. Prodigus igitur, & liberalis conueniunt in materia,

Vacon. lib. 1.c.7. declar. iur.

Pau. 1. ad Corin. c. 7.

l. si quis non dicam rapere. C. de epi. & cler. & l. 1. C. de rap. vir.

Auth. vt iud. sine quoquo suffrag.

l. furiosi. de regu. iur. l. 1. de cur. fur.

l. vnica. C. nulli licere in fren. & seque. lib. 10.

teria, differunt in dandi modo & quantitate. Qui vero in dando deficit,
26 & in accipiendo exuperat, auarus dicitur, de quo egregiè Ouidius:

Creuerunt & opes, & opum furiosa libido:
Et cum possideant plurima, plura petunt.

Qui vero dando tantum deficit parcus, & tenax: Qui in accipiendo exuperat, si ex fœnore, fœnerator: si ex meretricio lucro, leno: si ex assentatione, parasitus: si ex occulta, vel violenta rei alienæ contrectatione, fur, latro, raptor nuncupatur: & illis, qui sub specie liberalitatis sua bona dilapidauerint, indulgent Imperatores, ne teneantur, nisi quatenus facere possint, & magnificentiæ vltima, potissimum luxum irrationalem, execrantur. Nam l. Diuus Pius ff. de re iud.

Est luxus populator opum, cui semper adhærens
Infelix humili gressu comitatur egestas.

27 Honoris studium, & magnanimitatem, quorum extrema sunt ambitio, & honoris contemptio, tum pusillanimitas, & superba animi elatio, variæ fouent leges, præcipuè lex Iulia de ambitu, & dignitatum ordo, vt Se-
28 natorum, Decurionum, alibique scribendi. Præterea illos, qui sunt mansueti, vel clementes, vt ne quis pulsetur, ne conuitia in aliquem congerantur, qualia lege Cornelia de iniurijs vetantur, vt mansueti ab ira, & vlciscendi appetitu abstineant. Hinc Ouidius l. lex Cornelia, de iniu.

Quo quisque est maior, magis est placabilis iræ
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni:
Pugna suum finem, cum iacet hostis, habet.

29 Amicitiam demum, veritatem ac dexteritatem fouent leges, dum aduersus inimicos, & litigiosos gladio insurgunt vltore, & inimicis inquietis, scilicet ac turbulentis lex Iulia de vi publica, & priuata minatur. Hinc non leuis amicitia sanguinis coniunctioni à legibus æquiparatur, vsque adeo, vt amicitia clausulam codicillarem continere dicatur. vnde legata amico relicta, etiam in testamento imperfecto vtique debentur, veluti ab intestato repetita. Prætcrea, aduersus hostes etiam & inimicos aliqua nobis indulgēt leges, vt puta patrem etiam aut filium publicum patriæ hostem interimere, cum alioqui culeo insutus cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & simia, parricida in mare esset deijciendus. Et inimici testimonium repellitur à iudicio. Veritatem: dum lex duodecim tabularum falsos testes, ac periuros è saxo Tarpeio deijci præcipit, & Cornelia in falsos inuehitur, & aliæ calumniantes, & tergiuersantes, præuaricantes, ac deierantes acerrimè puniunt. Dexteritatem, dum scurris, & ridiculis veteratoribus insuper, seu versipellibus, & id genus multis, infamia legibus irrogatur: & quo ad has, & ad cæteras virtutes, alia hæc iubet, alia illa prohibet. ff. ad l. Iul. de vi pub. de vi priu. gl. in c. requisisti de testa. l. in testamēto, de fideic. liber. Bal. in l. si iure. C. de testa. manumiss. l. minime, de relig. & sum. fun §. alia de inde. de pub. iud. toto tit. ad l. Pompeiam. de pari eid. l. pen. de test c. p tuas de Simo.

Iustitiam denique prudentiamque prætermittam, cum nemo sit, qui totam iurisprudentiam in his potissimùm versari non videat, quique eis opposita ignoret homicidia, iniurias, furta, rapinas, & huiusmodi alia. Præ- ff. & C. ad l. Cor. de fal. & Cic. de leg. l. 1. §. vlti. de præuaricat.



terea Imprudentiam, negligentiam, astutiam, fraudem, ac dolum. Quã-
30 obrem Iurisprudentia cum ciuili Philosophia nobis erit coniungenda. Proinde rectè colligebat insignis, & magni nominis Picolomineus in prima sede ordinarius Philosophus huius lycæi Patauini, ciuilis philosophiæ libro primo, cap. 10. eos errare, qui iuri ciuili nauant operam, nec prius accuratè addiscunt pertinentia ad virtutes, & summum bonum. Hi namque versantur in riuulis neglecto fonte, & ambulant sine prænotione finis, in quem tẽdunt. Præterea, quemadmodum politicus iudicia, magistratus, & reliquas ciuitatis partes contemplatur, seduloque dat operam, vt eæ ferantur leges, quibus domi militiæque respublica rectè administrari possit, quibusque ad bene viuendum ciues assuescant: ita Iurisperitus huius ciuilis facultatis tam multas leges sapientissimè latas admiratur, Pompeiam, Iuliam, Corneliam, Flauiam, Aquiliam, Falcidiam, Fabiam, Rhodianam, ac huiusmodi similes: tot etiam Senatusconsulta, Tertullianum, Horficianum, Trebellianum, Turpilianum, Macedonianum, Velleianum, ac Syllanianum: totque Prætorum edicta, ac interdicta, prohibitoria, restitutoria, exhibitoria, & id genus alia: quibus addenda tot responsa prudentum, quæ vim
31 legis habere satis compertum est. Quæ sanè ciuilis, & legitima philosophia coniunctæ, virum vndequaque conspicuum, heroem admirandum, nec tam iuris, quàm iustitiæ consultum, religiosum, ac venerabilem reddunt, qualem profectò Diogenes hominem, se laternæ lumine interdiu accenso quærere, nec inuenire significabat

Virtutum moralium appendix.

Fœlicitas humana finis perfectissimus hominis.

Medium, quo tendimus ad eam, est ipsa virtus, vel quæ virtutẽ concomitantur.

Sunt igitur virtutes

- Vel cum animi affectionibus
  - Sine materia exteriori
    - In appetitu irascibili
      - Mansuetudo Fortitudo
    - In appetitu cõ cupiscibili
      - Sui grã
        - Tẽperãtia in cibo, & potu.
      - Cã naturalis gñationis
        - Tẽperãtia ĩ Venereis
  - Concurrente materia exteriori
    - Diuitiæ
      - Liberalitas, Magnificẽtia
    - Honores
      - Honoris appetitus, & magnanimitas
  - In cœtu, & congressu hominum
    - Serio
      - Amicitia, familiaritas, veritas, vel veracitas
    - Ioco
      - Dexteritas Vrbanitas.
- vel expertes omni affectione.

Expertes

Expertes omni affectione

- Internæ ad alios pro qualitate
  - Iustitia
    - Aequali proportione, qualitate verò inæquali
      - Distributiua Iustitia
    - Inæquali proportione, qualitate vero æquali
      - Commutatiua Iustitia
- Internæ humano intellectui
  - Practico
    - Factibiliũ
      - Ars
    - Agibiliũ
      - Prudẽtia
  - Speculatiuo
    - Scientia, Sapientia, Intelligentia.

De nobilitate, & præstantia Iurisprudentiæ. Cap. X.

1 *Iurisconsulti defenduntur à cauillis Angeli Thij, & Comitis Iacobi Zabarellæ passim.*
2 *Iustitia admirabilis, vt hesperus in cœlo.*
3 *Prudentia præcipit de omnibus quæ habentur in ciuitate.*
4 *Iurisprudentia est medicina præstantior.*
5 *Quæ obijciat Angelus Thius in Iurisconsultos.*
6 *Defensio Iurisconsultorum à cauillis Angeli Thij.*
7 *In iure ciuili non expetenda certitudo Mathematica.*
8 *Auerrois sensus in principio physicorum.*
9 *Quæ obijciat Comes Zabarella in Iurisconsultos.*
10 *Defensio Iurisconsultorum ab argumentis Zabarellæ.*
11 *Quam iudiciariam intellexerint Plato, & Aristoteles.*
12 *Quam iudiciariam profiteantur Iurisconsulti nostri temporis.*
13 *Sit ne Atheniensis, Au Romana illa iudiciaria.*
14 *Platonis, Aristotelis, Xenophontis, & aliorum leges cedere legibus Iustiniani.*
15 *Non principem tantum, sed Deum, fortunam, opportunitatem, ac artem leges condere, Plato existimauit.*
16 *Quonam modo vera seruari possit opinio Zabarellæ.*
17 *Retorquentur Gorgiæ tela aduersus Zabarellam.*
18 *Leges à Deo in ideas, in animam mundi, in animam humanam, & naturæ semina emanarunt.*
19 *Iustitia in æternis, & apud Salomonem, antequam quidquam fieret ab initio, ego ab æterno ordinata sum.*
20 *Iustitiam, deliciarum Paradisum Philo allegoricè appellauit.*
21 *Quatuor fluuij Paradisi, & totidem regiæ virtutes.*
22 *Quatuor fluuij manant à iustitia, qui totum alluunt ius ciuile.*

QVANTVM Iuris ciuilis facultas nobilitate, vtilitate, atque prudentia, inter omnes ingenuas artes præstet, ab eius subiecto, definitione, & fine supra declaratis, facilè conijci potest, eoque magis,
1 quod Philosophorum princeps, eius finem, iustitiam nempe, non absolutè umptam, sed in vsu ad allum, præclarissimam, & perfectissimam vir-

tutem

tutem appellat, vt neque Hesperus, neque Lucifer ita admirabilis sit: & id
Biantis sententia comprobat, Magistratus virum ostendit. Nemoque est,
qui frequentius hac iustitia ad alterum, & rectius vtatur quàm ipse Iuriscō-
Eth.5. c. 13. sultus in Lyceo, in magistratu, in foro, in ædibus priuatis, quinimmo vbi-
2 que, & in omnibus: quæ sanè prudentia, quamuis non præsit sapientiæ, po-
terit tamen ab aliquo princeps Deorum meritò appellari, propterea quòd
præcipit de omnibus, quæ aguntur in ciuitate, quæ si non alijs scientijs,
saltem de ijs præcipit: iubet enim ex alijs, quæ & quales accipiantur in ci-
uitate; & quia iubendo maximè dominatur, maximeque rationem subit
architecturæ ἀρχιτεκτονικὴ à Philosopho primo moralium dicitur. Hoc au-
tem munus, & hæc maiestas nulli alij magis conuenit, quàm huic Iuriscon
3 sultorum prudentiæ. Hanc quoque medicina præstantiorem asseuerauit,
cum hæc corpori, illa animo medeatur, vna corporibus paucorum, altera
vniuersæ ciuitati opituletur, & fœlicitatem, rectam scilicet animæ operatio-
nem inducat. Non ab re igitur Vlpianus in exordio legum hæc protulit ver
l.1. de iust. & iure. ba, Bonos non solum metu pœnarum, verum præmiorum quoque exhor-
tatione efficere cupientes; veram, inquit, (nisi fallor) philosophiam, non
Ang. Thyus in præcogn. log. simulatam affectantes. Quoniam verò aduersus hanc iuris ciuilis faculta-
tem, satis contumeliosè Angelus Thyus in suis præcognitionibus logicis, &
Iacobus Zabarella libro de naturalis scientiæ constit. c. 33. Iacobus Zabarella Comes, virque alioquin eruditissimus, & Academiæ Pa
tauinæ Philosophus ordinarius, libro de naturalis scientiæ constitutione, in-
uehi ausi sunt, æquùm fore duxi, eandem ab his cauillationibus, ne dicam
4 calumnijs solius veritatis ergò tueri. Hæc enim obijcit Thyus: Et sileant,
inquit, vt eius verbis vtar, tumentes ac ventosi Legistæ, cum inter ipsos
ac Philosophos tantum intersit, quantum à diuinis rebus distant humanæ,
& carentes vita speculatiua æquiuoci, sicuti mortui, & lapidei, non verè
homines iudicantur: Auerrois autoritate abusus, in prologo Physicorum,
ista est sempiterna vita, & fœlicitas, qua vnus homo differt ab alijs, tan-
quam viuus à mortuo, & verus à lapideo: & cum finis Iurisconsultorum sit
operari, nullo modo, inquit, nec scientia, nec sapientia, poterit esse eorū
5 lex, quasi non fuerit philosophia in actiuam, & contemplatiuam ab omni-
bus rectè diuisa. Et quamquàm bene iusteque viuere eius sit finis, non ideo
tamen excluditur à philosophia, præcipuè, cum intellectus humani duæ
sint etiam facultates, praxis, & speculatio: illi quidem eorum, quæ sint a-
genda, ars & prudentia; huic autem intelligibilium scientia simul cum sa-
pientia ascribitur, & œconomica, moralis, politica meritò semper partes
philosophiæ sunt existimatæ: sed ius ciuile est ciuilis facultas, vel huius phi
losophiæ legitimus, & aureus partus. Quod si dixerit, eorum, quæ intel-
liguntur scientiam tantum sumere, nempe habitum per demonstrationem ac-
quisitum, ac ideo Iurisconsultos æquiuocè homines dici, negabitur conse-
6 quens. Neque enim in omnibus expetenda est ἀκριβολογία mathematica,
nec demonstratione propter quid, verum quia vtitur ciuilis philosophus,
vt res sua postulat. Et Plato metipse in Timæo sine demonstratione aliqua,
vt ipse profitetur, cœlum scandit, & propius ad Deum Optimum Maxi-
mum, ad æui æternitatem, ad totamque mundi naturam, & machinam
euolat, & penetrat. Præterea, non minus propria est homini prudentia,
& secundum rationem agere (autore Aristotele) quàm scientia, & sapien-
tia, quæ ab illa seiunctæ philosophum vilem, inutilem, & ridiculum red-
dunt. Quod etiam Plato in Epimenide insinuare videtur. Nec Auerroes,
7 cum virum perfectum philosophiæ nomine vehementer extollit, eum cum
Iurispruden-

Iurisprudentibus comparauit, sed cum homine ad perficiendum inepto, qua
lis certè non est prudens. De perfecto igitur viro, & de inepto ad perficien
dum locutus, aiebat, nomen hominis imponi huic æquiuocè, illi vniuocè,
vt rationali, atque lapideo: nec virum illum perfectum intellexit Iurispru-
dentiæ expertem, tum quia subdit, tales paucos, aut nullos fuisse ea tempe
state Philosophos, tum quia virtutum moralium ab eo seiunxit nullam.
Subiungit enim tenentes eam scientiam omnium virtutum moralium spe-
ciebus præditos esse: eijcient, inquit, voluptates omnes, leges obseruabũt
diuinas, ordinem imitabuntur naturæ: legum igitur cognitionem, & totã
iurisprudentiam, vnà cum reliquarum bonarum artium peritia, huic viro
8 perfecto ascripsit. Clari nominis etiam Comes ille Zabarella, quem hono-
ris causa nomino, aduersus Iurisconsultos his verbis talia obiectat: Ciuilis
,, facultas, inquit, & Legislatoria ambæ ad actiones diriguntur. Ergo vtra-
,, que animæ medicina appellari potest, cum eo discrimine, quòd ciuilis vni-
,, uersalia præcepta tradat: legislatoria vero ad particularia descendat. Aliud
,, autem est legislatoria, aliud iudiciaria, quæ est illa iurisprudẽtia quam pro-
,, fitentur illi, qui his temporibus Iurisconsulti appellari volunt. Hanc enim
,, legislatoria ignobiliorem esse manifestum est: idque apertè testatur Plato in
,, Gorgia, & Aristoteles primo libro de arte Rhetorica. Est enim simplex quę-
,, dam peritia, quæ nec scientia est, nec prudentia, nec ars appellari meretur,
,, cum sine ratione sit. hanc enim callere aliquis potest absque vlla ciuilis, ac
,, legislatoriæ cognitione. Sed ita videtur esse sub legislatoria, vt empirica
,, sub arte medica: Empirica enim cum rationem ignoret, ars nominari non
,, potest, cum ars non dicatur, nisi quæ cum ratione est, vt inquit in eo loco
9 Plato. Hactenus ille. Sed quamfacilimè vnusquisque poterit respondere,
Platonem ibi de natura adulatoria locutum esse, quam ne dicat artem, ap-
pellat peritiam quandam sine ratione, quæ fuco potius, quàm iure aliquo
medicinam, gymnasticam, legalem, & iudiciariam æmulari conatur: Quæ
sanè peritia, vel imperitia, ita se habet ad medicinam, vt cocus ad medi-
cum, si de optimis cibis disputare eos inuicem contingat: ad gymnasticam,
vt fucator ad gymnasticum: ad legislatoriam, vt sophista ad legalem: ad
iudicium, vt rhetor ad iudiciariam. Prout igitur coquinaria ad medicinã,
ita rhetorica ad iudiciariam. Quam tamen rhetoricam, & eloquentiam v-
niuocè, & non æquiuocè sumptam, in Phędro summoperè celebrat idem-
met Plato, & medicinæ comparat. At Iurisconsultorum disciplina, quæ iu
ris est prudentia, non fuco, sed rationi & summo iuri innititur, tum quia pru-
dentia est ratio agibilium, tum quia ius est ars boni & æqui, quæ sanè ars
habet suum genus, suas species, & differentias, sua propria principia, suas
magis ac minus vniuersales theses, vt res ei subiecta patitur, & infra etiam
declarabimus: & splendet seque conspicuam reddit Pandectarum libris quin
10 quaginta, vt alios omittamus. Deinde libenter sciscitarer ab ingenuo hoc
Philosopho, quam iudiciariam intellexerit Plato, & Aristoteles? illam ne,
quam hi profitentur, qui hodie volunt appellari Iurisconsulti, an aliam, le-
gislatoriæ non coniunctam, an distinctam, ac prorsus separatam? Demum,
11 Atheniensem ne iudiciariam, an verò potius Romanam? Nam si Athenien
sem, seiunctamque à legislatoria respexerunt, de illa profectò non sunt lo-
cuti, quam profitentur Iurisconsulti nostræ tempestatis, Platoni, & Aristo-
teli prorsus incognitam. Quid ita? quia hæc est proprium inuentum Ro-
manorum, qui licet decem tabularum lege à Solone, & Græcis ciuitatibus
acceperint, eas tamen postea partim negligentes, partim earum rigorem, &
asperitatem

aſperitatem temperantes, & lenientes, per innumeros ferè annos poſt Pla-
tonis, & Ariſtotelis obitum tot prætorum edictis, tot Senatuſconſultis, tot
Principum conſtitutionibus, tot demum prudentum reſponſis, qui omni
philoſophiæ genere clariſſimi coruſcant, Papinianus, Paulus, Scæuola,
Alphenus, Vlpianus, cæterique hanc ſummo ſtudio, longa praxi, diutur-
naque Rei publicæ, ac priuatæ adminiſtratione inſignem pepererunt iuriſ-
prudentiam, & in lucem omnibus gentibus mirabilem, vt doctiſſima eorum
monumenta teſtantur ediderunt, quam tamen hodie non puduit philoſo-
phum vnum alioqui præclarum, non artem, ſed imperitiam appellare, &
omnibus Iuriſconſultis, iuris ciuilis læſæ maieſtatis ob imperitiam, diem di-
12 cere. O tempora, ò mores. At ipſe inquit: vt ſe habet empirica ſub me-
dicina: ita iudiciaria ſub legislatoria: Illa ſine ratione, & arte, ergo & iſta.
Quæ nam eſt hæc tua iudiciaria? Athenienſis ne, an Romana? ſi Athenien-
ſis, ergo vt ipſe ais, Græci, qui Solonē, & Lycurgum ſequebantur, carent
in iudicijs ratione, & arte. Si Romana, aut ante reges Roma exactos, aut
poſtea: ſi ante, nihil ad nos: ſi poſt, hoc eſſe minime poteſt. Nam hæc Pla-
toni, & Ariſtoteli ſemper fuit incognita, quia nondum orta; & hæc iuridi-
ca poteſtas, nunquam ſeiuncta à legibus inuenitur, nec in ore, nec in calamo
iuriſcōſulti, aut iudicis. Hāc ſemꝑ leges ipſæ legislatoriaq; ipſa eiuſdē parēs
cōcomitātur et quidē leges, q̄ Romę à Senatu, à Prætoribus, à Principibus,
à prudētibus ſapientiſſimè latæ fuerunt, & per diuturnā experientiā orbi ter
13 rarum inſitæ. Proinde his legibus illas Platonis, Ariſtotelis, & Xenophon
Poli.1.c.10. tis cedere non erit indecorum. Nam vt Ariſtoteles refert, legislatores alij
leges ferunt, ſed illis nullam moderantur ciuitatem: alij verò non modo le
ges tulerunt, verumetiam Rempublicam illis condiderunt; quales Solon,
& Lycurgus: Quales etiam fuerunt Romani, & hi profectò cæteris præfe-
14 rendi. Et Plato quarto de legibus non principem, vel hominem tantum,
ſed Deum, fortunam, opportunitatem, atque artem leges condere profite-
tur. Ecce, quantæ molis ſit ciuilem philoſophiam de potentia ad actum
deducere: quæ ad actum non deducta inanis, & proprio fine deſtituta, quaſi
mortua cæteris videtur; Ecce quàm arduum ſit, iuriſprudentiam arte, ac
lege condere, ipſamque ex legibus Romanis elicere. Meritò igitur dubi-
tabat Plato, poſſit ne beata Reſpublica ſua in terris vſpiam, vel in mari, an
vero potius in cœlo inueniri? Proinde iudicate vos eximij legum coryphæi,
an ego omnium minimus, cauſam veſtram iure optimo, & rectè tuear, nec
15 ne? Neque enim video, quomodo philoſophus hic, vir profectò præſtan-
tiſſimus, nobiſque amiciſſimus, hinc ſalua rei dignitate, & veritate poſſit
euadere: niſi fateatur, ſe Platonis ſcomma imitatum, tabulam in foro, non
Iuriſconſultum intellexiſſe virum eum, quem ſine arte, & literis imperitiſſi-
mum effinxit. Faſque hic mihi ſit in eum, qui naturalis philoſophiæ peri-
tia geſtiens, Iuriſconſultos aſpernatur, tela à Calicle in philoſophum ibidē
emiſſa retorquere. Quando, inquit, grandiorem natu philoſophantem
animaduerto, nec dum ea ſtudia deſerentem, verberibus iam hunc vi-
rum, Socratis indigere cenſeo, quippe cum quemadmodum modo dice-
bam, huic accidat homini, vt etiamſi ingenuæ indidiſſet, tamen ſeruilis
euadat. Fugit enim mediam ciuitatem, forenſeſque conſuetudines, in quib.
poeta inquit viros fieri præſtantiſſimos, abſconditque ſeſe cum tribus, vel
quatuor pueris, & in angulis ſuſurrando vitam ducit, nihil vnquam libera-
16 le, aut magnificum prolaturus. Iam verò, quantum nobilitate emineat
17 iuriſprudentia, oſtendit etiam ipſum ius, ipſiuſque iuris origo illa æterna.

Quid enim aliud est ius, quàm ratio summi Dei, à quo in idæas, & animã mundi, orbes, cursus, & recursus stellarum iure scientem, deinde in naturæ semina, in animam humanam, & tandem in primam profunditur materiam? Quo sit, vt Iurisconsulti non modo legislatoriam illam, & iuridicam facultatem speculentur, verum etiam per omnia ius ipsum naturale, gentium, ac ciuile, vt etiam actionem pariat, solutique impediat repetitionẽ: Cuius sanè iuris origo est æterna, ipsumque ius ac iustitia in æternis etiam l.1.§. nec Castrense, nec quasi. ff. de colla. bon. l. vl. C. de inof fic.test.l.2.ad maced.

18 fulget. Nam, vt apud Salomonem est, antequam quicquam fieret ab initio, ego ab æterno ordinata sum, & quando præparabat cœlos, aderam: Sap.c.8.apud Salom.
quando certa lege, & gyro vallabat abyssos, quando æthera firmabat sursum, quando appendebat fundamenta terræ, cum ipso eram cuncta componens. Hæc profectò omnium rerum æquilibrium esse videtur: quandoquidem non solum virtutes inter extrema, verum etiam, vt aliqui autumant, terram in centro, & elementa in suo proprio loco sistit: adeoque ex.
19 tollitur virtus hęc, vt eam in legis allegorijs Philo paradisum diliciarum esse significet. Fluuius enim exit vt irriget paradisum, & in quatuor capita diffunditur. Nomen vni est Phison. Ipse est, qui circuit omnem terram Heuilat, vbi aurum, carbunculus, & lapis Prasius inuenitur: Nomen fluuio secundo est Geon. Hic circuit omnem terram Aethiopię: Tertius est Tigris, qui labitur aduersus Aegyptios: Quartus fluuius ipse est Euphrates. Ex his autem quatuor fluuijs quatuor significantur præcipuè virtutes, pru-
20 dentia, temperantia, fortitudo, iustitia. Cæterum maximus ille fluuius, vnde profluunt quatuor reliqui, virtus est vniuersalis hæc iustitia, à qua illæ quatuor regiæ virtutes scatent: prudentia quidem, quæ quid agendum: fortitudo, q̃ q d sustinẽdũ: tẽperãtia q̃ q d eligẽdũ; iustitia, quæ q d cuiq; tribuẽdũ, curat. Hac Plotinus homines Deo similes fieri existimat similitudinẽ autem, esse quandam fugam ab inferioribus ad Deum, ostendit, si huius virtutis via ad Deum ipsum Optimum Maximum peruenire contenderint.
21 Nos vero Iurisprudentiæ arcana demum reserantes, ex hac iustitia quatuor fluuios emanare, Oceanumque iurisprudentiæ ingredi, totumque ius ciuile alluere, ipsasque leges irrigare, infra abundè ostendemus. Hæc est igitur Iurisconsultorum nostrorum peritia: Hæc est, inquam, ars illa boni & ęqui ἀρχιτεκτονικὴ. Vos autem doctissimi viri, qui hanc nostram necessariam, ad propellendam contumeliam, apologiam legistis: hæc gratiori accipite animo.

De iure, & ἐπιεικείᾳ. *Cap. XI.*

1 *Ius vnde dictum?*
2 *Ius tribus potissimum modis accipiendum.*
3 *Ius analogum à Paulo ostenditur.*
4 *Ius spectat æquitatem, vel vtilitatem.*
5 *Ius scriptum, vel legitimum, est mutabile.*
6 *Ius ne prius, an iustitia?*
7 *Ius est ars boni, & æqui.*
8 *Quid sit ius, quid sit iustitia.*
9 *Quid sit ars boni & æqui.*
10 *In bono & æquo, an bonum distinguatur ab æquo?*
11 *Bonum est obiectum iustitiæ vniuersalis, æquitas est obiectũ iustitiæ particularis.*

12 *Aequitas*

12 *Aequitas est mens & spiritus legis.*
13 *Aequitas differt à rigore.*
14 *Aequitas differt à iure scripto.*
15 *Aequitas non potest scribi.*
16 *Aequiparatur norma Lesbiæ.*
17 *Aequitas, & lex sunt relatiua.*
18 *Ius naturale scriptum semper remanet idem, non sic æquitas.*
19 *Huius rei exemplum à iure prætorio sumptum.*
20 *Ad l. placuit, C. de iudi. & ad l. primam. C. de leg.*
21 *Aequitas scripta, & non scripta.*
22 *Vtilitas, quæ manat ab æquitate.*
23 *Exemplum Alpheni l. Cæsar. de publi.*
24 *Profunda quæstio posthumi nasciturі, à Scæuola, & Crasso disputata.*
25 *Lex Rhodia; si rostrata nauis in portu reperta fuerit, publicetur.*
26 *Vlpianus æquitatem maximè sequebatur.*
27 *Actiones aliæ bonæ fidei, aliæ stricti iuris.*
28 *Democritus duos in Republica constituebat Deos, pœnam, & beneficium.*
29 *Oderunt peccare mali formidine pœnæ.*
30 *Cur leges pœnas, & præmia proponant?*
31 *Quonam modo Iuris ciuilis disciplina sit vera philosophia.*
32 *Socrates omnium primus ethica inuexit Athenas.*

QVAE CVNQVE profitetur Iuris peritus, ea secundum ius consulere, & ad scopum, nempè ad iustitiam omnia dirigere, superius ostendimus: modo videamus exactius, quid, qualeque sit ius ipsum, atque iustitia, eorum accidentia, & effectus diligenter indagantes. De quibus, hoc est, de iustitia, atque iure, Tribonianus agit in his artis primordijs, quæ τὰ πρῶτα ab ipso nuncupantur, vt ex his notioribus, ea, quæ deinde de hac
1 facultate traduntur, facilius percipi possint. Ius à iubendo, quod omnia iubeat, dictum existimauere nonnulli: alij à iuxta, quod verum æquitatem significet, deductum putauere. At Vlpianus à iustitia denominatum esse
2 censuit. Ius autem tribus potissimùm modis, vt obseruauimus, accipitur. Primum pro eo quod ratio dictat siue prudentia, quodque Chrysippus iustorum, & iniustorum regulam appellat: atque eam esse æquitatem iustitiæ, quæ regit ipsas leges, pro certo habendum est, de qua in his agemus diffusius. Deinde pro ea æquitate, quæ iustitiæ obiectum est præcipuum, quamque iustitia ipsa constituit in rebus, ius suum vnicuique tribuendo. Demum pro arte præcepta iuris colligente, quod ex Celsi definitione patet:
3 Ius est ars boni, & æqui. Quamobrem Paulus ius analogum esse conspi-
„ ciens, illud ita descripsit. Ius pluribus modis dicitur, vno quidem modo,
„ id quod semper æquum & bonum est, ius dicitur, vt est ius naturale: alte-
„ ro modo, quod omnibus aut pluribus in quacunque ciuitate vtile est, vt est
„ ius ciuile, nec minus rectè dicitur in ciuitate nostra ius honorarium. Præ-
„ tor quoque ius reddere dicitur, cum iniquum decernit relatione scilicet fa-
„ cta non ad id, quod ita prætor facit, sed ad illud, quod prætorem facere
„ conuenit. Alia significatione ius dicitur locus, in quo ius redditur, appel-
„ latione collata ab eo, quod fit, in id, vbi fit; quem locum determinare hoc
„ modo possumus, vbicunque prætor, salua maiestate Imperij sui ius dicere
„ constituit, is locus rectè ius appellatur. Et Marcianus nonnunquam, inquit,

l. 2. §. vlti. de leg.

l. iustitia. de iust. & iu.

l. 1. de iust. & iure.

l. ius plurib. de iust. & iu.

Ius

„ Ius etiam pro necessitudine dicimus, veluti, est mihi ius cognationis, vel affinitatis. Omisso igitur æquiuoco iure, vt puta sententia Prætoris iniqua, loco Iuris dicundi, & necessitudine, Paulum secuti ratio-
4 ne finis in duas species ius diuidimus. Aliud enim est, quod æquitatem tantum, siue æquum, & bonum: aliud, quod vtilitatem tanquam scopum spectat. Alterum dicitur à Paulo, quod semper æquum, & bonum est, vt est ius naturale. Hoc porrò est illud ius immutabile, quod apud omnes gentes peræquè custoditur, vt apud Indos, Gallos, Germanos, Italos, cæterasque nationes vrit ignis eodem modo. Cuius generis sunt, vt vim atque iniuriam propulsemus, vt ea erga alios vtamur æquitate, qua illos erga nos velimus vti, deposita vt reddamus, d l.ius pluribus.
5 vt nemo cum alterius iniuria locupletetur, & alia multa. Alterum est ciuile, vel prætorium, ius legitimum, siue ius scriptum. Hoc pro loco, tempore, & euidenti vtilitate sæpius mutatur. Nam in rebus nouis constituendis (Vlpianus ait) euidens esse vtilitas debet, vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum visum est. Patet etiam, ius prætorium esse, quod Prætores introduxerunt, adiuuandi, vel supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam: quod & honorarium dicitur. Multa insuper in iure ciuili, contra strictam rationem disputandi, pro vtilitate communi recepta esse, innumerabilibus l.ius autē ciuile. de iu. & iure. l. 2. de const. prin. d.l.ius autem ciuile. §. ius prætorium.
6 rebus probari posse, affirmat Iulianus. Sed iam vtrum ius prius iustitia, an vero iustitia prior sit iure, in controuersia est. Quidam modo hoc, modo illud affirmant: Nonnulli rem inutilem existimant, non minus, quàm si quæramus, prior ne sit nox, an dies, prior somnus, an vigilia; ouum, an gallina. Quo quidem loco viri sapientes diem nocte, somno vigiliam, gallinam ouo natura priorem autumant: ouum autem non natura prius est, sed generatione particulari, vt est puer se ipso viro prior. Quæritur igitur de iure prius, an de iustitia sint verba facienda? Proinde non ab re fuerit, hæc legis primæ Vlpiani verba l. ita vulnera tus. §. fina. ad l. Aqui.
„ subnectere, ac interpretari. Iuri operam daturum prius nosse oportet, l. 1. de inst. &
„ vnde nomen iuris descendat. Est autem ius à iustitia appellatum. Nam, iure.
„ vt eleganter Celsus definit, Ius est Ars boni, & æqui; cuius meritò
„ quis nos sacerdotes appellet. Iustitiam namque colimus, boni & æqui no-
„ titiā profitemur, æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito secernentes:
„ bonos non solum metu pœnarum, sed præmiorum quoque exhortatione effi
„ cere cupientes, veram (nisi fallor) philosophiam, non simulatam affectantes.

Ius ostendimus trifariam sumi: at, si in hac quæstione sumatur id pro æquitate illa, quam iustitia in rebus constituit, dum suum cuique tribuit, quemadmodum passim à Iurisconsultis propriè colligitur: satis constat, iustitiam, tanquam causam, suo effectu esse priorem, quemadmodum & Aristoteles, Moralium quinto, ius ipsum posterius accepisse, mihi Ethico.5.c.7. videtur. Verum quia hæc æquitas, iustitiæ est obiectum, & eius definitionem ingreditur, ratione obiecti, & cognitionis, prius esse censeri poterit. Ideoque prius de eo dicendum arbitror, vt prius dicitur animal homine, quia homo animal esse definitur, ita describimus testamentum per voluntatem testatoris, contractum per consensum contrahentium, iustitiam per ius. Ideoque ius hac ratione prius, vt habitus, ab obiecto speciem sortitur. Quid igitur ipsum ius, quidque iustitia sit, ita colligi potest: Ius est æquitas, quam iustitia constituit, suum cuique tribuendo. Iustitia est constans, & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuens. Sed Vlpianus hic ius

accipit pro ipsa iuris arte. Ideo inquit: Huius studij duę sunt positiones publicum, & priuatum, & hoc est à iustitia appellatum, & illa posterius, quod eleganter Celsus definit, Ius est ars boni, & æqui, perindè ac si dixisset, est id quod plura æquitatis; præcepta colligit, latè sumpto artis vocabulo, non strictè, & proprie, vt artem distingui à prudentia, superius ostendebamus: artem inquam ita sumptam, vt genus proposuit, vt logica est ars distinguendi verum à falso: Rhetorica ars rectè dicendi ad persuadendum: ita ius est ars boni, & æqui, decerptum ab illa æquitatis specie, quæ à Græcis ἐπιείκεια dicitur, quæque est prior, ac nobilior pars, quinimmo basis, & suprema dignitas legum. Licet enim stricti iuris quædam sint, apteque ius ipsum in ius strictum & æquum, & bonum diuidatur, tamen pleraque benigniori interpretatione ad æqui-

10 tatem diriguntur. Hoc æquum, & bonum nonnulli subtiliori ratione distinguunt, vt in iure ciuili reperiatur bonum, quod non sit æquum, veluti, vsucapio, & præscriptio, vt etiam censuit Accursius, bonum esse ne rerum dominia incerta permaneant, at non æquum. Nullam enim po-

11 nit æquitatem inter possidentem, & dominum. Præterea, bonitas est obiectum siue finis iustitiæ vniuersalis: æquitas verò est obiectum, & finis iustitiæ particularis. Alia insuper est natura, siue forma boni, vt boni, & alia æqui, vt æqui, si cum Accursio altius contemplari, & iuris genera, vel vniuersalia penetrare voluerimus. Non inficiabimur tamen, priscos illos Iurisconsultos his vocibus vsos, ex æquo, & bono, solam æquitatem, siue ἐπιείκειαν indifferenter intellexisse, vt in Pandectis Budæus connotauit, quem & alij doctissimi viri postea sequuti sunt.

Hæc sanè æquitas semper est legi coniuncta, & legem sequitur, siue clementiæ, siue seueritatis sit habenda ratio, adeo vt non secus in legibus æquitas, ac bona fides in contractibus, desideretur, quinimmo quacunque

12 lege scripta, siue ipso iure legitimo sit præstantior. Est enim eius quasi mens, ac regula, immo ipsemet legis spiritus: Nam, vt anima se habet ad corpus, & corpus ad animam: ita æquitas ad legem, & lex ad æquitatem se habere videtur. Ideo in iure ciuili primas partes obtinet, complure[s]que affert vtilitates. Hanc non solum à rigore iuris, sed etiam à quocun-

13 que legitimo, vel etiam à iure stricto secernimus. A rigore differt, vel à iure stricto, benigna quadam interpretatione, vt si, quando contra leges verba fecerimus, nos præter Legislatoris mentem non fecisse, suadeat æquitas. Esto enim lex capitali pœna vetans, ne quis noctè vrbis portas aperiat. At belli tempore, dum hostes ducem exercitus cum auxilijs noctę ad urbem aduentantem acriter insequerentur, custos è turri id conspicatus, portas aperuit, ducemque ipsum cum militibus intromissum (hostibus exclusis) seruauit. Hic, si verba legis intueamur, pœna à lege constituta custodem afficiendum, non est dubium, & ita summum ius in summam iniuriam conuerti: sin autem æquum, & bonum, & legis mentem inspiciamus, pro certo habendum est, quòd si Legislator tum affuisset, totius vrbis excidium impendere animaduertens, ipsemet portas patefecisset. Ideo Celsus scribit, quæstionem esse de bono, & æquo, in quo genere plerumque sub autoritate iurisprudentiæ perniciosè (vt ipse

14 inquit) erratur. A iure legitimo etiam differt in ijs, quæ desunt scripto iuri. Nam cum leges ferantur, & aptentur ad ea, quæ frequentius eueniunt, &

impossibile

d.l.1. de iust. & iure.

gl. in l.1.§.1. de iust. & iu.

l. bona fides. ff. depo.

l. si seruum. §. sequitur. de ver. ob.

impossibile sit, Legislatorem omnia prouidere, aiunt, peccatum non esse Ethic. 5.
in lege nec in legislatore, sed tantum in natura, tumque ex æquo, & bo-
15 no, quod ἐπιεικὲς vocatur, supplere oportet. Quæ sanè æquitas, est na-
turalis quædam moderatio, quæ in animo, vel pectore residet, & quæ
ex sua natura non potest lege præscribi, sed est temperamentum iuris scri
pti, & emendatio legis ex ea parte, qua lex deficit ob vniuersale. Eam
16 ob rem prudentes æquitatem lesbiæ normæ æquipararunt. Erat enim a-
pud antiquos lesbia regula in Lesbo insula ab indigenis reperta, quę cum
plumbea esset, & in omnes partes flecti posset, non ad regulam suam stru-
cturas exigebat, sed cedebat ipsis, & ad lapidis formam sese accommo-
dabat: Ita pro rerum natura, persona, loco, tempore, qualitate, quan-
titate, futuroque euentu; & alijs huiusmodi, nulla scripti habita ratione,
sed spectata potius Legislatoris mente, æquitas mutat vim legum, quam
actioni accommodant Imperatores, & iurisprudentes, quo animo, quo lo-
co, quo tempore id actum sit, inuestigantes, vsque adeo, vt eam non
posse scribi, sed simul ac scripta fuerit, vim æquitatis amittere, rectè pu-
tent. Eius enim proprium est, legum, & scripturarum sensum perpen-
17 dere, intelligere, & ad naturalem rationem adducere. Ideo legem, &
æquitatem relatiua esse censent, ita vt nulla detur æquitas, quæ alicuius legis
non sit æquitas, nulla item lex, quæ alicuius æquitatis non sit lex. Vnde infe-
runt: si æquitas, vel quod ipsa suadeat, scribatur, non amplius æquitatem futurã,
si æquitatis ipsius dignitatem, & propriam rationem, non communem quan
dam inspiciamus: quemadmodum seruus (mortuo domino) non est amplius
seruus, tamen idem est homo: Ita æquũ licet scriptum sit, & idem re commu-
ni remaneat, tamen non sit, vt æquitas sit sua propria ratione, hoc est,
benigna legis interpres, quamuis communi iustitiæ appellatione res illa
18 æquè iusta remaneat. Contrarium in iure naturali obseruant, quod sim-
plex est, non relatum ad legem. Proinde scriptum penitus remanet idem.
19 At æquitas cum sit relatiua legis, non potest legi, scribi, quia tunc lex fie-
ret, nec esset amplius interpretatio, sed egeret interpretatione, ergo non
amplius æquitas. Quod si æquum illud lege sancitum remanet, remanet,
quatenus habet rationem non propriam æquitatis, idest benignioris legis
interpretationis, sed communem rationem iusti, sub communi, vel vni-
20 uersali iustitia. Exemplum afferatur iuris prætorij, quod quidem erat æ-
quitas, ad legem duodecim tabularum, quæ postquam scripta fuit, euasit
lex, & indiguit æquitate, quia nihil tam aptè scribi potuit, quin sit aliquan
do ab eo recedendum. Quamobrem hoc imperiale rescriptum mendo-
21 sum esse existimant. Placuit in omnibus rebus, præcipuam esse iustitiæ,
„ æquitatisque scriptæ, quàm stricti iuris rationem, propterea, quia, scri- l. placuit. C. de iud.
„ ptæ, in antiquis codicibus non legebatur, additumque suspicantur ab im-
„ peritis, qui vim æquitatis non intelligentes non poterant id cum capite
„ primo, C. de legib. conciliare, inter æquitatem, & ius interpositam in-
„ terpretationem nobis solis, & oportet, & licet inspicere. Vnde alij distin- l. 1. C. de leg.
22 guebant æquitatem scriptam, quæ in legibus scriptis interpretandis adhi-
betur, & non scriptam, quę iuri gentium, iurique non scripto accommo-
datur, licet sit etiam ciuilis ęquitas, vt si actio in factum, vt Labeo inquit,
naturalem potius quàm ciuilem habuerit ęquitatem: nec ideo vsucapio est
ęquitati ciuili tribuenda, quia vsucapio est scripto sancita, sed sine scri-
pto est ęquitas omnis. At inter ius scriptum, & ęquitatem, solum
Principem interpretationem interponere oportet, quod ita distinguunt,

vt in ijs, quæ ſcripto palam comprǽhenſa ſunt, etiamſi perdura videantur, ideo à ſcripto non ſit recedendum, ſed ſolus Princeps eam duritiem emendare poſſit: in ijs autem, quæ palam ſcripto non ſunt compræhenſa, iudex æquitatem potius, quàm ius ſcriptum ſpectare debeat. Vt ſi pœna ſtatuatur à lege in eum, qui ferro percuſſerit, non eam irrogabit ei, qui percuſſerit clauicula, vel, vt Ariſtoteles in Rhetoricis inquit, ſi quis elata manu, digitoque annulo ferreo exornato, quempiam percuſſerit, quia æquitas rigori ſemper eſt anteponenda. Nam nihil aliud eſt æquitas, quàm ius, quod à lege ſcripta ſit prætermiſſum. Quod ſi caſus noui emergant, lege indigentes, ſolius eſt Principis legem condere. Reliquum eſt, vt

l. humanum. l. sacratissimę. C. de leg.

23 æquitatis vtilitatem, & effectus conſideremus. Primus eſt, vt in legibus ex æquo, & bono interpretandis, ἐπιεικείᾳ vtamur, illas rectæ rationi accommodantes. Secundus eandem ad leges ampliandas, & ad ſimiles ſpecies extendendas, quæ legibus non continentur, ſummoperè exigit. Tertius cogit nos, vt in his, quæ neque ex verbis, neque ex ſententia legis colligi poſſunt, id ſequamur, quod æquitas ſuggerit, etiam ſi iure ſcripto de
24 ſtituamur. Quartus, vt contra verba legis, non contra mentem eius aliquid interpretemur, vt exemplo Alpheni Cæſar cum inſulæ Cretæ cotarias locaret, legem ita dixerat, ne quis præter redemptorem poſt idus Martias cotem ex inſula Creta fodito, neue eximito, neue euellito. Cuiuſdam nauís onuſta cotibus ante idus Martias profecta, vento relata in portum erat: Deinde iterum poſt idus Martias profecta erat. Conſulebatur, num contra legem poſt idus Martias ex inſula Creta cotes exijſſe viderentur? Et, vt

l. Cæsar. ff. de publ.

25 in illa quæſtione tamdiu coram centumvirali iudicio, Romæ inter Craſſum, ac Scæuolam agitata: poſthumum mihi naſciturum hæredem facio. Quòd ſi poſthumus naſciturus morietur (quod abominor) priuſquam in ſui tutelam venerit, Caium ei ſubſtituo. Nullus mihi naſcitur poſthumus. Quæritur, an locus ſit ſubſtitutioni? Vnum enim perſuadere videntur tabulæ teſtamenti: alterum mens ipſa teſtatoris. Hanc Craſſus: illam verò Scæuola defendebat, ſic paſſim de vulgari, & pupillari quæritur in iure ciuili: Si filius meus non erit hæres, Mæuium hæredem facio: quid ſi fuerit hæres, & in pupillari ætate deceſſerit, vel ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Titium ſubſtituo, quid iuris, ſi filius non fuerit hæres? An trahatur hæc ſubſtitutio ad caſum ſcripto non contentum? quæ poſtea Diui Pij
26 conſtitutione ſancita eſſe videntur, & de quibus poſtea ſuo loco abunde diſſeremus. Et, vt apud Rhodios: Si qua roſtrata nauis in portu deprehenſa fuerit, publicetur. Tempeſtate autem in alto maximè vrgente, nauis inuitis nautis in portum delata eſt. Quorum ſimilia propemodum infinita interpretandi rationem Iuriſprudentia nos docet, quemadmodum infra dilucidabimus. Quamobrem ab Vlpiano ars boni, & æqui definitur, cuius merito quis nos ſacerdotes appellet. Religioſi enim appellantur etiam ij, qui ius profitentur. Iuſtitiam namque colimus, boni, & æqui notitiam profitemur, æquum ab iniquo ſeparantes. Semper reſpicit Vl-
27 pianus, quem ſex & triginta libros ad edictum perpetuum ſcripſiſſe ferunt, ea potius, quæ ad æquum, & bonum pertineant, quàm ea, quæ ſint ſtricti iuris. Enimuero ſumma hæc eſt iuris ciuilis diuiſio, quemadmodum actionum aliæ bonæ fidei ſunt, aliæ ſtricti iuris. Bonæ fidei ſunt, ex empto, vẽdito, locato, conducto, negotiorũ geſtorũ, & reliquæ, à Iuſtiniano cõnumeratę in

§. actionum autẽ. Inst. de action.

28 titulo de actionibus. Stricti iuris, vt mutuum, ſtipulatio, & huiuſmodi, quibus præſtantur vſuræ, vel fructus, non a die moræ, ſed poſt litem conteſtatam,

testatam, quemadmodum postea declarabimus. Licitum (inquit) ab illi-
cito discernentes, quæ .f. lege permittantur, & quæ vetentur, veluti transi-
gere, vel pacisci de crimine capitali (excepto adulterio) prohibitum non
est. In alijs autem publicis criminibus, quæ sanguinis pœnam non inge-
runt, transigere non licet citra falsi accusationem. Bonos, ait, non solum
metu pœnarum, verumetiam præmiorum exhortatione efficere cupientes.
29 supra diximus, Democritum, duos esse Deos, qui respublicas regerent, ar- l. transigere. C. de transa.
bitratum: pœnam delinquentibus, & præmium iustis: quæ quidem ad be
ne regendum Plato quoque, Solon, & omnes prudentes necessaria iudica-
30 uere. At, qui possunt isti inde fieri boni, cum cauti potius, & cupidi fiāt?
31 Nam oderunt peccare mali formidine pœnæ: boni virtutis amore. Animad
uertendum tamen, leges pœnis, præmijsque homines ad iusta peragenda
allicere, vt sic honestis assueti, & in habitum virtutis paulatim inducti, quę
iusta sint, sponte agant. Subdit, veram (nisi fallor) philosophiam, non si-
32 mulatam affectantes, moralem innuens philosophiam. Quinimmo hanc
nostram iurisprudentiam, ciuilem nempè philosophiam, veram (inquit)
non simulatam, hoc est, non tantum diuina contemplantem, ac etiam de
rebus honestis disputantem, sed ad eas peragendas semper nos promptos
reddentem accincti. Nam, vt præclarè inquit Cicero: omnis virtutis laus
in actione consistit, eaque ad hominis perfectionem multo propius accedē-
33 re videtur. Vnde Socrates animaduertens, naturalis philosophiæ nullum
esse fructum, eamque ad officia vitæ nihil esse necessariam, inuexit primus
Ethica Athenas, deque illis, & in officinis, & in publico quotidie philoso-
phans, ea potius inquirenda hortabatur, quæ mores instruerent, & quorum
vsus nobis domi esset necessarius.

De Iuris generibus, & speciebus.
Cap. XII.

1 *Obiectio Agricolæ contra diuisionem iuris tripliciter collecti, & publici, & priuati.*
2 *Solutio Alciati.*
3 *Solutio autoris.*
4 *Ius naturale est, quod natura omnia animantia docuit.*
5 *Animalia bruta an participent iure naturali.*
6 *Explicatur hæc difficultas.*
7 *Natura regitur ab intelligentia inerrante.*
8 *Occurrit obijcientibus, ius non esse in brutis.*
9 *Quid nam sit ius gentium.*
10 *Ius naturale primæuum, & secundæuum.*
11 *Plures dari gradus in natura.*
12 *Seruitus duplex, naturalis, & ciuilis.*
13 *Quid sit ius ciuile.*
14 *Naturales, & ciuiles obligationes.*
15 *Egregia Triphonij species soluenda, vel iure naturali, vel ciuili.*
16 *Quo sæculo omnia communia.*
17 *Quando manauit rerum diuisio.*
18 *A iure promanauit rerum diuisio, vel non preter omne ius.*

19 *Prima diuisio inter Abraham, & Loth.*
20 *Prima diuisio ab Adamo.*
21 *Nationes, & homines natura distincti.*
22 *An rerum diuisio ab iniquitate.*
23 *Ius naturale ab omni causarum genere deductum.*

l. 1. §. huius studij, de iu. & iu.

IAm ius ipsum in sua genera, & species distribuamus, quod
Vlpianus primum in publicum, & in priuatum diuisit, dein-
de priuatum in ius naturale, gentium, ac ciuile: cui se obij-

Agric. lib. 2. de inuet. dialec.

1 cit Agricola secundo de inuentione dialetica, fieri non posse
affirmans, vt publicum ius ex naturalibus præceptis, gentiũ,
2 ac ciuilibus non constet. Cui sanè obiectioni Alciatus, Pa-

Alc. Parer. 1. c. 31.

rergon primo, subtiliter occurrit, non esse hic diuisum simpliciter ius, sed
hoc ius, nempe Romanorum. Probat: nam ipsa naturalia iuris gentiũ prę-
cepta, nihil ad statum populi Romani pertinebant. Nec enim ex eis ma-
gis imperium Romanum in alienas gentes concedebatur, quàm aliarũ gen-
tium regnum in Romanos, quæ quidem satis ingeniosa responsio, mihi ple
nè minimè satisfacit. Quamuis enim ex iuris gentium præceptis non exten
deretur Romanum imperium in alios, non tamen sequitur; quin ius etiam
publicum Romanum ex tribus illis pręceptis constet, vel altero eorum. Qui
nimmo id clarissimè patet cuique fragmenta Vlpiani inspicienti, quibus de
dijs colendis, de sacerdotibus, de magistratibus, de ferijs, de sepulcris, Io-
ui Feretris, Herculi, & Cibelæ, deorum matri; nec alijs dijs legari licuisse,
3 & id genus alia, leges retulit. Ego vero Agricolæ ita respondendum cen-
seo: Tribonianum, vel Vlpianum, cum ius priuatum tripartitum esse dicat,
quin eodem modo ius quoque publicum in tres partes diuidi possit, non as-
serere: sed quia in animo habebat priuatum, non publicum ius, nisi id obi-
ter fieret, tractare, ideo illud tripartito diuisit. Vnde clarius in Institutio-
nibus ait, Dicendum est igitur de iure priuato, quod tripartitum est. Col-
lectum est enim ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus: Nec
propterea ab ea tripartita diuisione exclusum, silentio præterijt publicum:
Verum, quia eum enascentem, ac Romæ pullulantem Christianam religio-
nem anno à partu Virginis quingentesimo vigesimo septimo, vel circiter in
tueretur, non erat, vt de iure publico, de sacris, de sacerdotibus, & magi-
stratibus trifariam conscriberet, sed priuata tractaret: idque maximè fecit,
quia ad eundem modum, quo ad edictum perpetuum Pandectæ compositæ
sunt, omnia congessit. Constat autem Prætores in edictis componendis,
priuatum ius potissimum spectasse. Vt autem, quæ sint iuris priuati spe-

l. 1. §. ius naturale.

4 cies ostendat, subdit: Ius naturale, gentium, & ciuile: Ius naturale est,
quod omnia animalia natura docuit. Nam ius istud non humani generis
proprium est, sed omnium animaliũ, quæ terra marique nascuntur. Auium
quoque commune est. Hinc descendit maris, atque fœminæ coniunctio,
quam nos matrimonium appellamus: hinc liberorum procreatio, hinc edu
catio. Videmus enim cætera quoque animalia, feras etiam, istius iuris
5 peritia censeri. Ius gentium est, quo gentes humanæ vtuntur, quod à na-
turali recedere, inde licet facile intelligere, quia illud omnibus animalibus,
hoc solis hominibus commune sit, veluti erga Deum religio, vt parentes
& patriam caros habeamus, vt vim & iniuriam propulsemus. Nonnulli
6 Vlpianum hoc loco reprehendunt, quòd bruta animantia, quæ ratione ca-
rent, iuris peritia censeri dixerit. Quibus iuris interpretes sese opponunt,

eum

eum varijs rationibus defendentes. Alij enim ius in brutis admittunt: alij nullo modo. Sunt qui impropriè ius in brutis esse existimant, sed hanc rē
7 sic breuiter nobis explicare liceat. Liberos procreare, & educare, vim vi repellere, nemo in homine iuris esse negauerit. A beluis procreantur filij, & educantur, vis vi repellitur, sed quia ratione carent, id iure agere non putantur. Animaduertendum est, Vlpianum, quod est commune omnibus animalibus, id hominibus ius naturale esse, non intelligere: Isto enim latiori modo, & edere, & bibere, quæ communia sunt omnibus animantibus, nobis etiam iuris esse dicerentur, quamuis circa hæc omnia, eorum ve modos, siue limites, ius etiam versari videatur. Sed conuerso ordine ostendit, quæcunque iure faciunt homines, si eadem quoque belluæ faciant, iuris esse naturalis, vt procreare, educareque liberos, vim vi repellere, in nobis est ius, est ratio: At si quæsierò, an hoc insit homini contra naturam, & an hoc sit ius naturale in belluis? quid quæso isti respondebunt? Natura quæ (vt Auerroes ait) ab illa intelligentia, neutiquam errante, vel vt inquit Iustinianus, à diuina quadam prouidentia regitur, etiam animantia bruta ad generandos filios, eosdemque fouendos, & nutriendos, ac ad illatam vim repellendam instituit, si non simpliciter eo iure, quod homini inest, si non discursiua ratione, saltem iure naturali: Quod in brutis vt in subiecto, inesse perspicimus, eaque iccircò iuris peritia censeri, ac non
8 iuris perita esse dixit. Sed videmus (inquit) cætera quoque animalia istius iuris peritia censeri, hoc est, videntur cætera quoque animantia celebrari istius iuris peritia. Quod si quis ius in homine, vt qui rationis sit particeps, se cernere pertinaciter dixerit, in brutis verò nullam quouis modo rationem, & ob id hæc non intelligere, eodem nos respondebimus modo, quo à Platone Diogeni responsum fuisse ferunt. Nam Platone de idæa mensæ, quam appellant quidam mensalitatem disserente, equidem, inquit Diogenes, ò Plato, mensam & cyathum video, sed mensæ atque cyathi idæam non video. Cui ille inquit, rectè quidem. Quibus enim cyathus, mensaque conspicitur, oculos habes, sed qua mensæ, cyathive idæa intelligitur, mentis aciem non habes. Et Plotinus quoque egregiè demonstrat, intelligentiam equi & plantæ, in cœlo esse, easque intelligentias cęcas appellari, vtpote, quæ nimium recedunt
9 à prima. Quod autem, vt inquit Caius, naturalis ratio inter omnes gentes constituit, id apud omnes æquè obseruatur, vocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes vtantur, & quia oritur à naturali ratione, ius natu-
10 rale appellatur: vnde is natura debet, quem iure gentium dari oportet, quod duplex esse visum est Bartolo, & alijs, reclamantibus tamen Fortunio, Corasio, & Didaco, primæuum scilicet, & secundæuum; ac alterum ab altero tolli, de quibus inferius in propria sede iuris mutationis. Et postquam iure gentium seruitus inuasit, secutum est beneficium manumissionis, &, cum vno naturali nomine omnes homines appellarentur, iure gentium tria hominum genera esse cœperunt, liberi, his contrarium serui, & tertiū genus libertini, qui desierant esse serui. Aduertendum itaque, quod plures dantur gradus in natura, & in iure. Humana siquidem natura absolutè
11 considerata, quemadmodum hic ab Vlpiano perpenditur, à prima rerum origine, homines simpliciter producit, non liberos, non seruos; at si in ordine ad finem aliquem pensitetur, vt puta, vt regatur quis ab alio, vtque tempore belli seruetur potius captiuus, quàm occidatur, tunc homines nō modo iuris gentium, sed etiam naturali liberos, & seruos appellamus. Duplex

Auer. 12. metaph. com. 18. §. sed naturalia. de iure natu. gen. & ci.

Diog. laer. in vita Dioge.

Plo. Aene. 5. lib. 12. c. 19. & 20.

l. omnes populi. §. 1. de iust. & iu.

Lēg amplius. de reg. iur.

l. manumissiones. §. 1. de iust. & iu.

plex est enim seruitus, vna naturalis, altera legitima. Naturalis, qua (secundum Philosophum, primo Politicorum) minus sapientes nascuntur, vt sapientibus seruiant, & obediant. Ex hac (vt Plato tertio de legibus refert) prima dignitatis ratione inspecta, oriuntur genitores, vt vbique natis imperent: secunda, vt ignobilibus generosi: tertia, vt iunioribus seniores: quarta, vt domini vernis: quinta, vt imbecillioribus potentiores: sexta, vt ignorantibus prudentes perpetuo imperent, regant, ac dominentur. Legitima verò, quæ quidem & ipsa à naturali iure prorsus non recedit, legibus constituta est. Ius verò ciuile est, quod nec in totum à iure naturali, vel

Arist. 1. Poli c. 3. & 4.

Plato 3. de leg.

l. ius ciuile. de iust. & iu.

13 gentium recedit, nec per omnia ei seruit, vt cum aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi, ius proprium, idest ciuile efficimus: quod constat aut ex scripto, aut ex non scripto. Has itaque iuris species declarauimus, naturalem, gentilem, ac ciuilem. Ex his oriuntur naturales, & ciuiles obli-

14 gationes potentes ad agendum, & naturales tantum, impotentes quidem ad agendum, at potentes ad excipiendum, vel ad impediendam soluti repetitionem. Illæ in omnibus passim: hæ vero in aliquibus tantum personis locum habent, vt puta si agatur συνάλλαγμα inter patrem & filium, fratrem ac fratrem in eiusdem parentis potestate, inter dominum, & seruum, ac similes. Nec minus vtilis, quàm iocunda est Iurisconsulto hæc trina iuris indagatio. Ecce, quàm egregias binas Triphonij species. Bona fides inquit, quæ in contractibus exigitur, æquitatem summam desiderat. Sed

l. bonæ fidei. ff. de pos.

15 eam vtrum æstimemus ad merum ius gentium, an verò cum præceptis ciuilibus, ac prætorijs, dubium est. Primam offert speciem: reus capitalis iudicij deposuit apud te centum: is deportatus est, & bona eius publicata sunt. Vtrum ne ipsi ea reddenda, an in publicum deferenda sint? Si tantum naturale ius, & gentium intueamur, ei qui dedit, restituenda sunt: si ciuile ius, & legum ordinem, magis in publicum deferenda sunt. Nam male meritus publicè, vt exemplo alijs ad deterrenda maleficia sit, etiam egestate laborare debet: Inde secundam: Latro spolia, quæ mihi abstulit, deposuit apud Seium inscitum de malitia deponentis. Vtrum latroni, an mihi restituere Seius debeat? si per se dantem, accipientemque intueamur, hæc est bona fides, vt commissam rem recipiat is, qui dedit: si totius rei æquitatem, quæ ex omnibus personis, quæ in negotio gesto contingunt, impletur, mihi reddenda sunt, quæ facto sceleratissimo adempta sunt. Ex hoc iure gentium introducta sunt bella, discretæ gentes, regna condita. De re-

d. l. bonæ fidei. §. exépto loco latro.

l. ex hoc iure. de iust. & iure.

16 rum etiam diuisione aliqua tangamus. Isidorus, communis inquit, omniũ rerum vsus erat omnibus, sed per iniquitatem hic dixit, hoc est meum: ille,

17 id esse suum. Item, iure diuino omnia communia: sed iure Imperatorum, hæc villa est mea: Tolle inquit iura Imperatorum, quis ausus fuit dicere, hæc villa est mea? Verum enimuero à iure, non ab iniuria ema-

18 nauit rerum diuisio, ne ignauia, atque socordia homines, qui diligunt propria magis, quàm communia, torpeant. Nam in sudore, inquit lex diuina, vultus tui vesceris pane tuo. Et: reddite, quæ sunt Cæsa-

19 ris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Prima diuisio inter Abraham, & Loth legitur esse facta. Ecce vniuersa terra coram te est: recede à me obsecro: si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. Alter Iordanis: alter Canaam fines elegit. Alij vero

20 Adam primam rerum diuisionem fecisse tradunt, vsque adeo vt non tantũ cum homine, sed etiam cum natura, & cœlo, rerum diuisio cępisse videatur. Et cum propter morum ac legum & linguarum diuersitatem, tum propter

cap. dilectissimis. 12. q. 1.

c. quo iure, distinct. 8.

Gen. 3.

Matth. 22.

Gen. 13.

pter diuersas propensiones, quas de locorum cœlique natura habent, distin-
21 guuntur gentes quàm facilimè. Hi enim natura, celeri agitantur motu: illi pigritia quadam naturali torpent. quidam ingenio acuti, alij tardi esse videntur: nonnulli sunt fideles, & constantes: alij inconstantes, & fędifragi: Sunt quos delectet vt mercatura: his arma, illis disciplina cordi est. Quàobrem calliditatem Pœnis, numerum Hispanis, robur Gallis, artes Gręcis, sensum Italis, pietatem Romanis, aliqui ascribebant. Et idem Cicero, Carthaginienses, inquit, fraudulenti, & mendaces, non genere, sed natura loci, quòd propter portus suos, multis, & varijs mercatorum, & aduenarum sermonibus, ad studium fallendi, studio quæstus vocabantur: Ligures montani, duri, atque agrestes. docuit ager ipse nihil ferendo, nisi multa cultura, & magno labore quæsitum. Campani semper superbi bonitate agrorum, & fructuum magnitudine, vrbis salubritate, descriptione, & pulchritudine. Ante rerum diuisionem omnia communia fuisse ferunt, quod statum innocentiæ, vel naturæ non deprauatæ, aureum ve illud seculum respicit, quo ipsa quoque immunis rastroque intacta, nec vllis saucia vomeribus per se dabat omnia tellus. Cic. & arusp. resp. & de lege Agraria contra Rullum.

22 Et hoc modo, inquit Isidorus, diuisionem rerum, ac dominia ab iniquitate esse profecta, quia post illum innocentiæ statum (hominum malitia crescente) à deprauata natura hæc orta sint, quæ tamen non immeritò iurisgentium esse putantur. Licet enim dum seruitutis iugum homini imponitur, primus ille naturæ, & iustitię ordo euertatur, tamen quia hominem in seruitutem redigere, quàm occidere, sanctius est, id iure gentium non iniuste fieri existimamus. Et hæc quo ad rerum proprietatem, non quo ad vsum. Quia, si quis victui suo necessaria, furtò abstulerit, furti iudicio non tenebitur. Hinc Stoicorum sententia a Cicerone relata: Quæ in terris
23 gignuntur, omnia ad vsum hominis producta sunt. Sunt autem priuata natura nulla, sed omnia communia. Quamobrem ius ipsum ab omni causarum genere diuidendo deduximus à causa efficienti, naturali, gentium, & ciuili. A qualitate materiæ, publicum, & priuatum: scriptum, & non scriptum. A fine ęquum, & vtile: A forma denique stricti iudicij, & ęqui, bonique.

De rigorę iuris, bona fide, & arbitrio.
Cap. XIII.

1 *Aequitas non modo rigori, & seueritati, verum etiam stricto opponitur iuri.*
2 *Prætor dabat formulas iudiciorum.*
3 *Iudici non licebat recedere à data sibi formula iudicij.*
4 *Exemplum formulæ iudicij dari à prætore.*
5 *Ius & actiones, aut bonæ fidei, aut stricti iuris.*
6 *Dolus si dederit causam contractui bonæ fidei, ipsum vitiat ipso iure.*
7 *Dolus verò si dederit causam contractui stricti iuris, ipsum non vitiat ipso iure, sed datur à prætore exceptio, vel actio doli.*
8 *Quid sit ipso iure contractus vitietur.*
9 *Si vero dolus inciderit in contractus bonæ fidei, contractus, firmus remanet, sed datur actio ex illo contractu.*
10 *In contractibus stricti iuris, si dolus inciderit, non emendatur vitium per contractum, sed emendatur actione, vel exceptione doli.*

11 *In*

11 *In bonæ fidei contractibus vsuræ veniunt à tempore moræ: in stricti iuris, à die litis contestationis.*
12 *Quæ veniant in bonæ fidei, & quæ in stricti iuris iudicijs.*
13 *In bonæ fidei iudicijs in litem iurari solet.*
14 *Arbitrariæ propius accedunt ad actiones bonæ fidei, quamuis prius fuerint stricti iuris.*
15 *Arbitraria non videtur actio, sed actionis qualitas.*
16 *Non omnes actiones ob contumaciam rei, arbitrariæ dici possunt.*
17 *Arbitraria formula.*
18 *Arbitrariæ in quibus differant à bonæ fidei & stricti iuris actionibus.*

AEQVITAS non modo opponitur rigori, vel seueritati, cui
sanè seueritati aliquando maximè congruit, verum stricto
etiam iuri sæpius obijcitur. Propterea quædam æquitate,
quædam verò ipso rigore, strictoque iure decreta, & rece-
1 pta leguntur in iure ciuili. Quamobrem Iustinianus actio- (§. omniũ autem actionũ. Inst. de actio.)
nes diuisit, vt aliæ sint bonæ fidei, aliæ stricti iuris. Bonæ fi-
dei: ex empto, vendito, locato, conducto, negotiorum gestorum, man-
dati, depositi, pro socio, tutelæ, commodati, & aliæ à Iustiniano viginti
connumeratæ, si directæ, & contrariæ computentur, quod his maxime vi-
tæ humanæ societas conseruetur. Nam bonam fidem hic intelligimus bo-
num, & æquum: Strictum vero ius rigoris plenum, perdurum, & ferè ini-
2 quum. Erat enim apud veteres modus dandorum iudiciorum huiusmodi, (l. quæro. ff. loca. & Cice. in Topi.)
quo Prætor formulas iudiciorum concipiebat, quas litigatores, & iudices
ab eo datos omnino sequi oportebat. In his ergo addebat illa verba, ex bo
na fide, vt in fiducia, inter bonos bene agier, in rei vxoriæ actione, quod
æquius, & melius, vt ostenderent, iudicem in his amplissimam habere po-
3 testatem, ex bono & æquo. In strictis verò iudicijs, ex stipulatu, & alijs,
non licebat iudici nec vnguem (vt aiunt) transuersum à verbis datæ formu
læ recedere, nihil amplius pronuncianti, quam, quod nominatim, & ex- (Theoph. § fi. de interdi. Cic. de inuẽ.)
preßè inter contrahentes conuentum esset, vt puta, si patet, Titium Seio
4 centum mutua dare oportere, Caius condemnato, non poterat Caius ab
hoc rescripto iudicando recedere, sed eius omnis potestas inter huius formu (Cic. de inuẽtione lib. 2. l. 1. de flum. l. 2. de excep. doli.)
læ terminos concludebatur: nec poterat excipere Titius pactum de non pe
tendo, propterea quod purum datum esset, & sine exceptione iudicium,
sed oportebat formulam impetrare à Prætore, qui actionem, & iudicium
cum exceptione dabat in hanc formam: si patet, Titium Seio centum mu-
tua dare oportere, Caius condemnato, extra quam si pactum conuentum,
ne ea pecunia mutua peteretur, factum fuerit. Talem iudicij formam da-
bat Prætor in stipulationibus, in omnibus contractibus stricti iuris, & in de-
lictis, puram, vel cum exceptione. Ex qua sanè iuris, actionumque diui-
5 sione, plures effectus, multæque scatent vtilitates. Dolus enim in contra-
ctibus bonæ fidei, ipso quidem iure, idest, ciuili vindicatur. In strictis ve-
rò, iure tantum prætorio, scilicet per actionem, vel per exceptionem doli. (Cic. de offic. lib. 3.)
Nam olim apud priscos Romanos contractus dolo initi, erant efficaces, ni-
si in bonæ fidei iudicijs ageretur, aut nisi minor circumscriptus esset, ante-
quam Aquilius formulas edidisset, quibus aduersus dolosos Prætores vte-
rentur, quemadmodum omnium primi Duarenus, & Aeguinarius Baro,
ab oratore mutuati, verè interpretati sunt. Dolus itaque contractum bo-
6 næ fidei (si causam ei dederit) ipso iure vitiare solet, vt deceptus (re existen-

te

te integra) non teneatur ad eum perficiendum. Re autem non integra,
nempe traditione non secuta, actio doli competat ad rescindendum con- vt in l. elegā
tractum, quatenus de facto processit. Tunc autem causam contractui dare ter. de dolo
dicitur, cum aliquis dolo inducitur ad vendendum, qui alias distracturus
7 minimè fuisset. Dolus vero dans causam contractui stricti iuris, non eum
perimit ipso iure, sed datur à Prætore actio, vel exceptio doli, vt ei succur-
ratur. Quod verò contractus ipso iure, vel ope exceptionis infirmetur, ef-
8 fectus est non leuis. Nam si ipso iure infirmatur, tunc, etiamsi per aduer-
sarium non opponatur, sufficit, vt de eo iudici quoquomodo constet. Nam
ex officio repellit agentem. Et si quis fieret vlterius processus, irritus erit.
Si vero ope exceptionis illidatur, oportet, vt in iudicio nominatim obij-
9 ciatur: aliàs iudicium valebit. Quod si dolus non dederit causam contra-
ctui bonæ fidei, sed incidat in eum, vt, si quis erat quidem rem venditurus,
sed circumuentus minori pretio vendidit, contractus iure quidem firmus
est, sed dolum passo succurritur actione illius contractus: quia iudex ipse ex l. si quis affir
bona fide liberas habet habenas. Sed in contractibus stricti iuris, si dolus mauerit de
incidat, vitium non emendatur per contractum, sed eliditur, vel remoue- dolo ma. l. Iu
10 tur per actionem, & exceptionem doli. Præterea in bonæ fidei contra- lianus. § si vē
ctibus, vsuræ à tempore moræ sunt præstandæ, & æstimatio rei deteriorate ditor. de act.
ad tempus moræ reducitur, & fructus ex eodem tempore in iudicium dedu- emp.
cuntur. At in stricti iuris, non veniunt, nisi à lite contestata, & vrgente
stipulatione: & æstimatio rei ad tempora contestationis reduci solet. Insu-
per, in actionibus bonæ fidei, veniunt ea, quæ neque dicta, neque cogita-
11 ta sunt: in strictis verò iudicijs ea tantum, quæ per contrahentes expressa
sunt, aut quæ verisimiliter cogitari poterant. Deinde in bonæ fidei iudi- l. mora, de v-
cijs, in litem iurari solet, ob dolum, & contumaciam non restituentis. Se- sur. l. 3. ff. cō-
12 cus in his, quę stricti iuris. Nisi fortè ex causa legitima id fieret, vt si iu- mod. glo. in l.
13 dex rem non extantem aliter ęstimare non possit. Prętera, actionibus bo videamus. §.
nę fidei propius accedere videntur, quotquot euaserint arbitrariæ, etiam si actionem. de
prius fuerint stricti iuris. Vt, si quis certo loco dari sibi stipulatus fuerit. vsur.
14 Nam arbitrariam, non actionem, sed actionis qualitatem significare aliqui l. 1. in fi. de pe
dicunt, eiusque eam esse naturam, vt iudex in ea sententiam definitiuam ric. & comm.
non ferat, nisi prius tanquam amicabilis quidam compositor, arbitretur in- rei vend. l. Ti
terloquendo, quomodo ex bono, & ęquo actori satisfaciendum sit. Cui tius. in fi. de
interlocutioni, siue arbitrio, si reus paruerit, absoluitur: sin minus, con act. emp.
demnari debet, & iudicis arbitrio satisfactionem fieri oportet, non actoris l. ædiles. de
15 voluntate. Nec omnes actiones ob contumaciam rei, arbitrarię dici pos- ædil. edi.
sunt, sed eæ tantum, quas enumerat Iustinianus, & si quę sunt aliæ harum l. in actioni-
similes. In rem, inquit, veluti Publiciana, Seruiana, de rebus coloni, bus. de in lit.
quasi Seruiana, quę etiam hypothecaria vocatur. In personam, veluti, iur.
Quibus de eo agitur, quod vi aut metus causa, aut dolo malo factum est. l. ideo. l. cen-
Item cum id, quod certo loco promissum est, petitur. Ad exhibendū quo- tum. l. in bo-
que actio ex arbitrio iudicis pendet. In his enim actionibus, & cęteris si- næ fidei, de
milibus, permittitur iudici, ex bono, & ęquo, secundum cuiusque rei, de eo quod cer.
qua actum est naturam, ęstimare, quemadmodum actori satisfieri oporteat. loco.
Quales etiam esse rei vendicationem, de eo quod certo loco, & noxales, §. præterea.
aliasque Duarenus satis erudite declarat. Arbitrarię porrò formula hęc e- de actio.
16 rat: Si paret, Titium per metum rem illam Sempronio abstulisse, neque Duaren. in l.
eam rem arbitrio Cassij, restituat, is eum in quadruplum condemnato. Hic in actionibus
Pretor non concipit iudicium, vt bonę fidei vel strictum, puta, si paret, de in litem
iur.

Titium

Titium centum ex vendito dare Sempronio oportere, ex bona fide, Cassius condemnato, vel: si patet, ex causa stipulationis dare oportere. Quas formas Theophilus etiam insinuat. In his igitur arbitrarijs, reus arbitrio iudicis obtemperans, ante diffinitiuam sententiam absoluitur: si minus, con-
17 demnatur. Differunt itaque arbitrariæ, vt Duarenus inquit, à stricti iuris, & bonæ fidei iudicijs. Nam in strictis, cum iudicis potestas verbis, quibus contrahentes vsi sunt, adstricta, inclusaque sit, liberum ei non est, ante sententiam quicquam benignius, & clementius arbitrari, quàm verba contrahentium præscribant, & quàm inter contrahentes dictum conuentumque sit, tametsi id æquum forsan iudici videretur. In his vero, quæ bonæ fidei sunt, quia iudex liberam iudicandi facultatem habet, quod sibi æquum visum fuerit, omisso etiam neglectoque arbitrio, poterit protinus sententiam ferre. In arbitrarijs vero nunquam poterit sententia definitiua recte fieri, nisi præcesserit arbitrium, & interlocutio iudicis, sententiam definitiuam antecedens. Ius itaque ipsum bonæ fidei strictum, & arbitrarium declarauimus, vt lumen iuris, vel multarum legum intelligentia nobis splenderet.

In §. actionũ autem quædam bonæ fidei.

Quæ sint arbitrariæ actiones. Cap. XIIII.

1 *In Actionibus arbitrarijs, & in bonæ fidei, in litem iuratur.*
2 *Vtilitas actionum bonæ fidei, stricti iuris, & arbitrariarum.*
3 *Bartoli opinio recitatur.*
4 *Paulus Castrensis in Accursium, & Bartolum inuehitur.*
5 *Paulus Castrensis, & alij in eandem foueam prolabuntur.*
6 *Bartoli opinio reijcitur.*
7 *Non omne arbitrium iudicis constituit arbitrariam actionem.*
8 *Nec accidens taxationis, vel iuramenti.*
9 *Nec ratio pœna.*
10 *Nec ratio doli.*
11 *Quæ sint arbitrariæ secundum Iustinianum.*
12 *Tria requiruntur ad cognoscendas arbitrarias actiones.*
13 *In danda, vel tradenda re non versatur arbitraria.*
14 *Arbitraria, an sit actio, vel qualitas.*
15 *Duareni, & Coras sententia.*

1 SATIS constat in actionibus arbitrarijs, & in bonæ fidei iudicijs in litem iurari, nõ ita in actionibus stricti iudicij, & quemadmodum Marcellus affirmasse videtur. Hinc necessaria, & vtilis ostenditur diuisio: Actionum aliæ bonæ fidei enumeratæ à Iustiniano, aliæ stricti iuris, quales sunt ex stipulatu, ex
2 lege, ex mutuo, ex testamento, Fauiana, rerum amotarum, & rei vendicatio, & similes ibidem non connumeratæ: aliæ verò arbitrariæ, quas ex arbitrio iudicis pendentes arbitrarias appellamus. Iccircò Bartolus, quem tota turma iuris interpretum diu secuta est, vt ostenderet, quænam essent arbitrariæ actiones in iure ciuili, duas constituit regulas, quarum prima erat: Omnis actio, qua res iudicis mandato restituitur, arbitraria est: & põt iudex iusiurandum affectionis actori deferre, siue actio sit realis, siue personalis: Secunda
3 vero est actio arbitraria à iudicis arbitrio dicta est, quo sanè arbitrio vtitur iudex circa ipsam actionem ratione accidentis alicuius externi, vt puta loci,

l. in actionibus. de in litem iur. in §. actionũ autẽ, de act. l. alias, hoc ti. glo. in d. l. in actionibus. in verbo, plane, versi. nota. & d. §. actionũ.

§. præterea quaidam. de actio. Bar. in d. l. in actionibus, n. 9. & 11. p l. q restituere, de rei vend.

ex taxa-

& taxationis & iuramenti, pœnæ, ac doli. Loci, vt in actione de eo, quod certo lo co: taxationis & iuramenti affectionis, vt in Marcelli sententia: pœnæ, vt in ea quod metus causa: doli, vt in actione de dolo. Sed hæc omnia falsitatis suspitione minimè carent, vtpotè cum longe recedant à vera Iustiniani sententia.

4 Quare Paulus Castrensis ab initio in suis Cõmentarijs in Accursiũ, & Bartolũ inuehitur, quod ille suis glossematis leges hac ĩ re obseruauerit, hic verò quod passim oĩa cõturbauerit: ipse tñ Paulus in eosdem collabitur errores. Quos secu

5 ta vniuersa turba Interpretum in eandẽ saueam ruit præceps. Neq; n. ex eo arbitraria dici poterit actio, quod in ea iudicis mandato res actori restituatur, cũ in actione furti, vel bonorũ raptorũ agatur de re iudicis iussu restituẽda, nec

6 propterea arbitraria fiat, et si fur, vel latro non ipsam restituere parati fint reus tñ in arbitrarijs absoluitur, si iudici paruerit. Nec, quia iudex arbitref, quod vel quanti mea interfit, vel ratione loci, vel aliorum, vt passim in iure ciuili legere licet, poterimus eam actionẽ ob id arbitrariam appellare, quia non iudicis arbitrium actionem reddit arbitrariam. Nec accidens taxatio

7 nis iuramenti conuertit actionẽ stricti iuris in arbitrariam: hoc. n. Zenonis rescripto comprobatur. Si quando res in iudicio fuerit patefacta, deinde sup re

8 bus ereptis, vel illatis, vel dãno dato rpe impetus quęstio pponatur, si nõ potuerit, qui vim sustinuit, quæ pdidit, singula cõprobare, taxatione à iudice facta, p psonarum atq; negotij qualitate sacro æstimationẽ rerum, quas pdidit, manifestet, nec liceat ei vltra taxationem à iudice factam iurare. Id etiam cõfirmatur Vlpiani responso: in eum inquit, qui vi exemerit in factũ iudiciũ

9 datur, quo non id continetur quod in veritate est, sed quanti ea res est ab actore æstimata, de qua cõtrouersia est. Nec rõ pœnæ id unq̃ efficere poterit, cũ tibi mutuantũ ac stipulanti pœnæ nõĩe p cẽtenis denarios singulos pmiserim, & pseueret ipsa actio stricti iuris, & id suadeant passim in iure ciuili pœnales

10 ipsę stipulationes, nec demũm ratio doli causa est, vt actio ideo vertatur in arbitrariam. si quis. n. cum aliter conuenisset eum obligari, aliter per machinationẽ obligatus est, erit quadã subtilitate iuris obstrictus, sed doli exceptione vti põt. Qui. n. per dolum obligatus est, cõpetit ei exceptio. Sed fit arbitraria actio de dolo alia profectò ratione siue causa, vt iam declarabimus.

11 His itaq; reiectis, dicamus vna cũ Iustiniano, actiones eas esse arbitrarias, ĩ qbus nisi arbitrio iudicis, is cũ quo agiĩ actori satisfaciat, veluti rẽ restituat, vel exhibeat, vel soluat, vel ex noxali causa seruũ dedat, condẽnari debet, quod si restituerit, vel soluerit vtiq; absoluitur: & hoc, siue in rem, siue in psonã agaĩ. Quamobrem mihi liceat ex verbis Iustiniani elicere, arbitrarias vtiq; fore actiones, in quibus reus ante definitiuã sñiam, si arbitrio iudicis satisfecit, absoluitur, sin minus, condemnabitur. quare tria esse perpendo, q̃ continuo sin

12 gulas cõcomitantur has arbitrarias. primum, quod agatur de re actori iudicis iussu restituenda, hinc iudices arbitrium in condẽnando ob rei contumaciã, vel iudicis sprẽtam auctoritatem. Secdm, quod in arbitrarijs actionibus concurrit interlocutio, vel iudicis arbitrium, quasi sub cõditione: vt si reus paruerit vel restituerit absoluatur, alioqui condemnetur. Tertium, quod ex his consequiĩ est, quod in arbitrarijs duę exiguntur sñiæ, & in pręcedẽti interlocutoria iudex se habet tanquam amicabilis compositor ante definitiuam: In bonæ fidei verò & in strictis vna sufficit. Hinc aĩaduertẽdum, quod si agatur de danda, vel tradẽda re, vt ĩ stipulationib9, vel ex testõ, tunc reus pcisè cogi minimè põt rẽ

13 dare, uel tradere, imò in his succedit actio, quanti nostra interfit. Nec tãta est

14 pfidia nõ tradẽtis, quãta est restituere nolẽtis. Ex his uisum est aliquibus, arbitrariã potius qualitatẽ actionis, q̃ actionẽ ipsam significare, quod tũ maximè consentaneum

F

Bar. in l. hoc edicto. de publi. & in § . C vbi cõuẽ. q cer. lo l. l. si cũ excẽptione §. io hac. ff. quod met. cao. l. arbitrio. de dolo. Paul. Cast. d. l. io actionibus. in pri. l qui ea meo te. de furt. l. nõ o prodest. de vi bo oo. rap. l. q restituere. de rei vẽ. l. arbitrio. §. 1. de dolo. ut in l. contimuus §. cum ita. de verb. obl. l. si quod ex Pãphila de le. a. Bart. in l. 1 C. de sen. q pro eo qd iter o 3?. l. si quando. C. vnde vi, l. pen. §. 1. ff. ne quis eum qui in ius. l. lecta. si cer. pet. l. 4. §. Cato, & toto titu. de verbo. obl & d. l peoul. l. si quis cum aliter. de verbo obl. §. præterea quasdam act. de actionib. l q restituere. de rei vẽ. d. l. io actionibus. d. l. q restituere. l. arbitrio § 1. de dolo. d. §. præterea d. l. qui restituere. gl in l. si cum exceptione. §. hæc actio. io verbo datur ff. quod me. cau Bar. io d. l. i actionibus. nu. 18. 19. 20. l. alt. s de in lit. iur. l. in re furtiva. de cond.

furt. l. stipulationes non diuidũtur. de verb. obl. Dec. io d. l. in actionibus. nu. 15. 16. Gl. in l. in bonæ fidei, in verbo conducturus, vbi Bar. de eo quod cer. lo. & Mising. in d. §. præterea. d. §. præterea.

Iustitia est habitus, quo homines volunt aguntque ea, quæ iusta sunt. Et alibi, est (inquit) animi uirtus, quæ suum unicuique pro dignitate, & merito tribuit. Tertia est Zenonis ita dicentis: Iustitia est prudentia in suum tribuendo cuique, in accipiendo temperantia, in perpetiendo fortitudo. Quarta, ac postrema est Vlpiani: Iustitia est constans, & perpetua vo-
3 luntas, ius suum vnicuique tribuens. Quæ sanè Vlpiani definitio respicit obiectum non particularis iustitiæ, sed vniuersalis, ac eius tria enumerat præcepta, honestè viuere, alterum non lędere, ius suum vnicuique tribuere. Primum quidem præceptum, omnem virtutis vsum, & totius vitæ honestatem complectitur. nisi enim fortiter, iustè, temperanter viuamus, quod prudentia non adhibita minime fieri potest, honestè viuere nequibimus. Hæc vitæ nostræ modum imponit: reliqua autem duo ad ciuilem societatem referuntur. Alterum non lædere, latè patere debet, vt non solum non verbera, non vulnera, non cędem quis alij inferat, aut furta, aut rapinas, aliave similia committat, sed ne minimo quidem conuitio, nedum contumelia, vel ignominia alterum afficiat. Ius suum vnicuique tribuere, ad reipublicæ gubernatores præcipuè spectat, qui vel pręmio, vel pœnis homines, pro vt digni sunt, afficere debent. Sed hæc duo non sunt ita coniuncta, vt alterum ab altero contineatur. Etenim non illicò, qui neminem lędit, suum cuique tribuit. Alterum igitur non lædere, non tam eo spectat, vt iustitiæ politicæ habitum acquiramus, quàm vt ipsam iniustitiam fugiamus. Vniuersalem nonnulli mundi ani-
4 mam, mentemque diuinam appellant: Anaxagoras rerum omnium causam, ac principem cœli, & terræ: Chrisippus legis perpetuæ, & æternæ vim, fatalemque necessitatem: Vlpianus humanarum, ac diuinarum rerum notitiam, iusti, atque iniusti scientiam nominauit. Hanc inquam vniuersalem iustitiam, turrim triangularem, vel solem in iure ciuili splendentem, nunquam potuit Antonius Concius, oculis vespertilionis intuitus, conspicere: quem supinum errorem alijs vitio vertens, ingenuè fa- Ant. Conc. lib. 2. suarũ lectionum. c. de duplici iust. diuis.
5 tetur. Sed iam ad ipsas definitiones reuertamur, admirantes, quomodo tam multæ stare possint definitiones, cum vnius rei vnica debeat esse definitio. At nemini mirum esse debet, varias descriptiones, immo varias eiusdem rei definitiones afferri, prout variæ sunt causæ eius, materialis,
6 formalis, & reliquæ, variaque accidentia, & effectus. Hæ definitiones, licet verbis discrepent, re tamen congruere videntur. Illa enim Ciceronis, quòd sit animi habitus, idest virtus, conuenit in genere cum illa Aristotelis, atque etiam cum illa Vlpiani, qua constans, & perpetua uoluntas esse definitur. Hæc enim uerba habitum, uel uirtutem ostendunt. Nam habitus difficulter remouetur à subiecto. In differentia etiam conueniunt, ut cum non ad se spectet, sed ad alios, suam cuique tribuens dignitatem, ut Cicero, & Aristoteles autumant: uel suum cuique, ut Zeno, & Vlpianus. Aristotelis, Ciceronis, & Vlpiani definitiones magis politicæ uidentur, utpote, quæ hominum respiciunt societatem: aliæ uerò, & præcipuè illa Zenonis, ad iustitiam absolutè sumptam, potius pertinent. Enimuerò diuersis definitionibus iustitia uniuersalis atque particularis con-
7 stare debent. Zeno igitur, quid sit uniuersalis iustitia, declarat, quippè qui omnes uirtutes unica definitione iustitiæ comprehendat. Hominem Plato his tribus potissimũm cõstare putauit, ratione, ira, & cupiditate, q̃bus singulis prudentia, fortitudo, temperantia suũ modũ imponũt: ad quos tanq̃ cęli cardines, ab eo reliq̃ referuntur oẽs. Sed iã ipsius Vlpiani definitionẽ di-

cutiendam aggrediamur, cuius quot sunt verba, tot errores inesse putan-
8 tur. Et vt ab vltimis verbis incipiam, Suum cuique tribuere, liceat mihi
Plato primo de Repub. Periandri sententiam apud Platonem, ita obijcere à contrarijs, vel oppo-
sitis: vt serui ad seruitutem, ita liberi ad libertatem: se habent: vt propo-
situm in proposito, ita oppositum in opposito, suum inquit cuique tribuēs.
l. vlt. de leg. 3 Contra: vt dignis hæreditates deferuntur: ita indignis auferuntur: vt ami
cis amica, & benemeritis benemerita sunt conferenda: ita inimicis, & ho-
stibus inimica, & hostilia sunt reddenda. At si inimicis infesta, & noxia
debentur, ergo inimicis iniuriæ, vulnera, furta, rapinæ, stupra, cædes, &
huiusmodi tribuenda. Hoc enim erit suum cuique tribuere, nempe amicis,
& inimicis, dignis, & indignis. At si inimicis inimica, ergo iustitia per
hæc verba, Suum cuique tribuens, destruitur, vel in summam (vt Perian-
9 der ait) conuertitur iniustitiam. Huic definitioni se opponit etiam Accur-
sius, non satis aptè, Constantem, & perpetuam, apposita esse dicens, vnde
diuinam potius iustitiam definitam existimauit. Agricola quoque non
10 rectè voluntatem appellari putat, sed esse potius habitum animi, vel quid
Picolo. gra. 4. mora. c. 13. 11 in voluntate. Picolomineus postremo, gradu quarto Moralium, iustitiam
esse habitum, & virtutem voluntatis, vt multorum est opinio asserere, alie-
nissimum putat à rei veritate. Hæc sunt, quæ ipsam Vlpiani definitionem
subuertere videntur. Quam si æquitatis, & iustitiæ penetralia ingredia-
mur, non parem cæteris tantummodo, sed præstantiorem quoque cogno-
scemus. Iustitia namque omnia vnicuique æqua lance dispensare censetur.
Et vt corpus sine anima: ita ciuitas sine iustitia diu esse nequit: qua amota
nihil aliud sunt regna, quàm aperta hominum latrocinia. Huius munere,
si digna ciuibus pro meritis non tribuantur, sub tyranno se, & in seruitute
12 viuere homines arbitrantur. Nec officit Periandri sententia, quæ inimicis
iniurias rependendas esse dicit. Hoc enim ex definitione nisi ex fallacia ar-
gumentando non consequitur, cum Vlpianus à iustitia non suum tantum, sed
ius suum vnicuique tribuendum sentiat, quippè cum iniuriam iniuria, iusti-
tia ipsa repugnante, tolli debere minime iudicet. Nam in virtutibus, &
earum omnium regina iustitia, ad extrema non est deueniendum. De iu-
stitia enim agitur, quæ nullo modo iniurias pati potest. At est contrario-
rum ratio contraria: atque sic, vt amicis beneuolentia, & meritis ita ini-
micis maleuolentia, & iniurijs respondendum est. Hæc certè vera esse di
ci possunt in natura praua, cui non moderetur iustitia, & in quacunque ma
teria, vel natura, quæ in suo genere contraria recipit. Sed nunc de re,
quæ iusta sit, & de viro iusto agitur, quem dicimus tribuere vnicuique suū,
scilicet ius, non iniuriam: neque enim sequitur iniusta, sed ea potius abhor
ret. Quod si quispiam dixerit, in distributiua, carcere, exilio, relegatio-
ne, alijsque pœnis homines affici, quæ pro iniustis habenda sunt, respon-
debimus, illa dummodo à legitimo magistratu fiant, fieri non iniustè. Nam
sontes pro merito puniri ad deterrenda maleficia, reipublicæ maximè inter-
est. Ideoque iustum esse, nemini dubium est. Quantò enim magis quis
à iustitia recedit, tanto maiores pœnas soluere debet. Accursij quoque le-
13 uis est illa obiectio. Nā Vlpianus humanam, non diuinam iustitiā definiuit.
Nec sunt superflua, nec peccantia illa uerba, Constans, & perpetua, cū habitū,
14 qui pluribus reiteratis actionibus acquiritur, nobis insinuent. At septies in
die cadit iustus, ergo iustitia non est in eo constans. Consequens hoc etiam
cum Theologis negari potest. Nam iustus veniali, nō capitali cadit peccato:
non ideo sequitur, quin humana voluntas possit esse constans, & perpetua
in

in tribuendo vnicuique suum pro merito, pro dignitate. Et licet aliquis pos
sidens habitum alicuius virtutis, aliquando peccet, non fit ob id iniustus,
nec amittit habitum bonum, nec malum, loco illius acquirit, ita vt iniu-
stus dici possit. Vna enim hirundo non facit ver, nec vnus casus legem.
Nam si quis muliere pulcra repente visa libidine inflãmatus cum ea rem ha-
beat nulla electione præcedente, rem facit iniustam, nec tamen iniustus
censeri debet: adulterium commisit, nec tamen est adulter, quia non habi-
tu, sed animi perturbatione motus, semel lapsus est. & illud appositum, cõ-
15 stans, robur voluntatis ostendit: perpetua vero, tempus continuum: quæ
indicant habitum, & eousque continuum, quousque fuerit voluntas. Nam
etiam si aliquis rem semel faciat iniustam, non tamen est iniustus, eoque
minus, si quid tale vi, metusve causa gestum fuerit. Maximum enim est di-
16 scrimen inter iusta, & iustè acta, quia tria ad aliquid iustè, vel iniustè a-
gendum requiruntur. Primò, vt qui agit, prudens agat: deinde, vt id eli
gat propter se: demum, vt firmo constantique animo, vel voluntate id agat.
nec potest corpus corrumpi, nisi mens fuerit ante corrupta. Nec obiectio
17 Agricolæ magnifacienda est. Non enim dixit: iustitiam esse voluntatem
simpliciter, sed voluntatem perpetuam, atque constantem: perinde, ac si
expressisset habitum voluntarium, qui difficillimè à subiecto remouetur.
18 Nec illa Picolominea extollenda, quæ negat, iustitiam esse habitum, & vir
tutem voluntatis, contra diuum Thomam, & Latinos omnes, iustitiam in
voluntate ponentes, non autem in appetitu, tum quia medium iustitiæ, est
medium rei, hoc est reddere vnicuique suum, medium vero aliarum virtu-
tum, est medium rationis: sunt enim in appetitu sensitiuo circa internos af-
fectus, quibus ratio moderatur: tum, quia vel sit posita in voluntate, quæ
nullum habitum moribus exposcit, vel in appetitu, quod quidem satis est a-
pud doctissimos viros controuersum, nemo inficiabitur, eam sine voluntate
stare non posse, nec opus suum exercere. Videmus. n. vt inquit Philosophus
Moralium quinto, omnes talem habitum dicere iustitiam velle, quo homines
apti sunt ad res iustas agendas, & quo iusta agũt, & volunt. Nec quispiam, vt
Plato in Gorgia demonstrat, & Aristoteles passim, ex iuris scientia fit iustus,
vt ex cognitione grãmaticæ, vel dialecticæ fit grammaticus, vel dialecticus:
sed necesse est eum scientem, & volentem iustè operari, si vir iustus esse ve-
lit. Nam vt Poeta ait:

Ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν, οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν,
Ἀλλ' ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος, οὐ βούλεται,
Vir iustus non est, qui iniqua non facit,
Sed qui cum possit, non vult iniqua agere.

19 Omnis insuper legislatoria in iure ciuili hanc semper prospicit humanam
voluntatem; in supremis elogijs, ne sint irrita, quæ ipsa iusserit: in cõtractibus,
dolo ne, an bona fide quis se gesserit: in delictis vero, an voluntate, & consul-
to, an verò potius casu, & imprudentia quis peccauerit, vt voluntas, mens, ac
propositum leuia, & capitalia distinguant maleficia: vt hic etiam præcipuus
scopus iuris prudentiæ esse videatur. Rectè itaque definiuit Vlpianus: iusti-
tia est constans, & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuens. Quæ sa-
nè descriptio idem profecto sonat, licet mutatis verbis, quòd & ipsa Philoso-
phi definitio.

De quatuor iustitiæ fluuijs & prius de talione.
Cap. XVI.

1 *Iustitia est sole ipso, nedum Veneris stella splendidior.*
2 *A iustitia quatuor fluuij profluxerunt, talio, proportio, vsucapio, & fictio,*
3 *Iustitia hæc ad alterum relata est, ergo nemo potest res suas sibi furari.*
4 *An per talionem iustitiæ munus facilius obeatur.*
5 *Talio reddit animam pro anima, dentem pro dente, oculum pro oculo.*
6 *Non in omnibus sufficit talio.*
7 *Fauorini rationes contra talionem.*
8 *In quibus talio obseruetur.*
9 *Talioni simile est edictum, quod quisque iuris in alium statuerit, ipse eodem vtatur.*
10 *Si iudex noluerit reum condemnare, retaliare debet.*
11 *Qui gladio ferit, gladio peribit, quomodo intelligendum.*
12 *De talione pacisci licebat.*
13 *Quando iudex hominem pecunia damnabat.*
14 *Iniuriarum pœna relata à Iustiniano.*
15 *Turpius esse iniuriam facere, quàm pati.*
16 *Propter os fractum nummaria pœna constituta erant.*
17 *Qui alteri oculum eruisset, vtroque erat lege Solonis priuandus.*
18 *Prima omnium pœnarum creditur fuisse talio.*

V NIVERSA iustitia purpura tandem, trabea, sceptro, fascibus, ac diademate ornata, Principes fouet, leges condit, magistratus creat, populo moderatur, salutem tuetur, & inter omnes gentes vndequaque coruscans æquissimum opus suum ita diffundit, vt sole ipso, nedum Veneris stella splendidior omni-
1 bus videatur, tum quia non solum die, vt sol ipse, verum etiam noctu clarissime splendet, tum quia virgo hæc Iouisque filia ad sublimiora euecta inter Libram atque Leonis astra Phœbo supereminet, totque stellis maioris luminis, & spica, caput, alas, & manus decorata nitet. Ex hac, apertis demum cœli
2 chataractis, quatuor perennes profluxerunt fluuij, qui Oceanum Iuris ciuilis ingressi, vniuersam alluunt Iuris prudentiam, quique leges ipsas, quàm amœnissimè irrigant: quorum nomina hæc referuntur, talio, proportio vsu capio, & fictio.

Hæc in alterum: hæc in omnes, stellarum radios, & lumina sua diffundit. Neque enim iustitia hæc, nec itidem iniustitia potuit vsquam non relata ad alterum inueniri. Quo fit, vt nemo possit sibi ipsi res suas furari: nemo cum
3 vxore sua adulterium committere: nemo cum filijs suis in patria potestate existentibus, contrahere. Hæc talionem, hæc Geometricam, & Arithmeticam proportionem, hæc vsucapionem, hæc etiam fictionem vndique diffundit: quibus fluuijs omnia benignè irrigat, & fouet. Quamobrem talionis le-
4 gem prius commemoremus. Non desunt viri prudentes, qui hac talionis lege, omne iustitiæ munus facilius, & æquius obiri existimauerint. Hæc sola eis omnia iustè tribuere visa est, vtpote quæ oculum pro oculo, & dentem
5 pro dente rependat. Hac Moysen Prophetam vsum testantur: si mors eius, inquit, fuerit subsecuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, adustionem pro adustione, liuorem

Arist. Ethic. 5. c. 11.
l. nun ut ex pluribus l. neque pignus. de reg. iu §. si quis rem legatarij. de leg.

Exod. c. 21. & Deut. c. 19.

uorem pro liuore. Id etiam comprobat lex duodecim tabularum, à Cicerone in libris de legibus, & ab Aulo Gellio, ac ab alijs relata.

Si quis membrum ruperit meum, ex pacto talio esto; propter os uero fractum, nummariæ pœnæ constitutæ sunto.

Hac Rhadamantum apud inferos vsum fuisse: hanc Pythagoram secutum summopere, eamque repassionem uocasse commemorant. Huic concinit edictum illud Prætoris, quod quisque iuris in alium statuerit, vt ipse eodem iure vtatur.

Si qua fecerit, hac patietur & ipse. Ethic. 5. c. 5.
Iuditium fuerit per rectum, atque exitus aequus.

6 Hęc verò talionis lex, quamuis in aliquibus præstet ac vtilis sit, in om- Exod. c. 21. & Deut. c. 19.
nibus tamen, ad ciuitatem iustè recteq; regendam, minimè sufficit. Quod
patet rationibus Fauorini apud Aulum Gellium ab incommodo, & impossi-
7 bili deductis. Nam, si quis per imprudentiam, & casu fortuito alteri ocu-
lum eruerit, vel brachium fregerit, non poterit per imprudentiam, vel ca-
su retaliari. Si enim eruatur ei oculus, uel brachium frangatur dedita ope- Aul. Gel. no. At. xx. c. 1.
ra, cum ipse imprudenter id fecerit, non erit æquè data talionis pœna.
Sin autem consultò membrum alteri debilitauerit, & retaliari debeat, ma-
iorem sibi læsionem fieri nequaquam patietur, atque ita res per talionem
ad æquilibrium deduci non poterit. Id etiam comprobatur authoritate A-
ristotelis, moralium quinto: Si quis enim rem publicam tutatus fuerit, quo- Ethic. 5. c. 5.
modo par gratia referri poterit? At si quispiam magistratum gerentem per-
cutiat, non æqua patietur, sed luet potius pœnas grauiores. Et è conuerso:
si quis magistratum gerens, priuatum infimæque conditionis hominem per
cusserit, leuiori afficietur pœna. Quamobrem putandum est, Moysem, Py-
thagoram, Rhadamantum, ac legem duodecim tabularum talionem indu-
xisse, secundũ rationis similitudinem, non ut quid simpliciter in oĩbus iustũ. Deut. c. 19.
Neque.n. talionẽ in oĩbus obseruabant. De Moyse patet. Nã distinguit homi
cidiũ per prudentiã, & imprudentiã, si quis (inquit) ligna cædendo, securi è
manu eiecta, hominẽ inconsultè occiderit, is non retaliatur, sed in exiliũ per
paucos annos mittitur. Sin autem per insidias alterum interfecerit, eripe
8 eum ab altari meo, vt moriatur. Admittitur tamen in casu calumniæ, &
præuaricationis, animam pro anima, dentem pro dente rependere: quem-
admodum Imperatores rescripserunt: Præuaricatores eadem pœna affician- l. ab Imperatore. ff. de pręuaric.
tur, qua tenerentur, si ipsi in leges commisissent, qua reus propter præua-
ricationem absolutus est. Et ita non in omnibus, sed in his tantum, quæ
suapte natura id exigebant, talionem admittebant: qualia Prætorum edi-
9 cta, quod quisque iuris in alium statuerit, ut ipse eodem iure utatur, & alia ff. q. quisque iur. in alium.
10 huiusmodi, quæ in iure ciuili id sui natura exigere uidentur, ut si iudex do- Didac. resolut. 2. c. 9.
latum ad se vitij crimen punire noluerit, eadem profectò pœna affici debet,
quam Titio vel alijs indulsit. Accusatores præterea legi talionis subscribunt l. fi. c. ne sacr. bap iter. Fel.
11 qui si accusatione defecerint, iure merito retaliantur. Quod tamen hodie l. c. qualiter, § ad corrigẽdos, de accu.
apud aliquas gentes ab aula forensi prorsus recessit. Insuper, qui gladio fe-
12 rit, gladio peribit. Quod tamen inter Theologos Caietanus non ad fer- l. is cui, de accusat.
reum gladium, sed ad similem, tantamve pœnam, referendum arbitratur.
Ipsam tamen talionis asperitatem uerba legis satis lenire uidentur; Ex pacto Bar. in l. pen. § ad crimen de publ. iud.
13 talio esto. Nam quæ acerbitas erit si idem fiet in te, quod tu in alio feceris,
cùm præcipuè de iniuria pacisci possis, nec sit tibi necesse talionem pati, Caiet. Cent. 6. q. 3.

nisi eam elegeris. Quæ sanè talio ad æstimationem Iudicis redigi necessa-
13 riò solebat. Nam si reus, qui depacisci uoluerat, iudici talionem imperanti non parebat, æstimata lite, iudex hominem pecunia damnabat, atque ita, si reo & pactio grauis, & acerba talio uisa fuerat, seueritas legis ad pœcuniæ mulctam redibat. Quæ quidem omnia longè clarius retulit, & com-
14 probauit Iustinianus in titulo de iniurijs. Pęna autem iniuriarum, inquit, ex lege duodecim tabularum propter membrum quidem ruptum talio erat, propter os verò fractum nummarię pœnæ erant constitutæ, quasi in magna veterum paupertate, sed postea prætores permittebant illis, qui iniuriam passi sunt, eam æstimare, ut iudex, uel tanti eum condemnet, quanti iniuriam passus æstimauerit, uel minoris, pro ut ei uisum fuerit. Sed pœna quidem iniuriæ, quæ ex lege duodecim tabularum introducta est, in desuetudinem abijt: quam autem Prætores introduxerunt, quæ etiam honoraria appellatur, in iudicijs frequentatur. Nam secundum gradum dignitatis, uitæque honestatem crescit, aut minuitur æstimatio iniuriæ, qui gradus æstimationis, & in seruili persona, non immeritò seruatur, ut aliud in seruo actore, aliud in medij actus homine, aliud in uilissimo, uel compedito ius æstimationis constituatur. Sed & lex Cornelia de iniurijs loquitur. Hęc Legislatores decernunt, ut iniuriosos homines ab omni iniuriarum genere deterreāt, vel vt pœnis peccati labe expiata, ad pristinam valetudinem, vir-
15 tutemve reducant, discantque turpius esse ratione damni iniuriam facere, quàm pati, cùm ad iniustitiam prolabuntur, ut & Plato in Gorgia egregiè
16 demonstrat. Propter os vero fractum nummariæ pœnæ constitutæ sunt. In omnibus igitur, nec ex lege ipsa talio obseruabatur, non in ore propter membri nobilitatem. Os enim faciem intelligo, ut apud Ouidium.

Gel. lib. 20. cap. 1.

§. pœna autē, Instit. de iniu.

Plato in Gorgia.

Os homini sublime dedit, cœlumq́ue videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

De iustitia distributiua, & eius proportione.

Cap. XVII.

1 *Iustitia distributiua, commutatiua, siue Geometrica, Arithmetica.*
2 *Arithmetica proportio, quæ sit.*
3 *Geometrica proportio, quæ sit.*
4 *Differentia commutatiuæ, & distributiuæ.*
5 *Exemplum Iuliani geometricæ proportionis.*
6 *Exemplum legis Rhodiæ.*
7 *Damnum quod pro omnibus in naui datum est, omnium contributione resarciri oportet.*
8 *Quid de rebus, quæ aspergine aquæ marinæ deteriores factæ sunt.*
9 *Quid si plus fuerit in collatione quam in damno, vel plus in damno quam in collatione.*
10 *Pauli exemplum de hæredibus instituendis.*
11 *Pulcherrimum Hermogenis exemplum.*
12 *Quid si pascenda pecora partiaria portionibus inæqualibus data fuerint.*
13 *Valent hæc pacta etiam inæqualia quantitate, sed æqualia analogia.*
14 *Aristotelis subtilia, & pulcra exempla.*

FLVIT

FLVXIT etiam ab eodem fonte fluuius distributiuæ, & commutatiuæ iustitiæ. Hæc enim iustitia vt æqualitatem seruet, in rebus omnibus Arithmetica, & Geometrica proportione, in contractibus, in familia ercifcunda, in pœnis, ac præmijs pro meritis irrogandis, sua munera obit. Iccircò in duas
1 species diuisa fuit, quarum altera commutatiua, altera distributiua dicitur. Illa arithmetica, hæc geometrica proportione vtitur. Quæ quidem, vt facilius intelligi possint, nobis explanandæ. Arithmetica igi-
2 tur, quam iustitia cómmutatiua in commercijs, vel contractibus obseruat, est illa, quæ, vt in quantitate æqualitatem, sic in qualitate inæqualitatem seruat. Vt enim quatuor ad tria se habent, ita duo ad vnum, quæ qualitate sunt inæqualia. Quatuor enim tria sesquitertia, duo verò vnum dupla proportione excedunt. At in quantitate sunt æqualia. sicuti enim quatuor vno tria superant: ita duo vnum superant vno. Hæc igitur arithmetica proportio in rebus excessum tantum, non personarum differentias analogicè considerat. Vt, si quis fundum decem aureis vendat, qui communi pretio quinquaginta venditus fuisset, tunc adeundus est Prætor, vt emptor, vel iustum pretium suppleat, vel contractu reciso fundum restituat. Prætor solum excessum respicit, & æqualitatem in quantitate tueri nititur. Geo-
3 metrica verò proportio, proprium munus iustitiæ distributiuæ, quæ sontibus pœnas, benemeritis præmia, & vocatis à lege, vel ex testamento, vncias hæreditatis distribuit, est ratio, quæ semper qualitate est eadem, sed quantitate diuersa. Exempli gratia, vt se habent nouem ad sex, ita sex ad quatuor. Vtrobique qualitas est eadem, hoc est, sesquialtera: sed sunt quantitate diuersa. Nouem enim sex superant tribus, sex vero quatuor duobus. Sed tria, & duo quantitate diuersa. Est ergo, vt supra quoque dictum est, Geometrica proportio, cuius terminorum, qui se inuicem excedunt, differentia qualitate est eadem, quantitate verò diuersa, quia tria superant duo. Hæc quidem discrimina personarum: arithmetica verò tan-
4 tum rerum excessum respicit. Vel hac in re non parum difficili, iuris studiosis, vt omnia clarius luceant, dicamus: proportionem quidem iustitiæ commutatiuæ semper seruare æqualitatem in quantitate, & ipsum respicere excessum: proportionem verò distributiuę econuerso, seruare æqualitatem in analogia, pro dignitate personarum, & inæqualitatem in quantitate. Sed huic geometricæ proportioni, vtpotè quæ difficilior sit, Iurisconsultorum exemplis aliquam lucem afferamus. Iulianus de liberis, & posthumis hoc
5 proponit exemplum: Si filius natus fuerit, ex besse mihi hæres esto: si filia l. si ita scripta sit. ff. de lib. & posth.
mihi nata erit, ex triente, ex reliqua parte vxor hæres esto. Si filius, & filia nati essent, dicendum est, assem distribuendum in septem partes. Filius quatuor, vxor duas, filia vnam partem habebit. Nam secundum voluntatem testatoris filius altero tantum amplius habebit, quàm vxor, eademq; proportione vxoris pars filiæ partem superabit. quæ quidem est dupla proportio. Quare in diuidendo oportet, vt filius quàm vxor, & vxor quàm filia maiorem altero tantã partem habeat. Quod quidem euenit, si assis in septem diuidatur partes, quarum filius quatuor, vxor duas, filia vnam ha-
6 beat. Præterea: magna coorta tempestate, si ijs, qui sunt in naui, iactura l. 4. §. vlti. ff. ad leg. Rod.
rerum sit facienda, omnes, qui in ea merces habent (nec domino nauis excluso) eas conferre debent. Portio lege Rhodia de iactu pro æstimatione, & pretio rerum, quæ saluæ, quæque amissæ sunt, præstari solet. Finge me, ac te singulas merces in naui, quæ centum valerent, habuisse: Titium verò,

quæ

quæ ducentis. Titius, sic tempestate cogente, suas proiecit, qua exoneratione nostræ seruatæ sunt. Constat ducentorum damnum esse factum, ac Titium tantundem habuisse in naui, quantum nos ambos. Tantundem igitur damni accipiet, hoc est, centum, nos singuli quinquaginta præbebimus illi. Detur è contrario: Titium quinquaginta proiecisse, nos vero singulos centum conseruasse. profectò nos dupla in collatione, vt æquitas suggerit, præstare oportebit. Vnusquisque igitur nostrum viginti, Titius vero decem conferet. Lege enim Rhodia cauetur, vt si leuandæ nauis gratia iactus mercium factus est, omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est. Sic quæritur de rebus pariter, quæ aspergine aquæ marinæ deteriores factæ sunt, an dominus teneatur resarcire damnum passo? Verbi gratia: Duorum mercatorum merces valent singulæ aureos coronatos viginti. Vnius merces deteriores aspergine redditæ sunt: alterius neutique. Hic ergo, cui res integræ sunt viginti conferre cogetur: illi verò, cuius aspergine deteriores esse cœperint, decem contribuet. In qua sanè

L.1.ff.ad leg. Rhod.

7 rò decem conferet.

L. nauis onustæ, §. cũ autem, ff. ad L. Rhod.

8 nibus datum est.

9 quæstione distinguit Callistratus, an plus sit in collatione, quàm in damno? an verò potius è conuerso plus in damno, quàm in collatione? Nam si plus fuerit in collatione, quàm in damno, conferre vtique tenebitur. Si enim mercator decem conferre debebat, sed damnum aureorum duorum aspergine passus fuerit, hoc deducto, quod passus est, reliquum contribuere cogetur, nempe octo. Econuerso: si plus sit in damno, quàm in collatione, vt si damnum fuerit decem aureorum, collatio verò duorum, is profectò conferre minimè tenebitur propter damnum, quod aliarum rerum conseruandarum causa sibi fuit illatum: quinimmo ei subueniri oportet, qui deteriores propter iactum res habere cœperit.

l. Clemens patronus, ff. de hęr.inst.

10 Ac rursus iustitiæ distributiuæ proportionem in hæreditatibus diuidendis, cum Paulo quæramus. Is de hæredibus instituendis hæc proponit: Clemens patronus testamento cauerat, vt si sibi natus filius fuisset, hæres esset: si duo filij, ex æquis portionibus hæredes essent: & si duæ filiæ, similiter: si filius, & filia, filio duas partes, tertiam filiæ dederat. Duobus filijs & filia natis, quæritur, quomodo partes sint distribuendæ, cum filij pares esse debeant, vel etiam singuli duplo plus, quàm soror accipere. In quinque igitur partes hæreditas est diuidenda, quarum binas mares, fœmina vnam accipiat. Hoc enim modo singuli filij duplo plus quàm soror secundũ personarum analogiam accipiunt. Multa præterea exempla vnà cum doctissimis viris ad exercenda iuuenum ingenia in iure ciuili adducere possem: sed ne tędio auditores nimia eorum copia afficiam, hoc vnum Hermogenis

11 postremo retulisse sufficiat. Ex vncijs, inquit, sex primo hærede instituto, & secundo ex octo, si tertius in residua, vel nulla portionis facta mentione, hæres instituetur, quinque vncias hæreditatis tertius habebit. In viginti quatuor enim partes hæreditate distributa, tertio, veluti ex decem partibus instituto, ratio calculi quinque vncias assignauit. Quam etenim octo ad sex proportionem habent, eandem quatuor ad tria, hoc est sesquialteram. Vnde inter primum, & secundum rectè facta est distributio. Tertiò autem, cur quinque dentur, ea est ratio, quòd assem excessit testator sic, vt duo faciendi sint asses, qui cum partes viginti quatuor habeant, si primo sex, secundo octo tribuantur, decem, quæ tertio debenter, reliqua sunt. Quam autem proportionem, sex, octo, & decem ad viginti quatuor, eandem tria, quatuor, quinque ad duodecim habent.

l. ex vncijs sex.ff.de hęr. inst.

Vt se habent 6. 8. 10. ad 24.
ita 3. 4. 5. ad 12.
10. 24. 5. 12.

12 Pacta igitur, & commertia sustinentur in iure ciuili, etiam iniusta, ratione quantitatis, iusta verò ratione huius proportionis, vt si pascenda pecora partiaria, idest, vt fętus eorum portionibus, quibus placuit, etiam inæqualibus inter dominum, & pastorem diuidantur, Apollinaris susceperit. Præterea, si non fuerint partes societati adiectæ, æquas (inquit Vlpianus) eas esse constat, moderante, scilicet iustitia commutatiua: si verò placuerit,
13 vt quis duas partes, vel tres habeat, alius vnam, an valeat? & placet valere, si modo aliquid plus contulerit societati, vel pecuniæ, vel operæ, vel cuiuscunque alterius rei causa, ecce iustitiam distributiuam, inæqualitatem in quantitate, æqualitatem verò in proportione seruantem. Hac spolia, & parta ab hostibus, hac præmia quæque, quamuis preciosa, rectè æqua lance appenduntur, & distribuuntur. Et hæc sunt profunda sensa magni Peripatetici, Ethicorum quinto.

14	12 Achilles	6 Aiax	8 Res Achillis	4 Res Aiacis

12 Achilles A	8 Res Achillis C
6 Aiax B	4 Res Aiacis D

dicentis: vt se habet A. ad B. sic B. ad C. vt A. ad C. ita B. ad D. Vt se habet Achilles 12. ad Aiacem 6. & res 8. ad rem 4. dupla, scilicet ratione: ita se habet Achilles 12. cum re sua 8. ad Aiacem 6. cũ re sua 5. dupla nempe proportione.

De iustitia commutatiua, & eius proportione. *Cap. XVIII.*

1 *Iustitia commutatiua seruat æqualitatem in quantitate, in qualitate verò inæqualitatem.*
2 *Exemplo operarum in fodendo terram.*
3 *Quantum sex superantur ab octo, tantum sex superant quatuor.*
4 *Exemplum hæreditatis inter hæredes diuidendæ.*
5 *Iustitia commutatiua habet locum in delictis.*
6 *Grauiora crimina grauioribus, leuiora leuioribus pœnis coercentur.*
7 *Omnia loco, tempore, & alijs circunstantijs examinanda.*
8 *Litigatores ad iudicem tanquam ad medium confugiunt.*
9 *Casus, quibus non potest esse locus iustitia distributiua.*
10 *Dissidium Celsi, & Marcelli in his casibus.*

11 *Sancio Iustiniani si vni tota hæreditas, & alijs partes legentur, non esse locum proportioni geometricæ.*

SCATET etiam inde iustitiæ cõmutatiuæ proportio, quæ non
omnes contractus, & quasi, verum etiam delicta & quasi, to-
1 túque Synallagma alluit, & æqua bilance appendit. Hæc sa-
nè cõmutatiua proportio, vt antea dicebamus, semper seruat
æqualitatem in quantitate, in qualitate verò inæqualitatem,
ipsumque respicit excessum. Sit igitur proportio arithmetica huiusmodi
2 longè facilioribus exemplis mihi declaranda. Titius operas, & labores præ-
stitit in fodiendo terram, & in plantandis arboribus duobus mensibus. Mæ-
uius pares itidem operas, & labores, sed vno tantum exhibuit mense. Quæ-
ritur, quomodo arithmetica proportione sit pretium distribuendum? Enim
verò, vt Titio auri debentur quatuor, ita Mæuio duo. Vtrobique enim pro-
portio dupla inter operas s. & operas, ac inter præmium, & præmium.
Stat enim proportio huiusmodi, vt qui duplo dignior, rem duplam, qui di-
midio dignior, dimidiam consequatur. Hanc proportionem numeris etiam
declaremus. Esto numerus sex, medius inter 8. & 4. nam quantum sex
3 superatur ab 8. nempè duobus, tantum ipsa excedunt 4. nempè duobus.
At secundum geometricam proportionem senarius, *6.* inquam numerus,
non potest esse medius inter 8. & 4. alia siquidem est proportio 8. ad *6.*
& alia *6.* ad 4. Quandoquidem 8. ad *6.* referuntur proportione
sesquitertia. Continent enim senarium, & eiusdem tertiam partem, nempe
duo, *6.* verò ad 4. se habent proportione sesquialtera. Nam *6.* conti-
nent 4. & eiusdem quaternarij numeri medietatem, nempè duo. Osten-
do itaque iustitiam distributiuam nullam proportionis, sed quantitatis tan
4 tum seruare æqualitatem, veluti: Duo sunt hæredes æqualibus portionibus
instituti: quorum primus quingentos aureos hæreditatis vsurpauit: secun-
dus verò trecentos. Hic posterior conqueritur apud prætorem. Quam-
obrem prætor vnicuique redditurus, quod suum est, vtrunque numerum
coniungit: qui simul aggregati, constituunt aureos octingentos: deindè con
iunctum diuidit, & vnicuique quadringentos tribuit. Hoc enim iustum
est inter eos medium. Nã, quantus excessus maioris extremi ad medium est
tantus est medij ad minus. Et sic vtrunque ad æqualitatem arithmeticam
reduxit: quemadmodum venditores læsi vltra dimidiam iusti pretij ad ean-
5 dem æqualitatem imperiali auxilio reuocantur. Hæc autem commutatiua
proportio, non modo in contractibus, sed etiam in delictis locum sibi uen-
dicat. Lex enim 12. tabularum, lex Cornelia, aliæque leges actionem, &
passionem, iniurias inquam illatas, & acceptas, ad inæqualia metiuntur, exi
stimantes iniurias inferentem plus aliquid habere: eum vero, qui passus est,
longè minus. Proinde iudices nituntur, legesque ipsæ, hæc inæqualia ad
æqualitatem variis pœnis, vel in ære, vel in corpore reducere. Subtra-
hunt enim à lucro eius, qui iniuriam, vulnera, vel cædem intulit, quique
putat id sibi honori, lucro, vel commodo cedere: ac tantum conferunt ei,
eiusve hæredibus, qui iniurias, vulnera, cædemve passus est, omnia æqua
lance metientes, & moderantes. Hinc varijs legibus leuiora crimina leuio-
ribus pœnis, grauiora verò capitali expiantur supplicio. Quod quàm pru-
6 denter Marcellus admonuit. Respiciendum est iudicanti, ne quid aut du-
rius, aut remissius constituat, quàm causa deposcit. Nec enim aut seuerita-
tes, aut clementiæ gloria affectanda est, sed propenso iudicio, pro ut quæq;

l. respiciendum. de pœ.

res

res expostulat, statuendum est. Planè in leuioribus causis, proniores ad lenitatem iudices esse debent: in grauioribus pœnis, seueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis sequi. Scelera insuper perpendenda, ac distinguenda, causa, loco, tempore, qualitate, euentu. Aut enim emendationis, aut iniuriæ gratia scelus fuit perpetratum. Persona insuper spectanda eius, qui fecit, & eius qui passus est. Aliter enim serui, aliter liberi puniuntur. Et huius ætatis quoque ratio habetur. Locus furtum à sacrilegio distinguit: tempus discernit emansorem à fugitiuo, & effractorem, vel furem diurnum à nocturno: qualitas atrociora, vel leuiora ostendit crimina, rixas à grassaturis, expilationes à furtis, petulantiam à violentia, rapinas à furtis distinguens. Quantitas discernit furem, ab abigeo. Nam qui vnum suem surripuerit, vt fur coercebitur: qui gregem, vt abigeus. Euentus quoque spectatur, vt à dementissimo quoque facta, an tentata solum, an vero consummata etiam fuerint delicta, vt eleganter Claudianus.

7 (beside "da, ac distinguenda") — l. aut facta. ff. de pœn.

8 His igitur modis, & similibus nituntur Iurisconsulti æqualitatem in quantitate seruare. Quamobrem litigatores, inquit Philosophus, ad ipsum iudicem confugiunt, & quærunt iudicem medium, & medium quoddam est ipsum iustum, & iudex est hoc medium animatum. Iudex autem ad æqualitatem redigit: proinde atque si linea in duas inæquales partes diuisa id quo maior pars dimidium excedit, abstulerit, minorique addiderit: cumque totum diuisum fuerit in duas partes æquales, tum suum aiunt habere, cum æquum acceperint. Cui concinit definitio iustitiæ, tot prudentum responsa, & imperiale Diocletiani, & Maximiani rescriptum de rescindenda venditione. Casus præterea in iure ciuili reperiri possunt, in quibus nunquam distributiuæ, sed soli commutatiuæ iustitiæ locus esse potest. Vt, si vni tota relinquatur hæreditas, & alijs partes aliqua: illæ profectò censebuntur de toto ademptæ, non autem ex numero earum poterit geometricâ distributio sumi. Vel quale videtur Celsi, & Iuliani dissidium in ea specie: qui quadringenta reliquit, trecenta legauit, & hæredis fidei commisit, vt tibi hæreditatem restitueret. Quærebatur, quid legatario dare deberes? Marcellus apud Iulianum scribit, in hac specie ita debere computationem Falcidiæ iniri, ac si quadringenta per fideicommissum essent relicta, trecenta verò legata: vt in septem partes trecenta diuidantur, & ferat quatuor partes fideicommissarius, tres verò legatarius, proportione partium à numero earum deprompta. Quadringenta enim relicta fuere, & trecenta legata, quæ partes septem constituunt. Hæc Marcellus geometrica proportione emensus referebat. Contra verò Celsus commutatiuam iustitiam secutus arbitratus est, hæredem trecenta legatario dare damnatum, & tibi fideicommissario centum. Ergo Falcidiæ ratio ita erit ineunda, vt hæres ducenta, & viginti quinque legatario, fideicommissario autẽ septuaginta quinque præstare teneatur. Quam sanè non modo Celsi, & Marcelli, verum plurium etiam antiquorum discordiam Iustinianus tandem ita sedauit, & composuit, vt relicto hæreditatis asse alicui, deinde alijs parte aliqua, vel aliquibus legatis, non liceat ex proportione, & numero partium, & totius, iustitiam geometricè metiri. Nam hæ partes statim à die mortis testatoris, ab hæreditate tota demptæ videntur. Propterea noluit in his esse locum iustitiæ distributiuæ. Id enim fieri non potest nisi voluntate testatoris violata penitus. Fluit ergo vndequaque arithmetica proportio, & geometrica de qua supra, quasi duo riuuli ab vno fonte deducti.

Marginal notes: Mor. 5. c. 8. — l. 2. C. de resc. vend. — l. qui quadringenta. ff. ad Senatusc. Treb. — l. cũ qũo. ff de leg.

9 (beside "ditione. Casus præterea") — 10 (beside "butio sumi") — 11 (beside "que præstare teneatur")

De vsucapione, & præscriptione.
Cap. XIX.

1 *Vsucapio ex æquitate ciuili bonoq; publico introducta fuit, & quid ipsa sit.*
2 *Vsucapio non conuenit naturali æquitati.*
3 *Vsurpatio, & præscriptio differunt ab vsucapione.*
4 *Dominia rerum duobus modis acquiruntur.*
5 *Titius factus dominus iure gentium, non potest amplius fieri dominus iure ciuili.*
6 *Quæ requiruntur ad informandam vsucapionem.*
7 *Error falsæ causæ cum traditione parit vsucapionem.*
8 *Vsucapio interrumpitur naturaliter, vel ciuiliter.*
9 *Præscriptio, vel vsucapio, aut est fauorabilis, aut odiosa, aut mixta.*
10 *Dominium aut directum, aut vtile.*
11 *Vsucapio an præbeat dominium directum, an vero vtile.*
12 *Quando vsucapio præbeat dominium directum.*
13 *Præscriptio quando præbeat aliquod dominium, quando vtile &*
14 *Quando præbeat directum.*
15 *Mixta præscriptio conseruat directum dominium.*
16 *Tres effectus primus dominij directi.*
17 *Secundus est dominij vtilis.*
18 *Tertius est litis impedimentum.*
19 *In præscriptione differt ius ciuile à iure pontificio.*
20 *Præscriptio modo dormit, modo rumpitur.*
21 *Rumpitur naturaliter, vel ciuiliter.*
22 *Omnes actiones personales tolluntur præscriptione 30. annorum.*
23 *Pactum quandocunque redimendi, an subiaceat præscriptioni.*
24 *Nonnullorum rationes infringere videntur communem sententiam.*

l. 1. de vsuc. 1 HINC rapide labitur quoque vsucapionis, & præscriptionis flumen, quæ sanè vsucapio ex æquitate ciuili, bonoque publico fuit introducta, ne rerum dominia semper essent incerta. Est autem vsucapio acquisitio, vel adiectio dominij per continuationem possessionis temporis lege definiti. Quã
2 do igitur dominium alicuius rei continua possessione, longoque vsu capimus, vsucepisse dicemur. Et hæc vsucapio à naturali æquitate non descen-
l. nã hoc natura. de cód. indeb. dit. Naturali enim æquitati non conuenit, quemquam alieno incommodo locupletari. Vsurpatio est vsucapionis interruptio: præscriptio autem
3 est temporis exceptio, differtque ab vsucapione: quòd vsucapio legitimum dominium præbeat, non autem ipsa præscriptio. Qui igitur præscripsit, exceptione potius prætoris, quàm legis authoritate nititur: qui cum vsucepit dominium, legis authoritate, longoque temporis cursu adeptus est, idque temporis spacium biennium in rebus mobilibus, in immobilibus vero decẽ-
§. 1. de vsuc. nium inter præsentes, & vicennium inter absentes decretum est. Rerum
4 enim dominia bifariam acquiri omnibus constat: aut enim iure gentium,
5 traditionibus nempe: aut ciuili, vsucapione acquirũtur. Nam qui à domino fundum traditum accepit, iure gentium dominus est, & iure ciuili amplius dominus effici non potest: qui uero à non dño possidet, is

iure

iure ciuili dominus efficitur, si usuceperit. Iurisconsulti uero promiscue usucapionem pro præscriptione,& præscriptionem pro usucapione capiunt. vt in titu. ff. de ann. exc.
6 Et plura quidem exigi putant ad ipsam vsucapionem informandam, vt eius medio dominium rei iure ciuili vsucapere possimus. Legitima enim vsucapio asciscit sibi causam, puta titulum,vel verum vel putatiuum. Est enim titulus legitima causa possidendi, vt pro emptore, pro legato, pro donato,& simili- vt in l. Celsus. de vsuc.
7 bus. deinde rei traditionem à non domino, quia solus titulus non sufficit, error siquidem falsæ causæ, si traditio interueniat ex falsa causa, vsucapionem parit, quia probabilis est, quod si traditio non interueniat, error falsæ causę vsucapionem non parit, quia hic error probabilis non est. præterea bonam fidem exigi existimant, vt qui vsucapit rem credat fuisse eius, qui illam sibi tradidit,non alienam,quæ sanè bona fides ab initio maximè spectanda est: tum possessionem, vt corpore, & animo illam possideat. l. traditionibus. C. de pactis. l. potest. l. si fur. l. iusto. §. & si possessor. ff. de vsucap.
8 Nam sine possessione vsucapio contingere non potest. Quo fit vt vbi deficit possessio, desinat etiam vsucapio,quæ solet naturaliter, uel ciuiliter inter- l. sine possessione. de vsucap.
9 rumpi. Hanc præterea usucapionem, uel præscriptionem trifariam diuidunt aliqui, ut una sit fauorabilis usucapio, nempè considerata ex persona,& bona fide usucapientis: Altera odiosa, qualis est præscriptio 30. annorum concomitata mala fide possidentis: Tertia uerò mixta,ut si usucapio, uel præscriptio consideretur tam in persona præscribentis,quàm eius, contra quem præscribitur. Dominium itidem diuidunt in directum, & utile. Directum est, quod prouenit à iure naturali,uel gentium,ex quo iure gentium omnes penè contractus introducti sint: Vtile uero quod à iure ciuili, uel ab ipsa usucapione l. ex hoc iure de iust. & iu.
10 proficiscitur. Sic putant usucapionem nobis rerum dominium ciuile præbere, non autem præscriptionem. Bartolus autem, aliíque putarunt vsucapionem præbere directum dominium, præscriptionem uero utile, eo modo quo differt uerus dominus ab emphyteuta. Barto. in l. 1. de vsucap. & in l. 1. § deni que. de aqua plu. arc.
11 Ex his scatent quammaximi effectus, uel utilitates. Nam usucapio si fauorabilis fuerit, præbebit nobis rerum dominium utile, & quandoque directū. Vtile probatur. Nam si usucapienti adempta fuerit possessio, is utique potuit contra quemlibet possessorem agere uigore sui utilis dominij, quod usucapione acquisierat, non tamen aduersus primum uerumque dominū, qui iura gentium & naturalia dominij præferebat. Directum uero dominium, an usucapienti acquiratur, plerique dubitant. Cum enim usucapio iura, ac dominia ciuilia tantum pariat, quomodo poterit iura alijs l. si quis emptionis. C. de præsc. 30 anno. §. 1. vbi Doctores.
12 adimere naturalia? Sunt qui putant usucapienti ita demum acquiri dominium directum, si aduersus scientem ac patientem non capiat usu, uel præscribat. Nam ex tacito illo consensu, ueluti ex iure naturali acquiri uidetur dominium directum.

Cum enim directum olim minimè acquireretur, qua de causa possessori tantum exceptio, non possidenti utilis tantum actio dabatur. Deinceps plenum iustumque dominium acquiri placuit, ac proinde non modo exceptio, uerum etiam directa actio conceditur. l. 2. C. de præscrip. lōg. tē. d. l. si quis emptionis. l. 1. C. de vsuc. transf.
13 Præscriptio autem si odiosa fuerit, aliqua tamen subnixa bona fide, dominium utile præbebit, quo præscribens aget contra quemlibet possessorem, si ei fuerit occupata possessio. Si uero fuerit præscriptio mala fide comitata, nullum pariet dominium, nullamque actionem aduersus aliquem: Sed stabit in terminis nudæ, solíusque exceptionis, quomodo dicemus præscriptionem nihil aliud esse quam temporis exceptionem, & inter solas exceptiones connumerari. d. l. si quis emptionis. §. 1.

15 Mixta vero vel vſucapio,vel præſcriptio ex perſona eius,contra quẽ pſcri
bitur,conſeruat dominium directũ. Quare poteſt ille contra quẽlibet poſſeſ-
ſorẽ deinde agere,& rem vendicare, non tñ poteſt agere aduerſus eũ,q pſcri
pſit:præbet autem dominium vtile ei, qui bona fide præſcripſit, vt aduerſus
alios poſſeſſores agere poſſit. Conueniunt itaq; & differunt etiam vſucapio
& præſcrip. Conueniunt inquam in generãdo ac præbendo vtile dominiũ:
differunt autem in cauſa vel titulo. Nã vſucapio ſine titulo minimè datur: at
præſcriptio ſine eo ſtare vtique poteſt.
16 Tres itaque videntur potiſſimi effectus. Primus eſt dominij directi: Secun
dus, vtilis dominij: Tertius vero eſt impediendæ litis. Primus eſt in eo, qui
dominium tenet directum, vt directè agere vendicareq; poſſit ab alijs poſſeſ
17 ſoribus. Secundus in eo,qui habet vtile dominium,vt ſi præſcripſit,& inter-
empta poſtea fuerit præſcriptio, aduerſus alios poſſeſſores agere poſſit, & rẽ
vendicare à quocunq;,præterquam ab eo contra quem præſcripſit, ſi tamen
18 is dominus fuerit,ſiue creditor, qui hypothecariam habuerit. Tertius eſt in
eo, qui legitimo tempore præſcripſit, vt agentem dominum directi dominij
temporis exceptione repellere poſſit. In qua ſanè præſcriptione differt ius
Põtificium à legibus Cęſaris. Nam ius ciuile admittit præſcriptionẽ cum ma
19 la fide ſaltem,vt præſcribens non poſſit retinere, licet non agere: ſed iure ca
nonico nulla præſcriptio longi etiam temporis procedit cum mala fide,qui-
nimmo poſſeſſor malæ fidei in æternum non præſcribit. Sufficit etiam iure ci
uili, bonam fidem ab initio extitiſſe. Nam quæ oritur poſtea mala fides, mi-
nime interrumpet præſcriptionem. Et hæc eadem præſcriptio modo dormi-
20 re, modo interrumpi dicitur. Dormit quoties impeditur, ne temporis curſu
fluere ſiue procedere poſſit, quod maximè tẽpore belli & peſtis fieri dicitur,
item ſpatio pupillaris ætatis, quamuis cum defuncto inchoata fuiſſet: ſunt.n.
perſonæ aduerſus quas ipſa non fluit. Nam agere nequeuntibus nulla currit,
fluitve præſcriptio, vbi deſierit impedimentũ belli, peſtis, vel pupillaris æta-
tis, ſtatim quaſi ſomno expergefacta vlterius vtiliter procedit, vt prima cum
ſecundis temporibus excluſo tantum impedimenti tempore coniungi poſ-
ſint ad legitimi temporis præſcriptionem perficiendam. Interrumpitur verò
21 duobus modis, naturaliter ſcilicet & ciuiliter, quando præcedens tempus
inutile prorſus redditur, vt non poſſit cum poſteriori coniungi, ſed oportet
vt ille denuo præſcribere incipiat. Naturaliter, vt ſi vſucapienti defuiſſet ali-
quid, quod natura vſucapionis exigebat, puta, ſi defuiſſet poſſeſſio, vel titu-
lus, vel bona fides: tunc enim interrupta diceretur vſucapio naturaliter. Ci-
uiliter verò interrupta dicitur, quoties per citationem vel lites conteſtatio-
nem frangitur.
22 Hac præſcriptione actiones omnes perſonales tolli, notiſſimi iuris eſt, vſq;
adeo, vt communis inoleuerit opinio, eadem extingui etiam pactum initum,
vt venditor vel eius hæredes, quandocunq; venditũ fundum recuperare poſ
23 ſit, quaſi per tempus infinitum, ſemper, quandocũq;, in perpetuum, & ſimilia,
omneſq; actiones ea temporis meta includantur, vt vlterius progredi ne-
queant. Quamuis doctiſſimi viri ab ea receſſerint opinione, tum quod exiſti-
ment lege approbatum eſſe huiuſmodi pactum, vt etiam vltra annos 30. extẽ
datur: tum quod venditor, non niſi mala fide poſſit ab hoc pacto recedere.
24 Qua de re acerrimè contendunt Iureconſulti, nec leues quidem videntur
rationes, quæ communem ſententiam infringere videntur. quæ igitur rerum
dominia nobis deferant vſucapio, & præſcriptio, & quas actiones impediãt,
earum fluuius plenè omnibus oſtendit.

d. l. ſi qs em ptionis. §. 1. d l. ſi qs em ptionis. tradunt in l. Celſus. de vſucap § nullo titulo. C. de rei vend.

d. l. ſi qs em ptionis §. 1. d l. ſi qs em ptionis. l. 2. & l. Celſus d vſucap. & in authen. niſi tricẽnali. C. de bo. mat. tradũt in d. l. ſi quis em ptionis. c. vigilanti. c. fin. de præſcr. c. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. l. ſequtur. §. de illo. de vſuc l. 1. § hoc tñmodo. C. de vſucapio. tranſ.

vt in l. tranſmiſſa. de præſcri. c. 1. c. audita. de pſcr. l. ſicut. C. de præſ 30. ann. l. ſi ędes. § li bertas. d ſer. vrb. præd.

l. naturaliter de viuc.

gl in l. cũ no tiſſimi. §. im mo. in verbo innouata. C. de præſcrip. 30. ann.

Bal. Ange. & omnes fere in l. 2. C. de pac. inter em pto. & vend. & omnes fe re in l. nemo poteſt. de lega. 1.

Fab. Flor. & Franc. Zane. trad. de em ptio. & vẽdi. & l. quod ſi nolit. §. ſi qd ita. ff. de ędil. edi. c. poſſeſſor. de regu. iur. in 6.

De fictione iuris. · Cap. XX.

1 *Quartus fluuius, qui à iustitia manat, est fictio iuris.*
2 *Leges vtuntur falsitate vel fictione ob commune bonum.*
3 *Quid sit fictio iuris secundum Bartolum, & quomodo differat à præsumptione.*
4 *Quid sit fictiō secundum alios.*
5 *Fictiones duæ, vna postliminij, altera legis Corneliæ.*
6 *Postliminium iura, & dominia regit, lex autem Cornelia testamenta.*
7 *Fictio triplex inductiua, priuatiua, translatiua.*
8 *Fundamentum fictionis est ipsa æquitas.*
9 *Quid sit fictio inductiua.*
10 *Quid sit fictio priuatiua.*
11 *Quid translatiua.*
12 *Duæ fictiones simul concurrere non possunt, nisi in re dubia.*
13 *Egregia species l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucap.*
Et an textus sit mendosus.
14 *Fingunt leges patrem priusquam filium in bello interfectum, vt magis his quàm illis deferatur hæreditas.*
11 *Fingunt leges impuberem prius submersum vno naufragio, quàm matrem vel puberem.*
16 *Alioqui hæreditas fieret caduca.*
17 *Commentitia fictionum extrema.*
18 *Quam nobile & ingeniosum sit iuris prudentiæ studium.*
19 *Et quatuor fluuios iustitiæ circuire sinallagma.*
20 *Et quatuor fluuij hi veluti quatuor virtutes Cardinales.*

EXIT postremò fluitque ex eodem fonte fluuius fictionis, à
cuius vasto, profundoque gurgite Interpretes nauim suam sub
1 tilitatibus onustam, vix in portum incolumem appellere va-
lent. Hanc fictionē maluerunt leges, quàm rei veritatem am-
plecti, & sic dominia, hæreditates, & huiusmodi iura emeritis
tribuere. Enimuero nemini mirum videri vnquam debet, si iustitiam veri-
tatis, & virtutum omnium reginam fictionibus subnixam iura condere, & Plato secūdo
singulis tradere conspiciat, cum & diuinus ille Plato in secundo de legibus de legibus.
profiteatur, fas atque ius esse, leges falsitate vti, ob commune bonum: nul-
lumque mendacium hac falsitate vtilius, & optabilius fore. Hanc vero Iuris
consultorum fictionem illa Platonis longe æquiorem & insigniorem iudico. Bart. in l. si is
Hanc iunior Bartolus describebat, esse in re certa eius quod est possibile, con qui pro em-
tra veritatem pro veritate, à iure factam assumptionem. In re certa, ad præ- ptore, nu. 21.
sumptionis differentiā, quæ ex dubio conijcitur, fictio vero super eo sit, quod de vsucap.
plane falsum esse constat, eoque fit vt aduersus legis fictionem nulla vnquam Glo. in l. fin.
admittatur probatio, vtpote cum id contra veritatem à lege ex proposito & ff. quod met.
consulto inducatur, cum tamen aduersus iuris præsumptionem probatio cau.
passim recipi soleat. Eius (inquit) quod est possibile. Putauit. n. aliquibus Gl. l. l. si duo.
tamen reclamantibus, legem non posse natura impossibilia fingere. À iure C. de acquir.
factam assumptionem, vt mendacia, & falsa à legibus execrata ab hac defini- hæred.
tione reijciat: non est tamen dubitandum, impossibilia tam de iure quam l. sicut possi-
de facto (si tamen æquitas subest) per leges fingi, vtputa nondum natum in dens. C. de
vtero existētem, quoties dum commodo ipsius quæritur pro nato & viuo ha- probat.
Aemil. Fer.

 haberi

cessisse hæredibus vsucapionem: potuit ille possidere rem per seruos, quos habuit in potestate. Tertiò igitur dubitari potuit, an in rebus per alios possessis procederet vsucapio hæredibus suis? In quibus distinguere licet, geminam esse possessionem: vnam, qua corpore, & animo nostro: alterã, qua corpore, & animo seruorum possidemus. Præterea, vel rei extra peculium, vel ex causa peculij. Prima itaque, nec postliminio, nec lege Cornelia recuperatur: secunda vtroque modo. Quare Paulus non minus subtiliter, quàm
„ eleganter ait: si is, qui pro empore per se, vel seruum ex causa non peculiari
„ possidebat, ante vsucapionem ab hostibus captus sit, videndum est, an hære
„ di eius procedat vsucapio? Nam ei interrumpitur vsucapio, & si ipsi reuer-
„ so non prodest, qua ratione hæredi eius proderit? Ideoque nec postliminium
„ ei prodest, vt videatur vsucepisse, nec hæredi eius, legis Corneliæ fictio.
Quod si seruus eius, qui in hostium potestate est, ex causa peculiari emerit, in pendenti esse vsucapionem, Iulianus ait. Nam si dominus reuersus fuerit, intelligi vsucaptum: si ibi decesserit, à nonnullis dubitari, an per legem Corneliam ad successores eius pertineat? Marcellus posse plenius fictionem legis Corneliæ accipi. Quemadmodum.n. postliminio reuersus plus iuris habere potest in ijs, quæ serui peculiari nomine egerunt, quàm in ijs quæ per se, vel seruum ex causa non peculiari possidebat, cum ad hostes peruenit: sic hæredes eius legis Corneliæ fictione. Nam hæreditates in quibusdam vice personæ fungi receptum est, ideoque in successoribus locum non habere
13 vsucapionem. In quibus vltimis verbis, vt vetustissimi Interpretes notarũt, deest negatiua. Et Alciatus ita legi mauult: ideoque successores nouam habere vsucapionem, vt sic restituta omnia certissima, & facilima elucescant. Augustiu. de emẽdat. lib. 1. cap. 3.
14 Fingunt etiam leges in deferendis hæreditatibus, patrem priusquam filium
15 decessisse, si vterque in bello manus cõseruerit cum hostibus. Fingunt etiam, impuberem prius diem suum obiisse quàm matrem vel puberem, si vterque vno perierit naufragio, &, vter supremus mortuus fuerit, penitus ignoretur, l. q duos impuberes. ff. de reb. dub.
16 vt hi magis quàm illi sibi delatam capiant hęreditatem: alioqui hæreditatem contingit fieri caducam, vt nec agnatis, nec cognatis possit deferri, quod sanè absurdum & iniustum vt euitetur, leges naturam ac rationem secutæ hanc piè & sanctè introduxerũt fictionem omni porrò ęquitate ęquiorem, quemadmodum hæc & alia multa infra in capitulo de ambiguo temporis, latius
17 declarabimus, & nunc commentitia illa fictionum extrema nimirum termini à quo & ad quem tamquam mera (vt Corasius inquit) Interpretum deliramenta, vtpote quæ chimeræ & anilium fabularum plena, consultò omit-
18 tamus. Quam nobile, ingeniosum, ac profundum sit iurisprudentiæ studium, & optimo quoque Philosopho dignum, hæc altissima iuris prudentum responsa passim demonstrant. Iam quatuor ab vno æquitatis fonte vberrimos fluuios emanare, totamque iuris prudentiam alluere ostendi, talionem. s. geometricam, & arithmeticam proportionem atque fictionem, qui vniuersum synallagma ambiunt, omnia, inquam, contractuum, & distractuum genera, omnes hæreditates, legata, ac fideicommissa, delicta etiam, crimina, & scelera quæque, talione, geometrica, & arithmetica, analogia, vsucapione, ac fictione, iura sua vnicuique nauibus euehentes, haud secus, ac quatuor illæ regiæ virtutes, ab vna iustitia emanantes quatuor illa flumina repræsentant, quæ iuxta Philonis Iudęi allegoriam paradisum terrestrem circumfluunt, & irrigant. Hæ igitur sunt diuitię, & hęc intima iuris prudentię penetralia, quę nos quadrifariam quęrebamus.

De

De origine iuris, & legum, & prius an ius sit à natura, vel ab hominum opinione. Cap. XXI.

1 *Ius non esse à natura putarunt aliqui.*
2 *Princeps est legibus solutus.*
3 *Antoninus Curacalla, & Iulia nouerca.*
4 *Claudius Imperator Agrippina Germanici fratris filia connubio iunctus.*
5 *Semiramis nupsit filio, tulitq; legem.*
6 *Qua mutari possunt, non sunt à natura.*
7 *Qua sunt stricti iuris, ab aquitate corriguntur.*
8 *In diuersis locis diuersa sunt leges.*
9 *Chartaginenses filios Saturno litabant.*
10 *A communi opinione, & ab vsu imperitorum prouenit ius.*
11 *Error ius facit, non ratio.*
12 *Sententia iniqua facit ius.*
13 *Plus est in opinione, quàm in veritate.*
14 *Leges humana contraria rationi.*
15 *Iurisconsulti contrarij in suis sententijs.*
16 *Vlpianus sibi ipsi contrarius, Papinianus varius.*
17 *Ius à natura proficisci.*
18 *Lex est ratio summa insita in natura.*
19 *Ius dicitur, quod semper bonum, & aquum est, & dicitur ius naturale.*
20 *Lex iustorum, & iniustorum regula, & eorum, qua naturaliter ciuilia sunt, animantium.*
21 *Lex honesta, iusta, & possibilis secundum naturam.*
22 *Huius edicti aquitas naturalis.*
23 *Societas humana à natura.*
24 *Quadam sunt iniusta naturaliter, ergo horum contraria erunt iusta naturaliter.*
25 *Iniusta non possunt fieri iusta, nec iusta iniusta, vnde Antigoni sententia.*
26 *Esaias inuehitur in legislatores iniustos, & sinteresis vis.*
27 *A materia variabili leges fiunt variabiles.*
28 *Princeps solutus est iure positiuo, non autem naturali.*
29 *Bruta abhorrent incestus, vnde Cameli historia.*
30 *Quod primo aeuo licuit, postea factum detestabile est.*
31 *Darius sororem sibi matrimonio copulauit.*
32 *Iura naturalia immutabilia. Antigona ait se prater Creontis legem fecisse, non prater legem non scriptam.*
33 *Mutatio legum prouenit a natura rerum fluxibilium.*
34 *Lex immutabilis: res autem mutabilis, vt si furiosus factus, repetat gladium.*
35 *Principia iuris immutabilia: conclusiones mutabiles.*
36 *Eorum qua in veteri sunt testamento, nonnulla mutata sunt in nouo.*
37 *A iure singulari ad ius ipsum non possumus argumentari.*
38 *Leges humana non sunt contraria rationi, & natura. Quare in minimis admittatur lasio aliqua, vel, si non adsit dolus.*
39 *Humanum iudicium non potest veram attingere rerum astimationem.*
40 *Ex diuersis Iuris consultorum sententijs non destruitur scientia illius.*
41 *Anaxagoras, circunfusa esse tenebris omnia, ait.*
42 *Quando ius erat informe, Vlpianus, & alij magis dubitare potuerunt.*
43 *Pausanias ait, non homines legibus, sed leges hominibus dominari oportere.*

IVRIS genera, species, & effectus diuidebam, & contempla-
bar: nunc ordinem doctrinæ propositum prosequuturus, de-
creui originem iuris, & legum indagare. Non defuerunt viri
aliqui præclari, qui id ab hominũ opinione emanare cõtende-
1 rent, vt ius nusquàm in natura existere ostenderent, ideo di-
cebant id esse ius quod non ductum rationis, sed ex hominum libidine sta-
tuitur probabant. Nam si princeps aliquem capitali crimine damnatum,
in exilium miserit, delegari, vel deportari iusserit, atque ea quæ iusserit, exe- C de senten.
cutioni mandata fuerint, ac postea eundem ea pœna absoluendum duxerit, pass. & restit.
id propterea ius esse credimus: vt si Gallorum rex ardua aliqua de re legem §. sed et qđ
tulerit, & à Turcarum imperatore eodem tempore, eademque de re Bizantij principi pla-
altera huic omninò contraria lata fuerit, vtrobique iccircò ius constitu- cuit. de iure
2 tum esse dicimus. Præterea, princeps, inquit Vlpianus, legibus solutus est, nat. gen. & ciui.
ergo lex vel ius, quod legi inest, non est à natura; siquidem ijs, quæ sunt à l. princeps, ff legib.
natura, vel à iure naturali, reges æquè, ac subiecti tenentur. Rem exemplis l. digna vox.
3 quoque probare nitebãtur: Antoninus Caracalla imperator (vt Aelius Spar C. de legib.
tianus refert) Iulia nouerca sua pulcherrima muliere, nuda cõspecta, exęstuan l. 1. de const.
te libidine, Vellem, inquit, si liceret. Iulia respondit, si libet, licet. An nescis, princip.
te imperatorem esse, & leges aliis dare, non accipere? Ideoque Antoninus Aelius Spartianus.
4 nouercam vxorem duxit. Claudius Imperator Agrippinæ Germanici fratris
filię connubio se iunxit. quod si iurè fieri potuisset, vna eademque res in aliis
matrimonium, in aliis incestus esset. Ad hæc Semiramis nupsit filio, legemq;
5 tulit, sicuti literarum monumentis proditum est, vt filiis nubere matribus
6 liceret. Insuper: quæ mutari possunt non sunt à natura: At leges siue iura §. sed naturalia. ff. de iu. nat.
mutari possunt, non igitur sunt à natura: sed quod principi placuit, legis ha- gent. & ciui.
bet vigorem. Nam si alicui ob merita indulsit, vel si cui pœnam irrogauit, l. iura sanguinis, de regu.
legem esse constat. Omisso etiam iure singulari euertebant iura communia, iur.
sic cõcludendo: Legem à lege, vel à contraria cõsuetudine in eadẽ quoque l. de quib. de leg.
7 ciuitate sæpe tolli, vel abrogari, cõstat. Ideo leges sunt mutabiles. Probatur: l. placuit. C.
Nõne q̃ sunt stricti iuris, ab æquitate corriguntur? nonne legẽ xij. tabularũ à de iud.
iure pt̃oris, & à media iuris prudẽtia mutari, corrigique cernimus? An verò
negauerit quispiam ius prætorium id esse, quod prætores introduxerunt adiu l. ius autem
uandi, supplendi vel corrigendi iuris ciuilis gratia propter publicam vtilita- ciuile. §. ius
tem? Nonne mediam iuris prudentiam & ius prætorum, imperatorum san Græcorum.
ctionibus: has verò à Iustiniani cõstitutionibus, quinimò Digestorũ libros de iust. & iu.
à Codice, Codices à Nouellis videmus esse correctos? Nonne lege xij. tabu-
larum cauebatur: intestatorum hæreditates primo suorum hęredum, vellent
nollentve, sunto: His deficientibus agnatus proximus familiam habeto. Quo
non adeunte, hæreditatem non posteriores agnati adibant, sed fiscus succe-
debat. Nonne prætores huius legis asperitatem lenientes successionem agna
torum in cognatorum ordine admiserunt? Nonne postea Iustinianus hanc
legem pro imperio abrogauit, & apertè agnatorum successionem permisit?
Hinc successorium edictum: Hinc, vnde liberi, vnde agnati, vnde cognati,
8 vnde vir, & vxor. Præterea: in diuersis etiam locis nonne sic, imò magis
diuersæ sunt leges, vt apud gentes diuersæ rerum mensuræ, atque pretia di-
uersa sunt? Chartaginenses filios proprios (quod ipsa natura penitus abhor
9 ret) Saturno, lege iubente, imolabant. Apud Lacedæmonas esculentorum Ethic 5. c. 7.
furta nulla afficiebantur pœna: Cilices ex rapto viuebant: Persis filias, & so l. pretia rerũ.
rores vxores habere licebat: Turcæ plures eodem tempore ducunt vxores. ad l. Falcid.
In Gallia aliisque prouinciis eum, qui primus genitus sit succedere, exclusis
cæteris

cæteris, satis est notum: in multis Italiæ ciuitatibus, extantibus masculis, fœminæ non succedunt, quod duodecim tabularum legibus vitio vertebatur, vel maximo. Apud Persas adulterare liberum: apud Mahometanos cum matribus aut filiis, aut etiam pecudibus coire fas erat: apud Lacedæmones easdem vxores ad tempus commodare, vt commodatarius cum eis rem habeat licebat: Apud gentes Anglicas Aphricanas, quotquot erant ad nuptias inuitati, Veneris commercium cum nupta habebant: apud Aethiopes omnes fœminæ omnibus viris communes erant. Ad idem etiam probandum, à communi opinione, ab vsu imperitorum, à sententiis iniquis, & ab animo hæredis argumenta colligebant. Quantum hominum opinio ad ius constituendum valeat, apud Vlpianum de officio prætoris, manifestè patet. Barbarius inquit, cū seruus fugitiuus esset Romę, præturā petiit, & prætor designatus est. Quid dicemus? An quæ dixit, quæ decreuit, nullius fore momenti? An fore propter vtilitatem eorum, qui apud eum egerint, vel lege, vel quo alio iure, & verum puto nihil eorum reprobari. Hoc.n. humanius, cum etiam potuit populus Romanus seruo decernere hāc potestatem. Sed si sciuisset seruum esse, cum liberum effecisset. In hac specie iura dicta à Barbario Philippo opinione solum, qua is liber putabatur, neglecta penitus veritate, sustineri aiunt. Ipse

l. maximum vitium. C. de liber. præter.

l. Barbarius Philipp^9. de offic. prætor.

11 enim iure gentium seruus erat. Vsus quoque imperitorum iura tenet. Nam hodie propter vsum imperitorum, si in argentum relatum sit candelabrum argenteum, argenti esse videtur. Et error ius facit, non ratio, quam si sequamur, erit candelabrum in supellectile. Si igitur error ius facit, à natura esse,

l. 3. in fine, de supellect. legata.

12 non est dicendum. Sententiæ quoque iniquæ ius constituere dicuntur, quandoquidem ingenuum accipere debemus etiam eum, de quo sentētia lata est, quamuis libertinus fuerit, quia res iudicata pro veritate accipitur. Prętor quoque ius reddere dicitur, quamuis iniqua decernat. Et is, qui putat se necessarium esse hæredem, cum sit voluntarius, non poterit repudiare hæredi-

13 tatem. Nam plus est in opinione, quàm in veritate. Præterea, cum leges

14 humanæ sint contrariæ rationi, & rectæ naturæ, à natura esse non sunt dicendæ. At immodica possidere, & in rem suam aliena conuertere, admittunt leges. Nam, vt Pomponius ait, in pacto emptionis, & venditionis licet contrahentibus naturaliter se circunuenire, appetitu.s. naturali immoderato. Et imperatores admittunt læsionem in venditione, dummodo dimidiam veri pre-

15 tij partem non excesserit. Obijciebant demum, quod Iuris prudentes contrariis sæpè pugnant sententiis, & non solum varias fuisse opiniones Proculi, Vlpiani, Volusij Mætiani, Saluij Iuliani, ac aliorum, sed eosdem etiam, propria mutata, contrariam in eadem specie sententiam consulendo, ac iudicando secutos fuisse. Nec tam ingentem errorem recensere ipsum puduit Vlpianum, nec Papinianum semet ipsum tam varium ostendere. His fortasse mo-

16 tus Anacharsis, Solonem irrisisse fertur, qui Athenienses ad rectè viuendum legibus adduci posse putaret, quas aranearum telis comparabat. Nam vt his infirmiora animalia irretiri, valentiora euadere: ita humiles, & pauperes legibus constringi, diuites & præpotentes non colligari, animaduertebat.

l. ingenuū. de statu homin. l. res iudicata de reg. in. l. pen. § prætor quoque de iult. & iu. l. is q putat. ff. de acquir. hæred. Calides & Trasimacus in Gorgia d' rhetorica, & in primo de rep. Plato l. in causæ cognitione. 2. § Pōponi^9. ff. de minor. l. 2. C. de rescin. vend l. diui fratres ff. de iu. patr. l. manifestissimi. § sed est. C. d' furt.

Huic autem altera opponitur sententia eorum, qui ius à natura proficisci

17 putarunt. Hanc Cicero: hanc Iurisconsulti: hanc Chrisippus: hanc Socrates, Plato, Aristoteles, aliique præstantissimi viri secuti sunt, eamque variis rationibus à legis definitione, a societate, à iustorum & iniustorum natura, aliisque locis depromptis, veriorem demonstrauerunt.

Cicero de legibus.

18 Lex enim nihil aliud esse definitur, quàm ratio summa insita in natura, quę iubet ea, quę facienda sunt, prohibetq; contraria. Paulus, uno modo, inquit,

19 ius dicitur, quod semper bonum, & æquum est, vt ius naturale. Caius etiam:
Quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, apud omnes l. ius plurib⁹. l. omnes populi § qd vero. l ius ciuile est. de iust. & iu.
peræquè custoditur, vocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes
vtuntur. Et Vlpianus ait, ius ciuile est, quod neque omninò à natura-
li iure, vel gẽtium recedit, nec in omnibus seruit ei: itaque cum aliquid ad-
dimus, vel detrahimus iuri cõmuni, ius proprium, idest, ius ciuile efficimus.
20 Chrysippus, qui summus sapientiæ Stoicæ Philosophus à Martiano nuncu- l. 2. de leg.
patur, legem descripsit, iustorum, iniustorumque regulam esse, & eorum, quæ
naturaliter ciuilia sunt, animantium, vt facienda quidem iubeat, non facien-
21 da prohibeat. Isidorus quoque: Erit autem lex honesta, iusta, possibilis, se- c. erit autẽ lex. dist. 4.
cundum naturam, & secundum consuetudinem patriæ, quod etiam edicta l. 1. ff. de pac.
22 prætorum comprobant. Vlpianus de pactis: Huius edicti æquitas natura-
lis est. Quid enim tam congruum est humanæ fidei, quàm ea, quę placuerunt
inter eos seruari? Item de Minoribus: Hoc edictum prętor naturalem ęqui- l. 1. de min.
tatem secutus, proposuit, qua tutelam minorum suscepit. Humanam insuper
23 societatem à natura constitutam esse, nemo dubitat. Quare homo animal
sociale à sapientibus appellatur. Sed ius, atque iustitia hanc societatem in ci-
uitatibus custodiunt, atque sinu fouent. Ideo cum rem naturalem efficiant,
inter naturalia censeri debent, quemadmodum oculos, & aures naturales di-
cimus, quoniam visio, & auditus animantibus naturalia sunt. Hęc etiam so-
cietas inter prædones tamdiu solummodo permanere potest, quamdiu in
præda diuidenda iustitiæ locus est. Tantam sibi vim inesse iustitia demon-
strat: ideoque hominẽ solum ab hac nempe societate disiũctum, aut Deum,
24 aut belluam appellant. Præterea cum Alexandro etiam Aphrodisiensi dici- Ale. aphrod. in quæst.
mus, Quædam sunt iniusta naturaliter, qualia sunt iniuriæ, insultus, homici-
dia, prædę, furta, stupra, incesta. Ergò his contraria, nempe iusta, ac hone-
sta erunt naturaliter iusta. Nam si iniuria est transgressio quædam iuris, certè
ius erit multo prius, cuius transgressio iniusta est natura. Ergo ius est natura-
25 le. Vel, vt rem clariorem reddamus: Turpia, inquiunt, & iniusta, cuiusmodi
sunt homicidia, stupra, furta, doli, fraudes, atque rapinæ, cum talia naturaliter
sint, regum vel populorum legibus, vel institutis, vt iusta sint, & honesta effici l. factæ. cap. erit autẽ lex. dist. 4. Clem. past. de re iu.
non potest. Itidem: honesta & iusta, vt Deum colere, parentes venerari, al-
terum non lædere, ius suum cuique tribuere, vt turpia sint, & inhonesta ex ho
minum libidine fieri non poterit. His congruunt quæ Antigonum regem Ma
cedonum, cuipiam omnia regibus honesta, iustaque esse dicenti, respondisse
ferunt. Imò per Iouem, inquit, Barbarorum dumtaxat regibus. At nobis Plutarchus apoph. lib. 4.
solummodo honesta sunt, quæ honesta sunt, & ea tantum iusta, quæ iusta
sunt. Quæ quidem hominum pręscripta non re, sed nomine tantum leges
26 sunt habendæ. Atque ijs qui ferunt eas, minatur Esaias his verbis, Vah qui Esaias. c. 10.
condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scribunt, vt essent viduæ prę-
da eorum, & diriperent pupillos. Quod verum esse, mirificè comprobat sti-
mulus ille conscientię, quem sinderesim appellant, qui sontes ipsos ob mala Iuuenalis Satyra xiij.
pperpetrata cõtinuè arguit, stimulat, flagellat, & torquet. vnde illud Iuuenalis:

Exemplo quodcunque malo committitur, ipsi
Displicet auctori. prima est hæc vltio, quod se
Iudice nemo nocens absoluitur.

Sed iustitia sola ex omnibus virtutibus id munerę suo sibi iure vendica-
uit, vt ius siue æquitatem inter plures conseruaret, vt res, & actiones homi-
num

num gubernaret, ex quarum moderatione ea omnia ex humana societate tollerentur, quæ pacem, tranquillitatemque conturbare consueuere. Hinc ius ipsum: hinc, quæ veræ sunt leges, originem suam traxere. Quæ ius ab opinione, quæque idem à natura manare ostenderent declaui. Sed quia veritatē secutus, naturam iuris parentem prætuli, è re fuerit, opposita diluere argumenta. Non obstat itaque primum, quod Reges possint de eadem re contrariam eodem tempore ferre legem. Nam cum materia circa quam versantur leges eiusdemque accidentia pro hominum, pro locorum ratione, pro fortu-
27 na, vtilitate, consuetudine, occasione, proque alijs causis sint variabilia, non inconuenit leges variari, quamuis honestas, & iustas. quinimò infra enixius disputando ostendam, legis intimam, rectamque rationem, quam legis animam appello, nunquam mutari. Nec officit, quòd Princeps legibus sit solutus, Semiramis filio nupserit, Caracalla nouercā, Claudius fratris filiam vxo-
28 rem duxerit. Nam quæ vera sit sententia, qui ve sensus genuinus eius orationis, Princeps est legibus solutus, postea in eius propria quæstione exactius declarabo. Nunc vna cum cæteris fateor quidem, principem solutum esse iure positiuo, quod nescio quas solennitates tantum, & leuia quædam spectat, non autem iure naturali. Nec regum, imperatorumve incestæ nuptiæ, vel alia nefanda, & iniusta, quæ admittunt vel decernunt, pendere ius ab illorum opinione, demonstrant, cum animalia quoque bruta reperiantur, quæ
29 ea, quæ ipsi perpetrauerint, vehementer abhorreant. Nam Camelus cum matre corpus non miscet: & si quis cogere vellet, non patitur. Sed cum aliquando admissarius nō haberetur, custos camelorum cuidam pullo, matrem pallio opertam ineundam obtulit, qui post delapsum opertimentum, post coitum tamen absolutum, agnita matre quasi memor commissi sceleris, custo-
30 dem ipsum morsu interemit. Et Diuus Augustinus liberè inquit: Adami, & Euæ tempore, cum nulli alij essent homines, viri sorores in coniuges acceperunt. Quod eo tempore compellente necessitate admissum fuit: postea religione prohibente detestabile factum est. Darius Persarum Rex, qui deui-
31 ctus est ab Alexandro, sororem sibi matrimonio copulauit. Artaxerses antiquior cum filiabus nuptias contraxit: quorum regnum tandem deletum, non Persas solum, sed cæteras gentes quoque, quæ hoc possent audere, facilè docuit, quàm castè, quàm piè, quàm sanctè, quàm religiosè iura sanguinis tractanda essent. Præterea, quia leges mutantur, eas à natura esse non est
32 negandum. Ius siquidem in legitimum, ciuile, & naturale diuiditur. Iura naturalia immutabilia sunt, quorum leges æquè se habent apud omnes gentes, quemadmodum ignis vrit apud nos, vt apud Persas, seu Indos: qualia multa sunt quoque, quę in iure ciuili, potissimum in pactis, obligationibus, & contractibus habentur.

Si quid igitur mutatur, id potius pars esse videtur iuris legitimi nempè ci-
33 uilis. Vnde Antigona apud Sophoclem, vt retulit Aristoteles, ait, se præter Creontis legem, sed non pręter legem non scriptam fecisse. Et leges etiam, quę mutantur, aliqua ex parte à natura esse possunt, & mutatio magis prouenit à natura rerum fluxibilium, & mutabilium, quàm ab ipsa lege, vel legis intima ratione. Proindè, si quod peccatum est, id (vt Philosophus ait) in ipsa rerum natura est, non in lege, neque in legislatore. Exempli gratia: lex est, deposita esse reddenda. Hoc quidem ius nunquam mutabitur, nisi re ipsa mutata. Si fingatur. n. aliquis insanus repetere gladium à se depositum dum
34 mente sanus esset, si mutetur res, lex quoque mutabitur, quę furioso gladium restitui nolit. Sed quęnam legis erit hęc mutatio? cum vtrobique recta sit

Vt l. l. digna vox. C. de legib.

Arist. 9. Historiarū. c. 47

Augustin. de Ciuit. Dei, lib. 15. c. 16.

Ethic. 5. c. 7.

Arist. Rhetoric. 4. c. 15.

5. Ethic.

iuris

iuris legisque ratio restituendi, & non restituendi gladij. Principia ergò iu-
35 ris immutabilia sunt, sed conclusiones, variatis rebus, variantur. A vi, & ar-
mis abstinere lex Iulia iubet: pace, & tranquillitate ciuibus vtendum. At
hostibus bellum inferentibus, vi & armis licebit vti. Sic igitur aut propter
communem vtilitatem, aut propter necessitatem legibus aliquando aliquid
36 est addendum, aut detrahendum. Non debet ergo (vt Summus Pontifex
inquit) repræhensibile iudicari, si secundum varietatem temporum, statuta c. nõ debet. de cõsangui. & affin.
quoque variantur humana, præsertim cum vrgens necessitas, vel euidens vti-
litas id exposcit: quoniam ipse Deus ex his, quę in veteri testamento statue-
rat, nonnulla mutauit in nouo. Ideo quædam obseruantur in Gallia, quæ
non in Hispania: quædam apud Italos, quæ tamen non apud Indos. Sed
37 hæc omnia, hic, illic, & vbique optimo iure sustinentur. Nec satis validum
est argumentum à iure singulari ad ius ipsum. Nam licet, quod decreuit Bar- l. generaliter. §. si quis, de fideicom. libert.
barius, id ratum manserit fauore libertatis, cuius gratia multa in iure conce-
duntur: tamen iccircò tale ius esse vniuersum, talemque legum maiestatem,
non rectè concluditur. Quemadmodum nec rectè ducunt argumenta ab l. 3. de supellect. leg.
vsu imperitorum, ab errore, vel nomine. Nec enim mirum, moribus, ciui-
tatibus, & vsu, rerum nomina mutari. Et quamuis res ipsa iudicata propter
iudicis summã autoritatem pro veritate, & iure habeatur, cum tamen ius ip-
sum multis modis dicatur à Paulo, non possunt illi ab æquiuocis ad vniuoca
iura aliquid inferre. Et quàmuis veritati opinio præferatur in his singulari-
bus, quæ à solo animo pendent, vt in adeunda hæreditate, in reliquis tamen §. si qs rem suã, de legat.
vniuersaliter aduersatur regula iuris: plus valere, quod est in veritate, quàm l. si pater. §.
38 quod in opinione. Quod verò opponunt, leges humanas rationi, & rectæ quoties de
naturæ esse contrarias, id omninò negamus. Nec enim admittunt, aliena manum. vid.
immodica possidere, & in rem suam conuertere. Hæc enim destruerent iacta
fundamenta iuris prudentiæ. At licere (inquit Pomponius) contrahenti-
bus se inuicem circumuenire, & læsionem admittunt leges, vsque ad dimi-
dium iusti pretij, quorum primum in re modica indulgent, ne ignauia, & ve-
39 cordia ingenia torpeant contrahentium: alterum vero, quinimo vtrunque,
dummodo dolus non adsit, & minor lubrico ætatis lapsus minimè fuerit.
40 Accedit, quòd humanum iudicium nunquam potest veram rerum æstima-
tionem, verumvè pretium attingere, vtpotè cum non in puncto consistat, sed
arbitrio humano latitudinem habeat: quemadmodum in interpretatione
41 legis secundæ, C. de rescindenda venditione publicè demonstrabam. Nec
ex diuersis aut contrariis iurisconsultorum opinionibus destruitur scientia
iuris magis quàm si cum Philosophorum alios Peripateticos esse videamus,
alios Platonicos, & inter Peripateticos (quanquã nec Platonici in omnibus
sibi consentiant) alij sint Alexandrei, alij Auerroici, vna eademque de re di-
uersa sentientes, philosophiam ipsam funditus perijsse, suspicemur. Quod
quidem non veritati, sed hominum imbecillitati attribuendum puto, vtpotè
qui ad veritatis splendorem sæpè numero cæcutientes oculos habeant. Ne-
mini igitur mirum videri debet, si Anaxagoras circumfusa tenebris omnia:
si Empedocles angustas sensuum esse semitas: si Democritus veritatem in
puteo profundissimo, demersam iacere conqueritur. Nemini igitur mi-
42 rum, si, & Vlpianus, dum ius ciuile esset informe, necdum legis, & principum
autoritate illustratum, re plenius (vt ipse inquit) tractata atque discussã à
priore opinione ingenue fateatur tandem se recessisse: Anacharsis autem le-
ges aranearum telis similes aiebat, non earum vitio, sed quia executioni non
43 mandarentur. Quamobrem Pausanias interrogatus, cur apud Spartanos
H nullam

43 nullam legem mutare liceret? respondiſſe fertur, quia non homines legibus, ſed leges hominibus dominari oportet. nec magis lex à lege differt, quàm aurum ab auro. Ex his, ſi qua remanent alia ſoluenda, vtpotè perexigua, facilimè corruunt. Quamobrem oculos ad diuinam legum originem conuertamus.

De origine iuris & legum diuina. Cap. XXI.

1 *Leges à natura, & à Deo Optimo Maximo originem traxere.*
2 *Duplex legum origo, humana, & diuina.*
3 *Autoris alta contemplatio de Deo.*
4 *Leges ante mundi constitutionem.*
5 *Venite poßidere regnum paratum vobis ante mundi constitutionem.*
6 *Deus in creatione mundi leges naturæ, & mundum constituit.*
7 *Lex est vel Deus ipſe vel ipſius ſummi numinis recta ratio.*
8 *Leges quatuor, diuina, fatalis, naturalis, humana, cum earum declaratione.*
9 *Prima quæ eſt Dei prouidentia.*
10 *Lex fatalis vel cæleſtis in rationibus animæ mundi.*
11 *Lex naturæ in phantaſia & ſeminibus naturæ.*
12 *Lex humana, vel ciuilis in notionibus humanæ rationis.*
13 *Ex iure gentium ſunt bella introducta, & regna condita.*
14 *Res quò magis recedit à Deo, eò magis imperfecta.*
15 *Gentes, quæ leges non habent, naturaliter faciunt quæ ſunt legis.*
16 *Vtraque lex æterna.*
17 *Per me reges regnant, & per me legum conditores iuſta decernunt.*
18 *Lex orta eſt cum mente diuina.*
19 *Lex extenſa per æthera magnum non æqualiter recepta eſt ab omnibus.*
20 *Lex diuina Theologica.*
21 *Deus centrum à quo omnes leges, & omnes perfectiones.*
22 *Quomodo ideæ, rationes, & leges tranſeant à Deo per gradus ſcalarum in hæc inferiora.*
23 *A Deo communicatum eſt eſſe, & viuere, & leges condere, & ſecundum leges viuere: his quidem clarius, his autem obſcurius.*
24 *Pulcherrimum Dei & cæli ſchema.*

QVEMADMODVM anima ad ipſum corpus: ita ius ad legem ſe
habere, vti ſpiritum eius, ſatis omnibus conſpicuum eſt. Hoc
1 ſanè ius antea à natura proficiſci, nunc verò non modo à na-
tura, verum etiam ab ipſius naturæ, & rerum omnium paren-
te Deo Optimo Maximo originem ducere, aperiam, & ab ip-
ſo, non autem aliundè, leges omnes, etiam humanas pendere oſtendam. Sed
2 iuris ipſius originem Sapientes exiſtimarunt duplicem eſſe, diuinam ſcili-
cet, & humanam. Nobis de diuina nunc eſt agendum, quatenus ab il-
la omnium ſuprema mente diuina leges omnes originem traxere. Quam-
3 obrem, ſi me Iureconſultum moralium omnium minimum de ipſo Deo,
quem trinum & vnum veneramur, & adoramus ita fari licet, & quæ in Deo,

& quæ

& quæ extra Deum, cum nihil sit in Deo, quod non sit Deus, contemplari aio, legum initia coæterna esse Deo, etiam ante mundùm ab eodem crea-
5 tum. Probo eiusdem testimonio, & lege: Venite, possidete regnum paratum vobis ante mundi constitutionem. Sunt ergo leges intrinsecus in essentia Dei, quatenus ab æterno futura præsciuit, iussit, prædestinauit, sunt legum
6 incunabula extra Deum in ipsa mundi, & rerum omnium creatione, dum omnipotens ipse mundum, & entia omnia extra se vocauit: dum ex ὕλη, id est, materia, quam prius produxerat, mortalia quæque deduxit: dum leges Matth. c.10.
cœlo, & naturæ imposuit: dum dixit, & facta sunt. Lex enim æterna, quæ
7 non aliunde pendeat, vel est Deus ipse Optimus Maximus, vel ipsius summi nominis recta ratio, quam Dei sapientiam nuncupatam apud Salomonem ita loquentem audiuimus: Nondum cœli, & terra constiterant, quando certa lege, & gyro vallabat abyssos, quando legem ponebat aquis, ne transirent fines suos, & appendebat fundamenta terræ, cum ipso eram cuncta componens. Hic est ille fons perennis, vnde leges omnes emanarunt: quas cum
8 Platone cœlum omne, totumque mundum collustrans, quatuor esse censeo, diuinam, fatalem, naturalem, & humanam. Prima est lex prouidentiæ Deo coæterna ex diuina sapientia: secunda lex fati, in causis secundis directis à prima: tertia est naturæ, in rebus naturalibus ex forma, & materia compositis: quarta est lex ciuilis, vel iurisprudentia nostra, quæ à prima illa æterna
9 prodijt. Prima coruscat in Deo, in Idęis: secunda, quam cœlestem appello, in rationibus animæ mundi mentes illas diuinas regit, corpora cœlestia
10 perpetuo impellit motu, stellarum errantium cursus, & recursus dirigit, & earundem orbis diuerso à primo mobili cardine ciet, ipsosque angelicos intellectus summam eius diuinitatem affectantes, & anhelantes ita mouet, vt amatum, & exoptatum amantia mouet, & exoptantia: tertia in natura infe-
11 riori vagatur, in phantasia, & in seminibus naturæ. Hac planta generat plantam, & omnia, quæ seminaria virtute prædita sunt sibi similia producunt. nutriuntur enim & generant vt platanus & vitis. Hæc bruta animantia, tum proprio instinctu mouentur, & agunt, tum specie sibi simile generant, fouent, educant. Brutorum etiam anima rerum spectra per sensus ad phantasiam delata, recipit. Hac materialia quoque formis gaudent: sunt autem mixta, quæ essentiam tantum habent, vt lapis, vt aurum, in notionibus hu-
12 manæ rationis. Postrema est lex humana, vel ciuilis, quæ gentes & ciuitates regit. Hæc ius gentiũ primæuum, & secundæuum præfefert. Primęuum, quod ab exordio rerum creationis, humanæ menti inditum fuit, vt Deum colere, parentes venerari, quod nobis fieri nolimus, alteri non facere, & id genus multa. quodque partim commune est etiam brutis, vt liberorum procreatio, & educatio. Et proinde hoc ius gentium naturale appellatum fuit: & eo iure omnia communia erant, & omnes liberi, vel homines nascebantur. At secundęuum idest, quod exerescente hominum malitia postea ab hominibus conditum fuit, ex naturalis tamen rationis ductu. Ex hoc iure
13 gentium introducta sunt bella, discretæ gentes, regna condita, dominia distincta, agris termini positi. Et cum antea vno naturali nomine omnes homines appellarentur, hoc iure gentium tria hominum genera esse cœperunt, liberi, his contrarium serui, tertium genus libertini. Ex hoc postea emanauit quoque ius ciuile, legitimum inquam, ac positiuum ipsum, quod neque in totum à naturali iure, vel gentium recedit, neque per omnia ei
14 seruit. Quò magis itaque lex vna recedit à Deo, eò magis apparet imperfecta, vt imago vel potius vmbra diuini iuris esse videatur. Hæc sanè lex hu-

H 2 mana


IGNIS
Martialia
i. Mixta.
Lex Naturales ius naturale commune omnibus Animantibus
Vitis. Platanus. Natura seminaria.
Lex Humana
ius Gentium et ciuile
Lex Fatalis
Anima Mundi
Angeli
Lex Diuina
Deus
Ideae
Mentes
Anima Mundi
Anima Mundi
Anima Mundi
AER
Aurum
Vitrum
AQUA
Magnus
Anima intellectiua et Sensitiua regitur.
Rationes i. Spectra rerum per sensus
Natura disseminaria quibus omnia nutriuntur generantur.
Bos. Delphin. Aquila. Phenix. Mentha. Borrage. Intybus.
Lapis
Lignum.
TERRA

Cur leges in deos semper fuerint relata: & de legum, ac iuris mutatione. *Cap. XXIII.*

1 *Legum conditores dijs immortalibus leges acceptas retulerunt: Minos, & Rhadamantus, quas Cretensibus tulere Ioui: suas alij alijs.*
2 *Lex à sapientia, & prouidentia suprema.*
3 *Quomodo lex humana ab æterna promanare possit.*
4 *In lege humana adsunt sordes peccati, & quare?*
5 *In æternis non est prius, neque posterius.*
6 *Lex humana pendet ab æterna, quatenus æquitatis recta ducitur ratione.*
7 *Cur lex humana aliqua ferè iniusta admittat?*
8 *Lex quamuis dura, & iniqua, tamen ratione potestatis, ac imperij ab æterna deriuatur.*
9 *Mutatio legum humanarum non arguit, eas non pendere ab æterna.*
10 *Lex per accidens mutatur, non autem intrinsecus per se.*
11 *Variantur leges pro locorum, pro temporum, & euentuum ratione.*
12 *Quanto magis res caducæ, & fluxæ mutantur, eò magis insurgunt, & conseruantur leges.*
13 *Ius naturale an tolli possit.*
14 *Si per partes ius tollitur, ergo & totum tolli potest.*
15 *An vero distinctio iuris gentium in primæuum, & secundæuum.*
16 *Diuisio Diui Thomæ.*
17 *An & quomodo libertas mutetur.*
18 *Corasius, & alij dissentiunt à distinctione Bartoli, & communi.*
19 *Species legis, Nam & Seruius, de negotijs gestis.*
20 *Error Corasij.*
21 *Responsio ad legem, Nam & Seruius, de negot. gestis.*
22 *Antidoralis obligatio an in leone, & in feris.*

CVM iura legesque omnes à primo rerum omnium principio,
nempe Deo Optimo Maximo, vt supra demonstratum est,
oriantur & profluant, inde factum esse reor, quod vniuersi le-
1 gum conditores, eas dijs immortalibus acceptas retulerint:
quemadmodum Trismegistus, quas Aegyptijs, à Mercurio:
2 Charondas, quas Chartaginensibus, à Saturno: Minos, & Rhadamantus,
quas Cretensibus, à Ioue: Licurgus, quas Lacedæmonijs: Draco, quas Athe
niensibus, à Minerua: Numa Pompilius, quas Romanis dedit, ab Aegeria
nympha: Moyses, quas Hebræis: Petrus, & Pontifex Romanus, quas Chri-
stianis ab vno trinoque Deo se accepisse professi sunt: vel quia prisci illi va-
ria colebant numina; vel, vt alij malunt, quoniam lex à sapientia, & prouiden
3 tia suprema, à regia potestate, à iustitia, & ab eloquentia promanat. Qua-
propter à Minerua, à Saturno, à Ioue, & ab Apolline, à Mercurio, his, & illis
4 populis leges & iura delata asserebant. Sed quomodo lex humana ab æter
na pendere possit, aliquibus magnum facessit negotium. Primo quia in
5 æternis non est peccatum: sed in lege humana adsunt sordes peccati. Nam
procul recedit à cētro, quod Deum esse diximus, & longe magis quàm aliæ:
quia iniqua, vsuras, homicidia & fornicationes aliquando permittit, quæ
6 legi æternæ contraria sunt. Ergo ab ea non pendet. Deinde: in æternis

c. Moyses. dist. 7.

non

non est prius, nec posterius, non est aliqua rerum vicissitudo: sed leges humanæ nunc huc, nunc illuc fluctuant, mutanturque ferè omnes. Præterea: sæpe leges pugnant cum legibus, cùm tamen iustum non reluctetur iusto, nec bonum bono, ergo non fluit ab æterna. Hæc intimam legis naturam pene-
7 trantibus satis leuia videntur. Pendet enim humana lex ab æterna, quatenus æquitatis recta ducitur ratione, & suprema autoritate: nec ab æterna ideo recedit, quia iniusta aliqua impunè permittat. neque enim ea permittit approbando vt bona, sed impunita tantum relinquit, quia scelera omnia
8 coercere non potest. Præterea, cum lex respiciat scopum suum, pacem, communeque bonum, si permiserit exulantem interfici, ne turbetur quietus ciuium status, & pax, si indulxerit aliqua ex parte fœnerari, summa vrgente necessitate, & populi vtilitate, si denique conniuentibus oculis meretrices, & fornicatores tacita prætererit, vt adulteria, grauioraque scelera euitentur, profectò quatenus iure nititur, profluit ab æterna: quatenus vero iniuria, neutiquam, nisi inspecta suprema legis autoritate. Tunc enim lex quamuis
9 iniqua, ratione tamen potestatis, ac imperij, ab æterna deriuatur. Omnis enim potestas à Domino Deo est: &, non haberes aduersus me potestatem vllam, nisi tibi data esset desuper, ait Saluator. Nec mutatio legum humana-
10 rum arguit, eas non pendere ab æterna. Aut enim extrinsecus, aut intrinsecus legem perpendimus. Si extrinsecus, vtputa res, quibus leges aptantur, tunc variantur quidem leges: at mutatio non est in intrinseca legis ratione, sed in rebus ipsis quæ sui natura aptæ natæ sunt mutari. Et sic accidit mu-
11 tatio legis per accidens. Si vero intrinsecus, tunc, cùm intima legis natura sit ius, sit ratio ipsa naturalis, quæ quidem eius spiritus, vel anima esse dicitur, nulla fit mutatio iuris. Nam qua ratione tempore pacis abstinendum est ab armis, eadem ratione belli tempore armis aduersus impetentes hostes erit vtendum. Et quo iure Titio sano restituendus est gladius depositus, eodemmet iure eidem insano, & furioso minime erit restituendus. Et qui aduersus hæc agunt, in legem committere videntur. Leges insuper, etsi variæ sunt apud varias gentes: omnes tamen, si optimæ sunt, nituntur ratione, quæ à pri
12 ma dependet. Præterea variantur leges pro locorum, pro temporum, pro euentuum occasione, & aliis: leges tamen semper ductu rationis sustinētur. Ergo legislatoria potestas, quæ varias condit leges, est iusta & legitima parens, & conseruatrix iuris atque legis. Conseruat enim ac tuetur, ne mutato tempore, loco, euentu, vel occasione, pereat lex, pereat ipsum ius, quemadmodum ferè natura ipsa speciem hominis, Socrate, & Platone corruptis, in aliis singularibus per variam, ac perpetuam successionem conseruat. Quin-
13 imo quanto magis res fluxæ, & caducæ mutantur, pereuntque, tanto magis resurgunt leges in rebus variatis. Ergo multigena hæc mutatio, est rerum quidem mutatio, sed legum conseruatio. Quamobrem perpensa ratione, ac anima legis, nō magis pugnat lex cum lege, quàm iustum iusto, aut bonum bono reluctetur. Quam sanè legum mutationem Atheniensis hospes contemplatus, aiebat, leges non ferri, neque abrogari ab hominibus, sed Deum quidem omnia: fortunam, opportunitatemque simul cum Deo, cuncta humana gubernare. Dicturus eram, inquit, nullum vnquam hominem aliquid lege sancire, sed fortunam, casusque varios incidentes, leges per omnia ferre. aut enim imminentis euidētia belli priorem peruertit rem publicam, legesq; mutat: aut summa quędam penuria, morbique multa innouare compellunt: pestis etiam diutina, multorum annorum incommoda, & importuna tempestas. Hæc si quis animaduertat, non verebitur idem mecum exclamare,

Morta-

Mortalium neminem leges condere, sed humana omnia fortunis agi: Deo-
rum insuper plena esse omnia, adeo vt superi neque obliuiscantur rerum no-
14 strarum, neque nos vnquam deserant. Ius autem naturale, an tolli possit,
indagatu arduum esse videtur aliquibus. Accursius enim putauit, ius na-
turale non posse in totum tolli à iure gentium, sed quoad aliquam eius par-
tem. Vnde Didacus quærit ab Accursio, an hæc pars, quæ tollitur, sit na-
turale ius. Nam si dixerit, non esse ius naturale, non erit quærendum,
an tolli possit, quod non est. Si vero hæc pars, quæ tollitur, iuris est na-
turalis, sicut est libertas, quæ profectò iure gentium tollitur, nondum erit
responsum obiectioni, quòd iura naturalia semper firma, ac immutabilia
sint, & à iure gentium tolli non possint. Ego verò acrius vrgerem, ius, vt
incorporeum, carere partibus. quod si partes habuerit, obijciam, si per
15 partem tolli potest, ergo per aliam partem, ergo per totum, cum partium
ac totius eadem sit ratio, & analogia. neque enim has partes etherogé-
neas, sed homogeneas quis dicet. Et increpat idem Didacus Bartolum,
& eius asseclas diuidentes ius naturale in primæuum, & secundæuum, &
dicentes, libertatem iuris naturalis tolli à iure naturali secundæuo, quod
16 ius gentium dicitur: Quam diuisionem reprehendunt etiam Fortunius
ibidem, & Corasius in Miscellaneis, quamuis tamen à cauillis eorum fa-
cillimè defendi possit. Postea idem Didacus, Diuum Thomam secutus,
vt sese explicet à tanta obiectione, diuisit ius naturale dupliciter, in positi-
17 uum, & negatiuum. Positiuum, quo aliquid positum inductumque est
præcipiendo, vel prohibendo: Negatiuum vero, quod nihil aliqua de re
statuerit, nec præcipiendo, nec prohibendo, sed id potius commiserit le-
gis humanæ dispositioni. Et ait, libertatem non esse iuris naturalis positi-
ui, sed negatiui, quia ius naturale seruitutem non induxit, nec etiam liber-
tatem prohibuit: & insinuat seruitutem esse contra ius naturale, non quia
tollit ius naturale affirmatiuum, vel positiuum, quia id est immutabile, sed
quia additur iuri naturali id quod ipsum ius non concesserat. atque ita per
additionem inducitur seruitus contra ius naturale. Sed hæc mihi semper le
18 ula visa sunt. Scimus, iura naturalia propriè sumpta esse immutabilia: at
libertas mutatur. Dicimus, libertatem bifariam accipi, vel pro libera fa-
cultate eius, quod cuique facere libet, quæ naturalis est, & consequitur
formam hominis: & hæc est de iure naturali primęuo, quæ nunquam homi-
ni tolli potuit, nec per ipsam seruitutem, nisi homo destruatur: Patet. Nam
si quis manumittatur, pristinam, & naturalem recuperat libertatem, nec
seruitus tollit hoc ius naturale libertatis, sed impedit eius effectus, ne ser-
uus factus in bello possit amplius vti sua naturali libertate. Vel accipitur li-
bertas, non absolutè, sed respectiuè ad seruitutem, tunc libertas hæc in-
greditur iura gentium, quæ hominum excrescente malitia orta sunt. Et
propterea hæc dari per manumissionem, tollique per seruitutem potest. Vt,
si ingratus libertus in seruitutem reuocetur, alijsque modis. Hoc etiam mi
19 rum in modum torsit Corasium qui Bartoli diuisionem reijcit in primęuum,
& secundæuum, vtpotè, quæ apud Vlpianum minimè legatur, eo quia si
iura gentium contraria sunt naturalibus, ipsaq; tollunt, iam prorsus sublata
fuissent iura naturalia: & quoniam obligatio naturalis inter dñm, & seruum
non oritur, inquit, iure gentium primęuo, probat, quia nondũ erat nota serui
tus, sed tunc esse cępit, cum bella, & dñia rerum distincta esse cęperunt, iure
.s. gẽtiũ secũdęuo. Subdit postremò: seruorũ statũ nunq̃ fuisse ꝓrsus extinctũ
nõ iure gẽtiũ, nõ iure ciuili, vt nõ possint acq̃rere, vel quouis mõ cõtrahere.

in l. manumissiones. de iust. & iu. Didac. in 2. par. relect. §. vndecimo.

in l. frater a fratre. de cõdic. indeb. & in miscel. in fine.

in l. nam & Seruius. de neg. gest.

b

Valet

Valet enim pactum, & contractus initus inter captiuos de semetipsis redimē-
20 dis. quod per pulcherrimam speciem Seruij comprobat. Nam cum à Lu
sitanis tres capti essent, & vnus ea conditione dimissus, vt pecuniam pro tri
bus afferret, & nisi redijsset, vt duo pro eo quoque pecuniam darent, isque
reuerti noluisset, & ob hanc causam pro tertio quoque pecuniam soluissent,
æquum esse, prætorem in eum reddere iudicium. Hæc nimium subtilia, &
Corasij ingenio digna, ac ferè suspecta, relatam diuisionem prosternere ne-
queunt, vtpote cum vtriusque ęui robore sit corroborata. Et quamuis ab
Vlpiano expressa non videatur, insinuant tamen eam varij loci. Et multa di § singulorū, de rer. diuis.
uiduntur, ac definiuntur in vnaquaq; arte à doctissimis Interpretibus varijs § seruitus. & iure person.
rationibus, quæ tamen ab autoribus indiuisa, ac indefinita relicta fuere. & l. ex hoc
Nec ob id iura naturalia à iuribus gentium tolluntur, quia non sunt prorsus iure. de iusti.
contraria: immo conueniunt in generica, & latissima natura. Sunt enim & iure.
vtraque iura, & diuersa boni ratione omnia proficiscūtur ab æterna illa Dei
ratione, quin & natura ipsa sustinet contraria in vnoquoque genere, & su-
pra dixi, ius naturale minime posse tolli à gentibus: possunt tamen illidi,
vel impediri effectus iuris naturalis, vtputa à seruitute habente violentiam,
& principium extrinsecum. Sed nullum violentum perpetuum. Nec di-
cendum est, primæuum cessisse secundæuo, vt prorsus fuerit peremptum:
sed cædere in aliquibus pro tempore, & pro effectibus nonnullis, qui impe-
21 diuntur. Nec possum non summopere demirari, Corasium asserere, obli-
gationem naturalem inter seruum, & dominum non oriri iure naturali, vel
gentium primęuo, quia nondum orta esset seruitus. Quasi nesciat Stichum
seruum posse vti seruum, & vti hominem considerari: & qua homo est, pos-
se dominum sibi obligari iure, scilicet naturæ, quæ omnes homines, & pro-
inde liberos procreauit, qua verò seruus est, naturalis hæc obligatio ab ipso
prouenire non potest, nec iure gentium secundęuo, quia tali iure non po-
test in dominum, nec etiam iure ciuili, quo iure seruus pro mortuo habe-
tur. Proinde rectè Paulus Castrensis aiebat naturalem obligationem non Paul. Cast. in
cadere actiuè, & passiuè in seruum, de iure gentium secundæuo, sed primę- l. ex hoc iure gen. de iu
uo tantum. Nam vt homo, retinet quædam iuris naturalis, quæ licet du- sti. & iure, in
rante seruitute exercere minimè possit, secuta tamen manumissione, is vti- prima lect.
que contrahere, & distrahere valet. Nec potest quis inficiari, ius etiam ci-
uile ita seruorum statum labefactasse, vt pro mortuis haberentur: nec ob-
22 stat species bello captorum à Lusitanis. Ibi enim milites capti à Lusitanis,
de se redimendis pepigerunt inter se non vt serui, & captiui, sed vt futuri li-
beri. Et res peruenit ad tempus, libertatem, & ad statum, quo viuere sta
rcque potest. Et quamuis iure gentium seruitus libertatem inuaserit, non
ob id priorem seruorum statum extirpasse, dicendum est. neque enim serui-
tus inuasit simul omnes, & semper, verum quosdam, & pro tempore, ne-
que penitus abstulit eis, quos inuasit, sed fuit impedimento, ne sua mune-
ra exercerent. Quamobrem non est obligatio naturalis, vt supra, neganda
seruo. Nam si ab aliquibus antidoralis admittitur saltem instinctu natu-
23 rali in belluis, vt in leone, qui haud immemor recepti beneficij, quod An Gel. lib. 5. c 14.
drodus seruus in specu in Africa spiculum sibi in pede hærens euulsisset, & ab
ingenti dolore liberasset, Romæ Androdo obuiam factus, eumque tanquam
noscitabundus, accedens, cauda totoque corpore gestiens ob vtriusque va
letudinem gratulari visus est: quanto magis hæc iura naturalia in seruo, qui
ratione per se præditus est, erunt admittenda?

De origine iuris, & legum humana, deq; iuris ciuilis oppreßione, & restitutione, & Iurisconsultorum nominibus. Cap. XXIIII.

1 *Roma incerto potius iure antea vsa est.*
2 *Exactis regibus decemuiri creati sunt, qui leges Athenas petitum iuerunt.* 3.
4 *Creuit ius ciuile Senatusconsultis Pratorum edictis, principum constitutionibus, ac prudentum responsis.*
5 *Iustinianus quo anno in imperium ascitus.*
6 *Budaus concisas nimium, & imperfectas Pandectas conqueritur.*
7 *Ciceronis laudes attributa libello 12. tabularum, fremant omnes licet.*
8 *Iustiniani conatus frustrati: nam Gothi eius leges violarunt. tunc oppressum ius ciuile.*
9 *Quando recuperatum ius ciuile.*
10 *Basilius Macedo leges humanas tanquam ex naufragio Gracas collegit.*
11 *Lotharius secundus iußit has leges publicè doceri, & iudicia secundum eas regi. Qui postea surrexerint viri eloquentia, & iurisprudentia insignes.*
12 *Priscorum iurisconsultorum dua fuerunt secta, vna Proculiana, & Pegasiana, altera Caßiana, & Sabiniana.*
13 *Callidum Ciceronis consilium, si quod oportet responderis, idem videare respondisse, quod Seruius, sin aliter: etiam controuersum ius nosce, & tractare videare.*
14 *Antistius Labeo ad magnam integritatem iurisprudentiam reuocasse fertur.*
15 *In quibus differant Proculiani à Sabinianis.*
16 *Primus locus Antistio Labeoni tribuitur, secundus Masurio, tertius Proculo.*
17 *Celsi proprium est à verbis, & sententia legis ob aquitatem recedere.*
18 *Marcelli, Aphricani, Maciani, Modestinus, Pauli, Vlpiani*
19 *Papiniani, & aliorum, quanam propria sint.*
20 *Iulianus, etiamsi alterum pedem, inquit, in sepulchro haberem, addiscere quidem vellem.*
21 *Papinianus aquitatis studiosus vt nemo magis, & eiusdem laudes.*
22 *Caius mediam quodammodo viam sequitur.*
Vlpiani proprium, & laudes.
23 *Post Lotharium orti sunt glossematarij, & interpretes insignes.*
24 *Stilus varius interpretum, & quo singuli differant.*
25 *Peccata interpretum in arte, autor recusat se detecturum.*

NON omnium gentium leges, nec eam legum originem quærimus, quæ tunc in lucem prodijt, cum ciuitates condi, & regna creari cęperunt, sed principium iuris ciuilis Romanorum inuestigamus. Quamobrem exactis regibus, cum antea Roma incerto potius iure vsa fuisset, ferunt postea anno ab vrbe condita 304. vel vt alij existimant, à mundi creatione 4748. ante Christum verò 451. Decem viros creatos fuisse, qui decem tabularum leges à Græcis Romam retulerunt: quibus ipsi duas addidere. Vnde leges duodecim tabularum prius Romæ obseruari cœperunt. Hæc iuris ciuilis fuerunt primordia, quam egregiè relata à Pomponio de origine iuris. Sed

Fester. hist. iur. ciu. 4. mutat. 1

2

quotidie

3 quotidie crescente Republica, creuit etiam ius ciuile Romanorum, Senatusconsultis, prætorum edictis, principum constitutionibus, & prudentum responsis exornatum & auctum, in immensam veteris iuris prudentiæ molem: stetitque immensum illud ius, donec Iustinianus Imperator Triboniano, alijsque summis viris iussit, vt immensa, & innumera propemodum ve
4 teris iuris volumina in compendium redigerent. Hic autem ille fuit Iustinianus, qui à partu virginis, anno quingentesimo vigesimo septimo, vel vigesimo nono imperium adeptus, duces rerum bellicarum habuit Bellisarium, & Narsetem Eunuchum: quorum virtute Medos, Gothos, aliasq; nationes, & prouincias propè innumerabiles, subegit. Anno verò quingentesimo trigesimo tertio Institutiones iuris,& Digesta edenda curauit: insequenti verò nouum Codicem priori abrogato confecit, & pro tempore, & occasionibus deinceps varias nouellas Constitutiones edidit. Vnde Bu-
5 dæus,& Connanus concisas nimium, & imperfectas Pandectas nobis reliquisse conqueruntur, legibus prudentiæ veteris obliteratis, & duodecim tabulis incendio consumptis, quod ex eorum omnium oculis lacrymas ex-
6 primit, qui hæc oratoris verba legunt: Fremant omnes licet, dicam quod sentio; Bibliothecas me hercle omnium Philosophorum vnus mihi videtur duodecim tabularum libellus, si quis legum fontes, & capita viderit, & authoritatis pondere, & vtilitatis vbertate superare. Sed tam egregios, & illu-
7 stres Iustiniani conatus fortuna inuida fœlicem ac diuturnum statum sortiri minimè passa est. Nam Iustiniano Imperatore, & post eum declinante iam imperio Romanorum, Gothi, Vandali, aliæque barbaræ nationes, in eius prouincia ferro, & igne omnia vastantes diuersis temporibus irrupere, qui quidem non solum imperium ipsum delere, sed eius quoque memoriam omnem extinguere, & leges abolere, nouas sibi constituentes, quas Longo-
8 bardas dicunt, summopere conabantur. Verum post Italiam aliquantulũ pacatam, ea pars Pandectarum de testamentis, cui nomen Infortiatum imposuerunt, Rauennæ reperta, & Pandectæ à Pisanis ex Apulia, vbi integræ fuerunt inuentæ Pisas, ac inde postea Florentiam translatæ, & summa religione obseruatæ, vix tandem in lucem prodiere. Interea quoque Caij Institutiones, Vlpiani fragmenta, Codex Theodosianus, Pauli notæ, &
9 sententiæ in lucem erutæ sunt. Basilius verò Macedo, cum Orientis imperium haberet, quasdam tanquam è naufragio leges Romanas collegit, & libris sexaginta contentas græceque scriptas, ab imperio suo subiectis iussit obseruari, quod opus Basilicum vocant, quodque Isidorus Nicæus, alijq; summi viri exposuerunt, cuius sexagesimum librum à Cuiacio latinè con-
10 uersum habemus: Harmenopali præterea græci autoris promptuarium. Tãdem Lotharius Secundus, qui Occidenti imperabat, anno circiter nonagesimo, trigesimo tertio, has leges Romanas è tenebris egressas (cum iuris professio in Italia per quingentos ferè annos delituisset) primus publicè doceri, & secundum illas iudicia regi iussit. Hinc refert Egninarius Baro, euerso tandem Longobardorum, cum eorum legibus, imperio, quod ducentis, & tribus annis floruerat, sub Lothario Saxone Irnerium magnæ in aula reginæ Mechtidis, authoritatis virum hos legum Romanarum libros primum euulgasse: & hoc seculum tulisse Azonem, Accursium, Gratianum, & Bartolum magni, inquit, iudicij virum, sed iniuria temporum, antiquitatis, & disciplinarum humaniorum prorsus ignarum. Vt verò Iustinianum, Ba- Baro in Inst.
11 silium, Carolum magnum, Lotharium Saxonem politicæ disciplinæ vindices, excitauit Deus Optimus Maximus: sic annis ab hinc sexaginta inquit, Alciatus,

vellem, quam sanè sententiam Pomponius, Alexandri Seueri Imperatoris,
& Papiniani discipulus, quique originem iuris scripsit, octauum, & septua
gesimum annum agens semper in ore habebat. Hic Iulianus edicta præto-
rum, quæ erant annua, & vndique sparsa, in vnum volumen collegit: cui
Adriani Imperatoris, & Senatus accessit autoritas, vt ius perpetuum atque
immutabile fieret, quod prætores in iudicando postea sequerentur. Hoc
interpretati sunt Paulus, Vlpianus, qui tot libros ediderunt ad edictum.
19 Aemilius Papinianus æquitatis studiosus, vt nemo magis, in verborum
proprietatibus anxiè versatur: acuti, & magni vir ingenij, iuris ciuilis the-
saurus copiosissimus. Hic summis laudibus celebratur, quod roganti Ca-
racallæ Imperatori, vt ipsum de Getæ fratris cæde, quem iusserat occidi, ex
cusaret apud Senatum, respondit, parricidium non tam facilè excusari pos-
se, quàm fieri: & id cum sæpius tyranno roganti pernegasset, securi percus-
20 sus obijt. Domitius Vlpianus mediam quodammodo viam sequitur, vt Ca
ius, qui fœdere distinctionis, confutatis aliorum sententijs, temperamen-
tum quoddam adhibet. Huius Vlpiani summa laus est apud Lampridium,
qui Alexandrum summum fuisse Imperatorem, quòd Vlpiani consilijs rem-
publicam administraret, in ipsius imperatoris vita commemorat: Cuius
tutorem Vlpianum, & scrinij magistrum fuisse, quemque Imperator ab im
petu, & furore militari, sui corporis obiectu protexerit, perhibent. Tanta
erat militum licentia. Fuerunt etiam Vlpianus, & Paulus assessores Aemi-
lij Papiniani præfecti prætorio, cui postea & ipsi præfecti fuere, quæ maxi
ma erat dignitas post imperatorem. Hos igitur omnes iurisconsultos, splen
didissima iurisprudentiæ lumina, tantæ probitatis, tantæque prudentiæ
fuisse ferunt, vt imperatores illis inconsultis nihil magni attentare ausi sint.
21 Post Lotharium Saxonem imperatorem, eiusque florente imperio, orti
sunt glossematarii insignes, ac postea quamplurimi interpretes: quorum a-
lii docendi facilitate palmam acquisiuerunt: alii solida doctrina insignes flo-
22 ruere: hi vegeta, illi fertili, & vberrima: nonnulli subtilitate superarunt:
facilitate enim solidaque scientia cæteris præstant Bartolus, Paulus Ca-
strensis, Ricardus Malumbra: subtilitate verò summopere excellunt, Pe-
trus Bellapertica, Iacobus Arena, Baldus, Ioannes Faber, & Corasius:
sed præ omnibus Franciscus Aretinus, & Christophorus Castellioneus,
quem Raphaelem secuti sunt. Fertilitate conspicui, Iason, Angelus Are-
tinus, Signorelus Homodeus, Marianus Socinus, Ioannes Antonius Ale-
xandrinus, & Marcus Mantua. Solido vero ac vegeto stylo clarissimi
sunt, Bartolus, Baldus, Raphaeles, Imola, Romanus, Alexander, Bar-
tholomæus Socinus, Decius, Guido Papa, Ripa, Igneus, Cagnolus, Al-
bericus, Zasius, Andreas Alciatus, Aemilius Ferretus, & horum similes
alii: Quorum omnium hi magis vegeto, illi magis solido interpretandi ge-
nere vsi sunt. Tiraquellus summa gaudet rerum copia: Duarenus facilita-
te, fertilitate, & solido stylo: Goueanus, & Cuiatius vegeto: Connanus
vbertate: Equinarius Baro facilitate: Sunt, qui studio contradicendi, va-
riis opinionibus multa innouare tentent: Sunt, qui ius ciuile illustrare eni-
tantur, Budæus, Alciatus, Zasius, Duarenus, Cuiatius, Pancirolus, & Me-
nochius, & horum similes. Sed innouare periculosum: illustrare verò
quàm egregium est. Possem aliqua aliquibus non ab re vitio vertere. Sed
ne videar iniurium interpretis munus obire, hic calamum sistere deceat.

l. apud Iulianum. de fidei com. lib.

l. 2. C. de vet. iu. enucl.

l. cum acutissimi. C. de fideicom.

l. cum auus. de condit. & demonstr. & in C. Theod. lib. 1. c. 4. de resp. prud.

in l. lecta. ff. si cer. pet.

De legibus duodecim tabularum. Cap. XXV.

LEGES duodecim tabularum plures quidem à Cicerone de legibus, & ab Aulo Gellio relatæ sunt, plures in Pandectis, & in historijs à pluribus collectæ, nouissimè verò à Francisco Balduino, & à Ioanne Fosterio in historia iuris ciuilis congestæ, subordinatæque sunt: quas ob oculos hic inserere decreui, vt de rigore earum, ac mutatione breuiter verba facere possem.

De cultu Deorum.

Ad Diuos adeunto castè: pietatem adhibento: opes amouento. Qui secus faxit, Deus ipse vindex erit.

De templis, & lucis.

Separatim nemo habessit deos; neve nouos, sed ne aduenas, nisi publicè ascitos, priuatim colunto.

Constructa à patribus delubra habento: lucos in agris habento: & Larium sedes, ritus familiæ, patriæque seruanto.

De duplici deorum genere.

Diuos, & eos qui cœlestes semper habiti, colunto.

Illos quos in cœlum merita vocauerunt, Herculem, Liberum, Aesculapiū, Castorem, Pollucem, Quirinum: & illa, propter quæ datur huiusmodi ascensus in cœlum: Mentem, Virtutem, Pietatem, Fidem, earum laudū delubra sunto: nec vlla vitiorum sacra solemnia obeunto.

De Ferijs.

Ferijs iurgia amouento, easque in famulis operibus primus habento. Itaque, vt ita cadat, in annuis anfractibus descriptum esto.

Certasque fruges, certasq; baccas, sacerdotes publicè libanto.

Hoc certis sacrificijs, ac diebus: itemque alios addes.

Vbertatem lactis, futuræque seruanto.

Idque ne committi possit, ad eam rem, & rationem, cursus annuos sacerdotes finiunto.

De hostijs, & officijs sacerdotum.

Quæque cuique diuo decoræ, gratæ sint hostiæ, prouidento.

Diuisque alijs alij sacerdotes: omnibus pontifices: singulis flamines sunto.

Virgines vestales in vrbe custodiunto ignem Foci pub. sempiternum.

Quoque, & priuatim, & publicè modo rituque fiant, discunto ignoti à publicis sacerdotibus.

De duobus sacerdotum generibus.

Eorum autem duo genera sunto: Vnum quod præsit ceremonijs, & sacris: alterum, quod interpretatur fatidicorum, & vatum effata incognita, cum senatus populusque asciuerit.

Interpretes autem Iouis optimi maximi publici augures, signis, & auspicijs postea vidento, disciplinam tenento.

Sacerdotes vineta, virgetaque, & salutem populi auguranto: quique agēt rem duelli, quique populare auspicium, præmonento, illisque obtemperanto.

Diuorumque iras prouidento, ijsque parento: cœlique fulgura regionibus ratis temperanto.

Vrbemque & agros & templa liberata, & effata habento.

Quæque

Quæque augur iniusta, nefasta, vitiosa dirave dixerit, irrita, infestaq; sunto.
Quique non paruerit, capitale esto.
Fœderum pacis, belli, induciarum, oratores, fęciales, iudicesve ne sunto.
Bella disceptanto, prodigia, portenta ad Hetruscos, & aruspicos, si senatus iusserit, deferunto.
Hetruriæque principes disciplinam docento.
Quibus diuis creuerint, procurantor, ijdemq; fulgura & oscina pianto.

De nocturnis mulierum sacrificijs, ac ludis.

Nocturna mulierum sacrificia ne sunto, præter illa, quæ pro populo rite fient: neve initiantor, nisi (vt assolet) Cereri Græco sacro.
Sacrum commissum, quod neq; expiari poterit, impiè commissum est.
Quod expiari poterit, publici sacerdotes expianto ludis publicis, siue curriculo, siue certatione corporis fiant: popularem lętitiam in cantu, & fidibus & tibijs moderanto, eamque cum diuum honore iungito.

De sacrilegio, periurio, incestu.

Ex patrijs ritibus colunto optima.
Præter Ideæ matris famulos, eosq; iustis diebus, ne quis stipem cogito.
Sacrum sacrove commendatum, qui clepserit, rapieritq; parricida esto.
Periurij pœna: diuina exitium: humana dedecus.
Incestum Pontifices supremo supplicio sanciunto.
Impius ne audeto placare donis iram deorum.
Sanctè vota reddunto: pœna violati iuris esto.
Quo circa ne quis agrum consecrato.
Auri, argenti, eboris sacrandi modus esto.
Sacra priuata, perpetua manento.
Deorum manium iura sancta sunto.
Hos læto dato, diuos habento: sumptum in illos, luctumque minuunto.

De sumptibus funerum, & sepulchris.

In vrbe ne sepelito, neve vrito, ne facito roguin, ascia ne polito.
Mulieris genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento.
Homini mortuo ne ossa legito.
Rogũ bustũ ve nouũ, inuito dño, ne ꝓpius ædes alienas 60. pedes abducito.
Vestibulum sepulchri, bustumve, ne vsucapito.
Ploratus, & lamentationes in funere suo latæ sunto.

De magistratibus ciuilibus.

Iusta imperia sunto iisq; ciues modestè, ac sine recusatione parento.
Magistratus nec obediẽtẽ, & nocuũ ciuẽ, mulcta, vinculis, verberibusve coercento, ni par, maior ve potestas populusq; ꝓhibessit, ad quos ꝓuocatio esto.
Cũ magistratus iudicassit, irrogassitve, ꝑ populũ, mulctę, pœnæ, certatio esto.
Quodcunque postremum populus iusserit, id ius, ratumque esto.

De Magistratibus militaribus.

Militiæ ab eo, qui imperabit, prouocatio ne esto.
Quodque is, qui bellum gerat, imperassit, ius ratumque esto.
Minores magistratus periti iuris, plures in prælio sunto.
Militiæ, quibus iussi erunt, imperanto, eorumque Tribuni sunto.
Domi pecuniam publicam custodiunto.
Vincula fontium seruanto, capitalia iudicanto.
Aes, argentum, aurum publicè signanto.

Lites contractus iudicanto.
Quodcunque senatus decreuerit, agunto.

De Aedilibus.

Suntoque ædiles, curatores vrbis, annonæ, ludorumque solennium.
Ollisque ad honoris amplioris gradum, is primus ascensus esto.

De Censoribus.

Censores populi, Ciuitates, soboles, familias, pecuniasq; censento.
Vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuento.
Populique partes in tribus distribuunto.
Exinde pecunia, ciuitatis ordines partiunto.
Equitum, peditumque prolem describunto.
Cœlibes esse prohibento.
Mores populi regunto.
Probrum in senatu ne relinquunto.
Bini sunto: magistratus quinquennium habento.
Reliqui magistratus annui sunto.

De Prætoribus.

Iuris disceptator, qui priuata iudicet, iudicari ne iubeat, prætor esto. Is iuris ciuilis custos esto: huic potestati parento.
Quotcunque senatus creuerit, populus ve iusserit, tot sunto.

De Dictatoribus.

Regio imperio duo sunto: iique, præeundo, iudicando, consulendo, prætores, iudices, consules appellantor.
Militiæ summum ius habento: nemini parento.
Salus populi suprema lex esto.

De Temporibus magistratuum.

Eundem magistratum, ni interfuerint x. anni, ne quis capito: Ciuitatem annali lege seruanto.

De Dictatoris officio.

At si quando duellum grauius, discordiæ ciuium fuerint, esto ne amplius sex menses, si senatus creuerit.
Idem iuris, quod duo consules, tenento.
Isq; aue sinistra dictus, populi magister esto.
Aeqtatē, q cūq; regat, habeto, pari iure cū eo, quicunq; erit iuris disceptator.
Ast quando Cōsulis est, magistratus ve populi, reliqui magistratus, ne sunto.

De auspicijs, electionibus alijsq; ritibus.

Reipublicæ auspicia patrum sunto, olliique ex se produnto, qui comitijs creare consules ritè possunt.
Imperia, ptās, legationes, cū senat⁹ creuerit, popul⁹ ve iusserit, ex vrbe exeūto.
Duella iusta, iustè gerunto.
Socijs parcunto; se & seruos continento.
Populi sui gloriam augento: domum cum laude redeunto.
Rei suæ ergo, ne quis legatus esto.

De Tribunis plebis.

Plebes, quos pro se contra vim auxilij ergo creassit, tribuni eius sunto.
Quodq; ij prohibessint, quodq; plebem rogassint, ratum esto.
Sanctiq; sunto: neve plebem orbam tribunis relinquuntor.

De

De Senatu.

Omnes Magistratus auspicium, iudiciumque habento.
Exque ijs senatus esto: Eius decreta rata sunto.
At si potestas par, maiorve prohibet Senatusconsf. præscripta seruanto.
Is ordo vitio vacato, cæteris specimem estó.

De suffragijs.

Creatio magistratuum, & iudicia, populi iussa, vetita, cum senatus suffragio consciscentor, optimatibus nota, plebi libera sunto.

De Quæstoribus.

At si quid erit, quòd extra magistratus coerario ęssussit, qui coęret, populus creato, eique ius coęrendi dato.

Quibus ius sit cum populo agendi, aut cum Senatu.

Cum populo patribusque agendi, ius esto Consuli, Prætori, Magistro Populi, Equitumque, eique, quem prodeunt Patres, Consulum rogandorum ergo. Tribunisque, quos populus rogassit, ius esto cum patribus agendi.
Iidem ad plebem, quod censuerint ferunto.

Præcepta Iuris de Magistratu.

Quæ cum populo, quæ cum patribus agentur, modica sunto.
Senator, qui nec aderit, aut causa, aut culpa esto.
Loco Senator, & modo Orator, causa populi tenento.
Vicini populi abesto.
Par, maiorve potestas, plus valeto.
Ast, qui turbassit in agendo, fraus autoris esto.
Qui agent, auspicia seruanto.
Auguri publico parento.

De promulgatione legum, de priuilegijs, De singulis rebus agendis.

Promulgata, proposita, in ęrario, cognita sunto.
Nec plusquam de singulis rebus semel consulunto.
Rem populum docento: doceri à magistratibus priuatisq; patiuntor.
Priuilegia ne irroganto.
De capite ciuis, nisi per maximum comitium, ollosque, quos Censores in partibus populi locassint, ne ferunto.
Donum ne capiunto, neve danto, neve petenda, neve gerenda, neve gesta potestate.
Quisquis earum rerum migrassit, noxiæ pœna par esto.
Censores, fide legem custodiunto: priuati ad eos acta referunto, nec eo magis lege liberi sunto.

De iure personarum, de patria potestate, de tutoribus, & curatoribus.

Vendendi filium, patri potestas esto.
Tutores liberis in potestate, testamento parentes danto.
Si non sunt dati, agnati qui successionem sperant, tutores sunto.
Sed si aliqua sit insidiarum suspicio, apud alios pupillus educator.
Tutor cum pupillorum matre ne habitato.

Prodigo bonorum suorum administratio interdicta esto.
Si furiosus existet, agnatorũ, gentiliumq; in eo, pecuniaq; eius potestas esto.
Suspecti tutores remouentor.
Filius arte carens, patris incuria, eidẽ vitæ necessaria subsidia ne præstato.
Alioqui parentes educare cogitor.
In x. mense legitimus infans nascitor.
Vendendi statu liberos, ius potestasque esto.

De suis, & legitimis hæredibus.

Intestatorum hæreditates primo suorũ hæredum, velint nolintve, sunto.
His deficientibus adgnatus proximus familiam habeto.
Si libertus ab intestato moriatur, nullum hæredem suum relinquens, patronus ei succedito.

De successione testamentaria, & de legatis.

Hæreditates in testamento iure facto datæ, ratæ sunto.
Vti quisque legassit suæ rei, ita ius esto.
Qui erit testator, libripensve fuerit, si graui crimine damnetur testimonium feriatur, improbus, intestabilisque esto.

Familiæ erciscundæ.

Cohæredes à communione discedere volentes, agunto.
Pro hæreditaria parte, debitores hæredibus obligati sunto.
Pro portionibus hæreditarijs, hæredes tenento.

De iudicijs; de in ius vocando, de dilationibus.

Iudicem, arbitrumve iure datum, qui ob rem dicendam accepisse pecuniam conuictus est, capite punito.
Ioue tonante, fulguranteve, comitia ne sunto.
Si quis in ius vocatur, si morbus, æuitasve vitium extitit, qui in ius vocabit iumentum dato: si nolit, arceram ne sternito.
Si status dies sit, cum hoste venito.
Aduersus hostem æterna autoritas esto.
Si iudex vel alteruter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, dies iudicij diffusus esto.
Assiduo vindex assiduus esto.
Prolætario ciui quiuis volet, vindex esto.

De re iudicata.

Æris confessi, rebusque iure iudicatis, triginta dies iusti sunto.
Post deinde manus iniectio esto: in ius ducito, rei iudicatum facit, aut qui pseudo eo in iure vim dicit, secum ducito, vincito, aut neruo, aut compedibus xv. pondo: ne minore, aut si volet, maiore vincito.
Si volet suo viuito.
Ni suo viuit, qui eum vinctum habebit, libras farris in dies dato: si volet, plus dato.
In vinculis sexaginta dies habeto.
Inter eos dies trinis nundinis continuis ad prætorem in comitium producito quantæque pecuniæ iudicatus erit, prædicato.
Tertijs autem nundinis, si interea pactus non fit, capitis pœnas dato, aut trans Tyberim peregrè venum ito.
Et si plures forent, quibus reus esset iudicatus, tertijs nũdinis partes secãto.
Si plus minusve secuerunt, sine fraude esto.

 Qui

Qui falsum testimonium dixisse conuictus erit, è saxo Tarpeio deijeitor.

De emptione, & venditione, & de vsucapionibus.

Venditæ res, & traditæ, post precium solutum, aut si alio modo satisfactum existat, emptori adquiruntor.

Furtiuæ res non vsucapiuntor.

De seruitutibus, & finibus regundis.

Viæ latitudo in porrectum octo pedes: in anfractum, idest vbi flexum est, sedecim habeto.

Si qui sepem, vel materiam, iuxta alterius regionem effoderint, terminum ne excedunto.

Si autem murum, pedem vnum: si domum duos pedes relinquunto.

Si vero sepulchrum, aut foueam effoderint, quantum sit profundum, tantundem relinquunto.

Si puteum, passum.

Oliuam, aut ficum, nouem pedes ab extranea regione plantanto.

In cæteris autem arboribus, quinque pedes seruanto.

Si in agrũ alterius arbor impendeat, vsq; ad xv. pedes à terra altius coercito.

Et ne vmbra arboris vicino prædio noceat, xvi. pedes altius ramos arboris circumcidito.

Glandem in alienum fundum procidentem, colligere fas esto.

Si aqua pluuia nocet, arcesto.

De iniurijs alijsq; delictis.

Defuncti iniuria non afficiuntor.

Si iniuriam alteri faxit xxv. asses æris pœnæ sunto.

Re, persona, tempore, loco, atrociores iniuriæ iudicantor.

Si membrum ruperit meum, e pacto talio esto.

Propter os verò fractum nummariæ pœnæ constitutæ sunto.

Vim ingenuæ virgini inferre, aut eam suasione in tuam sententiam trahere caueto.

Sororem, aut filiam in stupro deprehensam uendito.

Si puerum quis castrauerit, licet preciosiorem fecerit, quadruplum præstato.

Qui fruges excantasset, pœnas dato, neve alienam segetem pellexeris excantando.

Ne incantanto, ne agrum defruganto.

Ne frugem aratro quæsitam, nocte furtim depascunto.

Puberes, si fecanto, Cereri eos suspendunto.

Impuberes arbitratu prætoris verberanto, ac noxã duplionemve decernũto.

Qui secus faxit, & terminum exarassit, ipsus, & boues sacri sunto.

Matrimonia inter patres, & plebeios separata sunto.

Qui hostes concitauerit, quive opem hosti tradiderit, pœnam capitis dato.

Mœchum in adulterio depræhensum necato.

Si quadrupes pauperiem fecerit, animal quod commisit noxam dato, aut noxæ æstimationem ferto.

De Furtis.

Furem, qui manifesto furto præhensus erit, si furtum, aut noctu faciat, aut interdiu cum præhenderetur, si telo defendat, occidito.

E cæteris manifestis iuribus, liberos verberato: & ei, cui luci furtum factum erit

erit si se telo non defendant, addicito.

Seruos autem manifesto furto præhensos, verberibus afficito, & è saxo præcipitato.

Pueros impuberes prætoris arbitratu verberato, noxamque ab his factam sarciri facito.

Furta quæ per lancem liciumque concepta erunt, sicut manifesta vindicato.

Tignum alienum furtiuum ædibus vel vineis suis iniunctum, ne quis eximere cogitor: sed duplum pro eo, per actionem de tigno iniuncto præstare compellitor.

Si tibi furtim arbores cæsæ sint, agito.

De rigore legum duodecim tabularum, & earundem mutatione. Cap. XXVI.

1 *Ius, & ratio Dei, cum primum à cælo in caliginem gentium descendit, leniorem quandam imaginem iuris imprimit.*
2 *His legibus latis interpretatio desiderauit prudentum autoritatem.*
3 *In legibus duodecim tabularum multa peruetusta, & obsoleta rigore plena, & immitia plenaque tædio, & inani superstitione.*
4 *Potestatem filiorum vendendorum vsque ad tertiam auctionem concessit lex duodecim tabularum.*
5 *Lex æris confessi crudelior tigribus.*
6 *Hanc legis duritiem Solon primus leniuit, & temperauit.*
7 *Dura lex de in ius vocando, si nolit, arceram ne sternito.*
8 *Postea lata sunt mitiora dicta de in ius vocando.*
9 *Assiduo vindex assiduus esto.*
10 *Proletario ciui quiuis volet vindex esto.*
11 *Si iudex vel alter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, iudicij dies diffusus esto.*
12 *Solennitas legis vindiciarum tædio plena.*
13 *Qui nec vi, nec clam, nec precario possidet, ei vindicias do.*
14 *Vindiciæ de fundo, aut domo.*
15 *Istam viam dico, inite viam.*
16 *Glebam ad prætorem deferebant, & in ea tanquam in toto agro vindicabant.*
17 *Lex imperfecta de successionibus ab intestato.*
18 *Dei rationem in hac inferiora delatam, non confestim,*
19 *Sed paulatim in animos hominum imprimi.*
20 *Necessariam esse mutationem ad nobilitatem perfectionemque legis.*
21 *Rerum mutatio, non modo non corrigit ius ipsum, sed id potius auget, & robore maximo firmat.*
22 *Principia iuris semper sunt æterna, & immutabilia, etiam in ipsa varietate rerum, & mutatione.*
23 *Conclusiones sunt mutabiles.*
24 *Ius in varijs gentibus, distinctisque vrbibus diuersis litibus, & legibus, semetipsum mirabili analogia conseruat: & diffunditur, vt Solis iubar, ad varia loca, dispersas insulas, distinctasque vrbes.*

QVEMADMO-

QVEMADMODVM Sol ipse, si aere crassiori, si nubibus quoque inuoluatur radijs subpallidis, & obscuris cuncta obumbrat potius, quàm illuminat: si verò pura luce clarus & expers caliginis ac nubium oriatur, omnia radijs & fulgore suo illustrat: ita summum ius summaque ratio Dei, & naturæ,
1 cum primum à cœlo descendit in nubes, & in caliginem gentium, tenuem quandam, & obscuram iuris imaginem hominibus imprimit. Hoc genus caliginis conspicimus in legibus Solonis, Lycurgi, & duodecim tabularum, quod inde ortum esse reor: vel quia animantium mores ratione sensuum iuri reluctantur, vel quod omnia principia naturaliter sunt difficillima: at caligine, & nube iuris radijs purgata, ac discussa, quod æquitate benignaque legum interpretatione, & emendatione fieri dicimus, iura tandem pia, sancta, & æquissima gentibus à cœlo delata, maximo splendore elucescunt.
2 Quamobrem rectè Pomponius ait: His legibus latis cœpit, vt naturaliter euenire solet, vt interpretatio desideraret prudentum autoritatem necessariamque fori disputationem. Atque ita eodem penè tempore, tria hæc nata sunt: leges duodecim tabularum: ius ciuile: quod ex his fluere cœpit: &
3 actiones, quæ ex ijsdem compositæ sunt. Liceat igitur mihi peruetusta, & obsoleta quædam huius legis annotare, rigore plena, & seueritate, imperfecta, immitia, plenaque tędio, & inani superstitione. Et vt à patria potestate exordiar, aiebat lex: vendendi filium patri potestas esto. Quam sanè potestatem iam indè à Romulo permissam Dionysius tradidit. Et Sigo- Sigonius de antiq. iur. Roman.
4 nius de antiquo iure Romanorum retulit, quod etiam Alexander ab Alexandro annotauit, potestatem filiorum vendendorum patribus vsque ad tertiam auctionem concessam: præterea coercendi, verberandi, & occidendi. Alexan. ab Alex. lib. 6. c. 10.
At Numa primus hanc emendauerat, ne locum sibi vendicaret in filio, qui iussu patris vxorem duxisset. Hæc legis sæuitia posteriori iure aliquantulum Constantini lege temperata fuit, ne filij à patribus distraherentur, nisi famis necessitate. Sed quid aliud quæso est, potestatē facere genitori, vendendi filium propter famem, quam eidem apponere natum, Thyestęis dapibus absumendum: Quare postea cauerunt Legislatores, vt liberi parentes alant, & vt parentes liberos alere tenerentur: postremò, vt nec liberi possent iniustè exhæredari, nec legitima portione bonorum iure sanguinis, vel
5 naturæ debita priuari. Quæ tandem maior immanitas, aut inclementia potuit vnquam excogitari, quàm expressa in lege Aeris confessi, vel debitoris? cuius verba supra retulimus. Nam debitores obseruato prius in omnibus legis ritu nimium rigido, nisi demum pacti forent, habebantur in vinculis dies sexaginta: inter quos trinis nundinis continuis ad Prætorem in comitium producebantur, quantæque pecuniæ iudicati essent, prædicabatur: Tertijs autem nundinis capitis pœnas dabant, aut trans Tyberim peregrè venum ibant ad capitis pœnam sanciendæ fidei gratia horribilem, atrocem, nouisque terroribus metuendam reddiderunt. Nam si plures forent, quibus reus esset iudicatus, secare, si vellent atque partiri corpus addicti sibi hominis permiserunt: Tertijs nundinis, inquit, partes secanto. Si plus minus ve secuerunt, sine fraude esto. Nihil profectò immitius, nihil inhumanius. Qui sanè legis rigor quamuis horrendus ac Tigribus crudelior videatur, egregiè tamen vti pro aliqua parte iustus defenditur à Cęcilio, An putas (inquit) Phauorine si non illa etiam ex duodecim tabulis de testimonijs falsis pœna exoleuisset, & si nunc quoq; vt antea, qui falsum testimoniū dixisse conuictus esset, è saxo Tarpeio deijceretur, mentituros fuisse pro

testimonio tam multos, quam videmus? acerbitas plerunque vlciscendi
maleficij, bene atque cautè videndi disciplina est. Historia de Metio Suffe
tio Albano nobis quoque non admodum numero istius modi libros lectitã-
tibus ignota non est: qui quoniam pactum atque conditum cum rege popu
li Romani, perfidè ruperat, binis quadrigis vinctus in diuersa nitentibus
laceratus est. Nouum atque asperum supplicium quis negat? sed quid ele
6 gantissimus Poeta dicat, vide, At tu dictis Albane maneres. Quam sanè le
gis duritiem Athenis Solon antea (vt refert Alexander) abrogauerat. Cor-
pus enim pro re addici, aut super eo fœnerari sanctionibus vetuit: & parta
libertate Athenienses ἀμνηστίαν malorum nempè obliuionem lege sanxere.
Aegyptii quoque obseruarunt, vt vltra res, & bona debitoris nulla in cor-
pus animaduersio foret: & apud Bœotios, qui æs alienum non dissoluebat,
in foro sedere cogebatur, & circunstante plebe, in os, & ora corbem acci-
pere. Postea ius ciuile mitius egit, vt tandem cessione bonorum debitori-
bus satisfieret. Quin hodieq; Patauij ad lapidem vituperij, ritu profectò
ignominioso, cedunt bonis. Dura itidem lex illa, si in ius vocato morbus,
æuitasve, vitium extitit, qui in ius vocabit, iumentum dato, si nolit, arce-
7 ram ne sternito. Nam in ius vocatus, cogebatur ipsemet accedere. Quod
si morbo erat impeditus, qui eum vocabat, iumentum dare tenebatur, quod
si ille noluisset, non tenebatur amplius arceram, vel vehiculum parare, vt
in ius veheretur. Erat autem arcera plaustrum tabulis vndique tectum, &
munitum. Qua de re Phauorinus philosophus, & Sextus Cæcilius apud
Gellium enixè etiam disceptant. Quam sanè asperitatem benignè lenierũt
prætores varia proponendo edicta, tum de in ius vocando, qui vocare, qui
que vocari possint, tum in ius vocati, vt eant, aut satis, vel cautum dent,
8 cum antea forma agendi per assertores, vel sponsores, minime esset constitu
9 ta. Vnde postea mitior illa legebatur, Assiduo vindex assiduus esto, Pro-
letario ciui quiuis volet vindex esto, vt assiduo, hoc est diuiti, diues sit pa-
tronus, defensor, vel; vt alij malunt fideiussor, & proletario, hoc est pau-
peri quilibet, etiam inops. Similis, sed mitior altera illa; si iudex vel alter
ex litigatoribus morbo sontico impediatur, iudicij dies diffusus esto. Nec
10 illam vindiciarum legem tędiosa solennitate, & penè puerili ridiculam, prę
11 tereundam duxi. Qui enim serui possessionem petebat tenens seruum in iu
re apud prætorem ita vindicabat, idest, possessionem per simulatam vim po
stulabat. quippe roganti reo quid ais; respondebat actor: hunc hominem ex
iure Quiritum, meum esse aio, eiusque vindicias mihi dari postulo: Si ille
alter taceret, aut cederet, Prætor seruum addicebat vindicanti, idest posses
sionem decernebat postulanti, vsque ad exitum iudicij: sin autem ille con-
tra vindicaret, tum seruum eundem corripiens, & quasi de manu vindican
tis abstrahens, dicebat, & ego hunc hominem esse meum aio, eiusque vin-
12 dicias mihi reseruari postulo. Tum Prætor interdicebat: Qui nec vi, nec
clam, nec precario possidet, ei vindicias do. In fundo autem, aut domo,
13 quam quis vindicaret, manus consertio fiebat in hunc modum: Stabant in
iure litigatores: tum petitor eum, vnde petebatur, ex iure manu consertum
vocabat, ita dicens: fundus qui est in agro, qui Sabinus vocatur, meus est;
cum ego ex iure Quiritum meum esse aio. Inde ibi ego te ex iure manu con
sertum voco. Ille vero nisi cessisset interponebat: Vnde tu me ex iure ma-
nu consertum vocasti, inde ibi ego te reuoco. Tum Prætor dicebat vtrisq;
14 superstitibus, præsentibus, istam viam dico: Inite viam. Præsto aderat sa-
piens, qui inire viam doceret. Redite viam; eodem duce redibant. In agro
vero

Alexand. ab Alex. genio. lib. 6. c. 10.

C. qui bon. ced. pos.

vero manum conferebant. Hæc Sigonius mutuatus à Cicerone pro Murena, & ab Aulo Gellio sic retulit: Deinum, inquit Gellius, institutum est cōtra 12. tabulas tacito consensu, vt litigantes non in iure apud Prætorem manum consererent, sed ex iure manu consertum vocarent, idest, alter alterum ex iure ad conserendam manum in rem de qua ageretur vocaret: atque profecti simul in agrum, de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, vti vnam glebam ad Prætorem deferrent, & in ea gleba tanquam in toto agro vindi-
15 carent. Curiosè ergo & subrusticè, vt Alexander annotauit, & partim insolenter, & inhumanè, non probabili, nec recto iudicio, quædam illis legibus decernuntur, nisi fortè multo æuo intercisos, & reconditos illarum sensus non tenemus. Nam de qua re iudicio disceptabatur, de ea nisi coram, & apud Prætorem exhibita decernit, aut iure agi non poterat. Demum explosa, & exoleta hac tædiosa, & puerili consuetudine benigniores introductæ sunt actiones, de rei vendicatione. Ad exhibendum etiam improbabilis etiam ac nimis rigida erat illa Talionis lex: de qua abundè supra. Aliæ
16 etiam latæ sunt, satis imperfectæ, de successionibus ab intestato, & ex testamento. Nam intestatorum hæreditates primum suorum hæredum, velint nolintve sunto: His deficientibus adgnatus proximus familiam habeto. Imperfecta profectò lex. Cæteris enim agnatis, vel cognatis non deferebat hæreditatem, sed potius fisco, cum tamen iura sanguinis deuoluant hæreditatem ad agnatos, & cognatos. Quare Prætores successionis iura pluribus edictis auxerunt, & extenderunt successorio, vnde liberi, vnde agna
17 ti, vnde cognati, vnde vir & vxor, demum vt fiscus caperet. Eam ob rem facilè ex his ostendimus summum ius, supremamque Dei rationem ad hæc inferiora diffusam, non repente, sed paulatim in animos hominum perfectè imprimi. Obstant siquidem radijs ab initio halitus, nubes, & caligo. Quo fit, vt duri mores, natura praua, & ad mala procliues dispositione aliqua præuia indigeat, vt iuris habitum, vel legum induere valeat: quemadmodum tacitis motibus paulatim serpentibus, in diesque magis innotescētibus generatur in populo consuetudo; Hinc factum est, vt paulatim mutatis moribus, solutisque halitu, nube, & caligine, iura ipsa à cœlo, & à Deo hominibus integrè delata videātur. necessariaque esse ad tam egregium opus mutationem, vt æqua æquiora, perfecta perfectiora euadant. Hinc lex à
18 lege: hinc ius ciuile, à Prætorio: hinc prætorium à principum constitutionibus: hinc aliud ab alio corrigitur. At hæc legum mutatio non modo non
19 corrigit ius ipsum, immo per varias rerum, & temporum, ac fortunæ vices auget, & robore maximo firmat: haud secus ac si quis rationibus philosophiam prosternere conetur. Nam quantò magis eam telis impetit, & oppugnat, eo magis eandem tuetur, auget, & ad sublimiora euehit. Stat ita-
20 que lex: stat ius summa principiorum arce perpetuum, in ipsa rerum varietate, ac in ipsamet mutatione constant, & immutabile, licet conclusio mutetur; quod eodem etiam tempore in varijs gentibus, distinctisque vrbibus
21 diuersis ritibus, ac legibus, vbique semetipsum mirabili analogia conseruat, & haud secus, ac nitidum solis iubar, varia loca, dispersas insulas, distinctasque vrbes aeris caligine expulsa, & quoquouersum splendidissimos suos radios diffundit.

An ius ciuile careat ordine, & methodo.
Cap. XXVII.

1 *Ius ciuile, vel leges nunquam in artem, vel ordinem reductas fuisse.*
2 *Tribonianus nimium concisas nobis Pandectas reliquit, vt Budæus asserit, quamuis nemo de titulorum collocatione conqueri possit, tamen in tractando cuiusq; tituli argumento nullam ordinis, aut methodi rationem Tribonianus habuit, vt testatur Duarenus. nu. 3.*
4 *Ad professores, vel interpretes hoc onus spectat, in ordinem leges, & materiam cuiusq; tituli reducere.*
5 *Connanus omnia confusa conspicatus nouum sibi proposuit ordinem, quid etiam Petrus Gregorius.*
6 *Tolosanus syntagmate secutus esse videtur.*
7 *Equinarius Baro ordinem (inquit) non requiramus vsquam à Triboniano.*
8 *Vigelius tria ad artem necessaria arbitratur, collectionem praeceptorum, delectum eorum, atque ordinem ipsum. Primum veteris iurisconsulti præstiterunt: secundum Tribonianus, tertium intactum reliquit.*
9 *Omnes requirunt ordinem vno excepto Cuiatio.*
10 *Declaratur quomodo saluari possit opinio Cuiatij.*
11 *Iulius Cæsar aliquando cogitauit quonam modo in ordinem reduceretur ius ipsum.*
12 *Quod & ipse Cicero se cogitasse testatur.*
13 *Cicero librum composuit de iure ciuili in artem redigendo.*

1 IVs ciuile, vel leges nunquam in artem siuè ordinem redactas fuisse, comprobant ferè omnes: Gulielmus Budæus, cen-
2 tonibus accisas, inquit Tribonianus nobis Pandectas verius, quàm compendiosas reliquit. Et quamuis (vt Duarenus ait) in epistola de ratione docendi, nemo de titulorum col-
3 locatione conqueri possit, tamen res ipsa loquitur, Tribonianum in tractã-
do cuiusque tituli argumento nullam ordinis, aut methodi rationem habuis-
4 se. Quamobrem ad professorum munus hoc maximè pertinere putat, vt
quæ separatim confusa, & dissipata sunt, generatim describant, & tum de-
finitionibus, tum diuisionibus ex arte petitis digerant, atque illustrent. Cõ-
5 nanus omnia confusa conspicatus in commentarijs iuris nouum sibi propo-
6 suit ordinem, quem etiam Petrus Gregorius Tolosanus secutus esse videtur.
7 Equinarius Baro ordinem, inquit, iustum inter fragmenta hæc non requiramus vsquam à Triboniano, qui lege à Iustiniano data, ex veteribus iureconsultis verba & rem omnem desumpsit, qui methodo longe certiori, euidentiorique ordine rem conficere potuisset, si materiam tantum mutuatus ordinem ipse suum, & elocutionem adhibuisset. Vigelius tria ad artem cõ-
8 scribendam necessaria arbitratus, collectionem præceptorum, delectum eorum, atque ordinem ipsum: primum inquit præstitere veteres illi iurisconsulti: secundum Tribonianus: tertium intactum nobis relictum. Quod Vi-
9 gelius ipse postea tentauit. Cæteri neoterici quoque ius ciuile sine methodo compositum esse existimant, vno excepto Cuiatio, qui in paratitlis mandati, & de operis noui nuntiatione, irridet illos, qui aliam desiderant, vel comminiscuntur artẽ tanquam ineptissimos, & imperitissimos, nec Digesto-
10 rum, nec iuris principia tenentes. Verum is potius titulorum vniuersi ge-

neris seriem, quàm singularum eius partium ordinem, & tractandi methodum, quasi per transennam, vt ego arbitror, & postea declarabo, intuitus est. Qui verò hanc in arte confusionem, & imperfectionem cognitam habent, Tribonianum, & compilatores alios excusare conantur, quod fuerint viri amplissimi in aula magis imperatorum, quàm in scholis versati. Sed ipsum ius ciuile ex confusa immensaque legum copia in compendium, &
11 artem redigere Iulium Cæsarem, occupato Romanorum Imperio cogitasse ferunt: quam quidem rem vna cum alijs multis, quas in animo habebat, ne perficeret, necem ei à coniuratis in curia illatam impedimento fuisse con
12 stat. Quod Cicero quoque primo de Oratore se aliquando cogitasse testatur his verbis: si enim inquit, aut mihi facere licuerit, quod iam diu cogito, aut alius quispiam, aut me impedito occupauerit, aut mortuo effecerit, vt primum omne ius ciuile in genera digerat, quæ pauca sunt: deinde eorum generum, quasi quædam membra dispertiat, tum propriam cuiusque vim definitione declaret, perfectam artem iuris ciuilis habebit. Gel-
13 lius quoque noctium Atticarum libro primo, ipsum Ciceronem opus, quod de iure ciuili in artem redigendo erat inscriptum, composuisse commemorat.

De methodo, & ordine iuris ciuilis.
Cap. XXVIII.

1 *Arduum, & perdifficile est ius ciuile in ordinem reducere.*
2 *Ordo rerum forma, siue perfectio à Platone significatur.*
3 *Ordo in scientijs est perfectio scientiarum.*
4 *Vbi non est ordo, ibi confusio & Chaos. vnde Ouidij carmen.*
5 *Vt res deducta è potentia ad actum consequitur à forma, vt sit:*
6 *Sic in scientijs res e tenebris ignorantia ad ordinem, vel intellectus lumen eruta habet, vt conspicua perfectaq; sit.*
7 *Ordo, & methodus conueniunt, & differunt.*
8 *Ordo est dispositio, & series rerum, vt in arte præcedere, & consequi debent.*
9 *Ordo triplex, nobilitatis, necessitatis, & facilitatis doctrina.*
10 *Methodus est via, & ratio, qua rerum ignotarum cognitionem præbet.*
11 *Proprium methodi est cognitionem præbere: ordinis verò disponere.*
12 *Corasius, & Ehemius leuiter hæc tetigerunt.*
13 *Methodi quatuor sunt, demonstratiua, resolutiua, definitiua, & diuisiua.*
14 *Ordo triplex: compositiuus, resolutiuus, & diuisiuus.*
15 *Compositiua methodus procedit à causa, & effectu, vel à principijs ad media: resolutiua ab effectibus ad causas, & à fine ad principia.*
16 *Exemplum compositiuæ methodi in iure ciuili.*
17 *Exemplum resolutiuæ methodi.*
18 *Alij arti alia debetur methodus, non vna omnibus.*
19 *Ordo duplex, vniuersalis, & particularis, & altero ne an vtroque in iure ciuili opus sit.*
20 *In ordinem leges reducere, opus est arduum omnique difficultate plenum.*
21 *Methodus definitiua, & diuisiua maxime conuenit in hoc opere.*
22 *Plato duas esse vias aiebat, vnam ab athletis ad metam, alteram à meta ad athletas.*
23 *Alia sunt nobis, alia simpliciter nota.*

24 *Omnis scientia, aut actiua, aut contemplatiua: vnius scire, alterius agere finis est.*
25 *In Pandectis Tribonianus quem ordinem secutus fuerit. nempè*
26 *Edicti perpetui, quod antea erat annuum.*
27 *Ordinem, scilicet resolutiuum.*
28 *Iustitiam tanquam finem præposuit. Inde leges, & actiones, quibus ad iustitiam tendimus.*
29 *Quomodo possit defendi Cuiatij opinio.*
30 *Si quæramus, an media sint suo ordine posita, ardua erit quæstio.*
31 *Si quæramus, qua methodo hæc tradi oporteat, longè maior erit quæstio.*
32 *Aliud munus est de iure informi: aliud de iure formato artem conscribere.*
33 *Quæ causa fuerit, quod non potuerit Tribonianus ordinem in omnibus seruare.*
34 *Ius ciuile indigere interprete, & doctore peritissimo, qui arte, ordine, ac methodo singula sufficere valeat.*
35 *Autor ad penetralia iurisprudentiæ prægaudio rapitur.*

DE ordine, & methodo iuris ciuilis in præsentia nobis agen-
1 dum est: quam rem à Iulio Cæsare, & Cicerone cogitatam,
Tribonianum tentasse, sed minimè perfecisse, satis omnibus
constat. Sed quia res ipsa multam habet in se difficultatem,
& quia omnibus iuris studiosis eam profuturam puto, eius me
thodum ordinemque diligenter pertractare constitui. Plato ordinem, vni-
2 uersi formam, & perfectionem appellat. Ideo Timæus inquit: Cum vellet
Deus omnia bona fore, nihil vero, quoad natura pateretur, malum, quic-
quid erat, quod in cernendi sensum cadere possit, assumpsit non tranquil-
lum, nec quietum, sed temerè fluitans, & agitatum, idque ex inordinata
iactatione redegit in ordinem. Hoc enim iudicabat præstantius: Ergo pul
cherrima mundi machina, & quæ in mundo speciosa videntur, ea quidem
omnia à Chao, in quo erant confusa, solo ordine distincta secernuntur.
3 Ordo itaque in scientijs, & artibus à tenebrosa confusione singula quæque
4 extrahit, distinguit, & perficit, vt iure optimo rerum omnium natura, &
perfectio esse intelligatur. Vnde rectè Ouidius:

Ante mare, & terras, & quod tegit omnia cælum,
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe;
Quem dixere Chaos; rudis indigestaq; moles
Quaque erat & tellus: illic & pontus, & aer.
Sic erat instabilis tellus, & innabilis vnda,
Lucis egens aer: nulli sua forma manebat.

Cœlestia quoque miro ordine alia alijs præstare videmus. Et quemad-
5 modum res eductæ de potentia materiæ ad actum, consequuntur à forma,
vt sint: ita omnia, & singula in scientijs, & artibus è tenebris ignorantiæ
6 in ordinem, vel intellectus lumen erutam, habent vt conspicua appareant,
& intelligantur, vt etiã colores à lumine. Verũ quia ordo, & methodus con-
7 uenire inter se, & differre videntur, par erit quid vtrunq; sit declarare. Ordo
8 est dispositio seriesq; rerũ tum inter se, tum ad vnũ relatarum, vt in arte præ-
cedere, vtque sequi debent. Hunc triplicẽ esse animaduertimus: nobilitatis,
9 quo digniora præcedũt: necessitatis, quo vetustiora pferuntur: deniq; facilio-
ris

ris doctrinę, siue cognitionis, quo a facilioribus, & notioribus in disciplinis
inchoandum est. De hoc nobis agendum. Primus, & secundus inter di-
uersas species, vel res in arte seruatur, dummodo is non euertatur, qui ge-
neribus, & speciebus maximè conducit. Ideoque cæteris anteponitur:
10 Methodum quidem definimus esse viam, siue rationem, quæ rerum igno-
tarum nobis cognitionem aperit, quaque per vnum declaramus, & cogno-
scimus aliud. In ordine verò vnum post aliud explicamus: is enim partes
artis, vel scientiæ ita disponit, vt eas partes anteponat, quarum cognitio
nos dirigit, & deducit ad ea, quæ posterius tractantur, & cognoscuntur.
11 Proprium igitur methodi est cognitionem præbere: ordinis vero dispo-
nere: Methodus parit scientiam eorum, quæ ignoramus; ordo præstat, vt
facilius, ac melius addiscamus. Ideo nec solus ordo, nec sola methodus
perfectam rerum cognitionem præstare potest. Inter iurisconsultos Co-
12 rasius, & Ehemius, per quam leuiter, obscurè ac imperfectè hæc attigerunt.
Methodos autem quatuor esse affirmant Græci: demonstratiuam, resoluti-
13 uam, definitiuam, & diuisiuam, quemadmodum quatuor etiam sunt, quæ
de re aliqua quæruntur. Aut enim quærimus, an sit res, aut quid sit, aut
qualis, aut propter quid. Ordines autem tres sunt, compositiuus, reuolu-
14 tiuus, & definitiuus. Vel, breuius faciliusque dicamus: Duas esse præci-
puas methodos, demonstratiuam, quam compositiuam etiam appellare
libet, & resolutiuam: duos itidem ordines resolutiuum, & compositiuum.
15 Compositiua quidem methodo in arte à causa ad effectum, vel à principijs
ad media, & ab his ad finem progredimur. Resolutiua vero ab effectibus
ad causas, & à fine ad principia, conuerso, scilicet procedimus. Est er-
go re ipsa via eadem sola ratione differens, vt sursum, & deorsum in scalis:
vt concauum, & conuexum in sphæra, vel speculo. Exempli gratia: si in
16 iure ciuili à mente, & hominum consensu ad dicta, & facta, ab his ad con-
tractus, vel obligationes, ab obligationibus ad actiones, ab his ad formas
agendi, ab his ad iudicium, à iudicio ad sententiam, à sententia ad execu-
tionem, ab executione sententiæ, & legis, ad salutem reipublicæ, vel ad
priuatorum tranquillitatem, & inde ad ipsam iustitiam procedamus, quis
17 est, qui non videat hanc docendi iuris rationem secundum methodum com
positiuam esse institutam? si verò in eodem iure ciuili cõtraria insistamus via,
vtpote à iustitia Reipub. & ciuium tranquillitate ad leges, & sententias, ab
his ad iudicia, à iudicijs ad formulas agendi, & excipiendi, ab his ad actio-
nes, & exceptiones, inde ab obligationes, & contractus, ab his ad dicta,
& facta, tum ad mentem demum, & hominum consensum ascendentes, reso-
18 lutiua, seu analytica methodo talem progressum fieri, liquido patet. Quo-
niam verò non omni arti, vel scientiæ vna, eademque conuenit methodus,
sed alij alia, vt eius natura postulat: iccirco quærimus vtra harum compe-
tat iuri ciuili, vt ipsum in proprium artis corpus, & syntagma redigamus:
19 Et cum ordo pariter duplex sit, vniuersalis, & particularis, altero ne eo-
rum, an vtroque in tota iuris prudentia tradenda vti debeamus. Cæterum,
vt ex omnibus partibus vnaquæque suo loco collocetur, opus profectò la-
20 boriosum, & magna difficultate plenum. Quod Cicero, & Cæsar, quam-
uis fuerint viri præstantissimi, an tamen plene præstituti fuissent, non satis
apparet, cum id quod cogitarunt, aut non extet, aut non effecerint. Tri-
bonianum verò id non esse assecutum, sed edicti perpetui ordinē secutū cer
tò scim⁹. Has porrò difficultates Ciceronē cogitasse: has Iuliū Cęsarē animo
voluisse, & reuoluisse: has deniq; ēt ipsum Tribonianū degustasse oportuit.

21 Methodos definitiuam, & diuisiuam in opere perficiendo tanquam instru-
menta propria assumimus. Nã ipsi quoq; Iuriscõsulti nõ minus diuisionibus,
& definitionibus, q̃ philosophi, & cæterarũ artiũ ꝓfessores vtuntur. Si cõpo-
sitiua igiť methodo artẽ ordine cõstruemus, causas, & principia prius diuide
mus, & definiemus: sin aũt resolutiua, tũ ea quæ finis sunt, vel ad finẽ per-
tinent, prius erunt diuidenda, atque definienda. Cum duæ igitur sint viæ,
Arist. Eth. 1. cap. 4. 22 rectè Plato, vtra sibi esset progrediendum, dubitabat, ea ne, quæ à meta
ad athletas, an ea potius, quæ ab athletis tendit ad metam? Dubitabat e-
nim & quærebat, vtrum à principijs, an ad principia via esset, vt in stadio
ad calcem, ab illis ne, qui præmia ponunt, an contra? Enimuero semper
23 est à notis incipiendum. Hæc autem duobus modis talia sunt. Alia namq;
sunt nobis, alia simpliciter nota. His itaque declaratis, diuidamus omnes
artes, siue scientias in duas species actiuam, & contemplatiuam. Huius sci
24 re, illius agere finis est. Contemplatiuæ compositiuæ methodus, actiuæ
resolutiua congruit. In his igitur omnibus, quibus actio, vt finis, proposi-
ta est, quales sunt moralis, politica, & ius ciuile, resolutiua methodo vten
dum est, vbi semper præponitur finis tanquam notior, & à notioribus est
inchoandum. Itaque in morali præponitur fœlicitas: inde tractantur virtu-
tes, tanquam media, quibus ad fœlicitatem, vt ad finem proprium perue-
niamus. Sic in arte ædificatoria, finis est domus, quem architectus, sine
lapidibus, lignis, ferro, cemento, quibus ad domum construendam tan-
quam principijs, & medijs vtitur, assequi non potest. Finis ergo, vbi quid
Eth. 5. c. 6. * agendum est, prius semper spectatur, licet in ædificando actu compositiuus
25 ordo adhibeatur. Sed in Pandectis Hermogenes, & Tribonianus ordinẽ
l. 2. de statu hom. edicti perpetui secuti sunt, quem Saluius Iulianus in edictis prætorum com
26 ponendis sibi proposuerat: quod opus edictum perpetuum, cum aliàs essent
annua, Imperatoris, & Senatus authoritate, dictum fuit. Erat autem or-
l. 2. C. de vete. in. enucl. do ille resolutiuus qualisque subiectæ materiæ proprius erat. Decreuerat Iu
l. qui rerum. C. de condi. indeb. 27 lianus ius ciuile ad iustitiæ forensis, & edictorum prætoris formam contexe
re, & pertractare. Ideoque ius ciuile varijs vbique actionibus, & reme-
dijs loco actionum refertum omnes ferè Pandectas occupare conspicimus.
Quamobrem ciuitatem, vt finem artis, idest, iustitiam contemplatus, ab
ea, vt à notiori exorsus meritò fuit. Quod etiam Tribonianum, cæteros-
que compilatores fecisse perspicimus. Præposuerunt enim iustitiam, & ius,
28 tanquam peculiarem finem. Ad iustitiam enim ciuium actiones dirigun-
tur: Diuidunt ijdem & definiunt ipsum ius naturale, gentium, & ciuile: di-
stinguunt ciuitatem, siue Rempub. in magistratus Senatorum, Consulum,
Præfecti Prætorio, Præfecti vrbi, Quæstorum, Prætorum, Vigilum, Præ-
fectorum, Proconsulum, legatorum, & aliorum: legem definiunt, diuidũt,
eiusque vires patefaciunt. Et quoniam principia, vel media, quibus alle-
cti ciues ad bene viuendum, & ad iustitiam, vt sibi præpositum finem, con-
sequendam perducuntur, sunt ipsæ leges, & iuris principia: & media, qui-
bus ad iudicium tenditur, sunt actiones ipsæ, ideo in contexenda iurispru-
dentiæ tela ad iustitiæ forensis normam, leges, senatusconsulta, principum
constitutiones, prætorum edicta, obligationes, & actiones, & id genus
multa ab eis pertractantur. Rectè igitur aliqua pro parte secuti sunt me-
thodum, & ordinem resolutiuum, initium à iustitia, & iure sumentes, his
verbis: Iuri operam daturum prius nosse oportet, vnde nomen iuris descen-
dat. Ius est ars boni, & æqui. Iustitiam nanque colimus. Et quoniam
subiectum, in quo hæc iustitia consideratur, sunt hominũ actiones ad legem
directæ

directæ, vel homo ſecundum legem viuens, ideo prius de ſtatu hominum,
quàm de alijs partibus agitur. Sic Cuiatium, & alios defendere poſſem, qui
29 nolunt alium expetere ordinem. At ſi quæramus, an media, an partes ipſæ
vniuerſæ, vel ſingulæ ſint ordine poſitæ inter ſe, & ad finem, ardua profectò
30 erit quæſtio. Quod ſi quæramus, qua methodo hæc omnia rectè tradita ſint,
31 longè maior oritur quæſtio. Nunc vero mihi diſtinguere liceat, aliud eſſe mu
nus viri doctiſſimi, de iure informi, aliud vero de iure ſpecioſo, vel legi-
32 bus iam formato artem conſcribere. Aliud præterea eſt, præoccupa-
tum ordinem edicti perpetui inſequi, & legem, ſecundum quam Iuriſ-
conſultorum nomina, qui illa iuris reſponſa dediſſent, Tribonianum præ-
ſcribere oportuit: aliud, liberè ad finem omnia, & ſingula inter ſe, & ad ſco-
pum, prout res ipſa poſtulat, diſponere: Quo pulchertimo ſanè ordine elemē
ta iuris, vel ipſæ iuris Inſtitutiones diſpoſitæ, maximè fulgent. Omnia præ-
terea, quæ conſiderantur in arte, à fine, ordinem, & neceſſitatem aſſumere de
bent. Nam quemadmodum ſeſe ad finem habent, & ad conuenientem ſeriē
inter ſe: ita ſunt ad artem redigenda atque diſponenda, ſed lex illa Iuſtiniani 3. Eth. 6. & 1. c. 4.
ñe tantorum virorum memoria aboleretur, & edictum illud perpetuum fuit
33 in cauſa, vt non potuerit in omnibus Tribonianus ordinem, methodumque
ſeruare, quam aliàs proculdubio obſeruaturus fuiſſet. Hæc igitur ſatis dignū
excuſatione oſtendunt Tribonianum, cæteroſque compilatores, cum maxi-
mè data lege, cæteriſque impedimentis aureum, & perfectum, iuris corpus
nobis ediderint, vt nemo vnquam ſpecioſius id fuerit nobis traditurus. Hæc
34 demum oſtendunt, ius ciuile indigere interprete, eruditoque viro, qui arte,
ordine, ac methodo vniuerſa, & ſingula vobis ſufficere valeat. ſed quo tan-
dem rapior, & in ſublimiora vehor, egregij adoleſcentes, Solonis, & Lycur-
gi generoſa progenies? Iam arcana, & intima iuriſprudentiæ penetralia ingre
35 di mihi videor. Quod ſi liceret, ſi huius auditorij genius pateretur, ſi vires in-
quam ingenij mihi ſuppeterent, incredibili animi lætitia exultarem, & Archi
medem illum ęmulatus, qui ab Hierone Syracuſarum rege rogatus, arcanum
coronę aureæ furtum, tandem ſedulò explorauit, & inſigni ſolertia deprehen Vitruuius li. 9. c. 3.
dit, præque gaudio exultans nudus, e balneo exilijt, & repentem per vrbem
errabundus ſæpius εὕρηκα, εὕρηκα, exclamauit, ſummopere geſtirem.

De Methodo, & ordine particulari iuris ciuilis. Cap. XXIX.

1 *Nulla iuris ciuilis pars à Triboniano in ordinem redacta fuit.*
2 *Hoc res ipſa loquitur, vt Duarenus ait.*
Qua ratione poſſit Tribonianus excuſari.
3 *In titulo de pactis præpoſuit commentum textui, vel expoſitionem Vlpiani edicto ipſi, & multa inordinata in alijs edictis.*
4 *Huius, inquit, edicti æquitas, & nondum præpoſuerat edictum.*
5 *Inter eruditos ſuum ſibi quiſque ſtatuit ordinem.*
6 *Non ordinem tirunculis dignum quærimus.*
7 *Eum quærimus ordinem, quo tota materia vndique ſparſa in vnum conferatur.*
8 *A quo ipſam digeſtam in ſua genera, & ſpecies diuidamus.*
9 *Quo theſes magis, & minus vniuerſales perpendamus.*
10 *Quoque omnia per propriam methodum tractantes ad ſua principia reducamus.*
11 *Contraria diluendo, & germana legum ſenſa aperiendo, probantur hæc omnia.*

 12 *Quomodo*

12 *Quomodo ad paratitla vtendum ordine illo.*
13 *Principia alia prima, alia secunda, alia magis, alia minus vniuersalia.*
14 *Non tam factum quaeritur, quàm causa faciendi.*
15 *Omnis quaestio per analysin, seu per resolutionem reducenda ad suum principium.*
16 *Quid praestare oporteat iuris professorem.*
17 *Tria cuiusq. propositae quaestionis, si in iure reperiatur, sunt iuris principia, quae scripta appellat.*
18 *Alia sunt principia magis vniuersalia, vt ferè non scripta dici possint, omnia per quatuor causarum genera deducenda.*
19 *Loci, & formulae argumentandi.*
20 *In diuersis rebus diuersa methodo vtendum.*
21 *Haec omnia clariora fieri in docendo, quàm praeceptis ex arte petitis.*

Hactenvs de vniuersali methodo, & ordine Pandectarũ, & edicti perpetui disseruimus. Nunc de methodo, & ordine particulari dicendum est. Iam satis constare plures arbi-
1 trantur, nullam iuris ciuilis partem à Triboniano propria methodo, proprioque ordine contextam fuisse, & in artem redactam, quemadmodum à nobis dictum est ante, nullamque id indiget
2 probatione: quia (vt Duarenus inquit) res ipsa loquitur. Videmus enim quàm saepissimè diuisiones, & definitiones postremo loco positas, prima non solum medijs, sed vltimis etiam postposita: vltima praelata primis, & media extremum locum tenere, vt hanc, de qua agimus, methodum prorsus ignotam habuisse videatur: nisi cum (vt paulo antea dicebam) excuse-
3 mus, quia in vno eodemque tractatu, hic Pauli fragmenta, illic Papiniani, alibi Aphricani colligat, & diuersorum in vnum conferat mutilata responsa, lege sibi à Iustiniano imposita, ne tantorum virorum memoria, siue nomi-
4 na abolerentur, ita praescribente. Nonne in titulo de pactis edicto Vlpiani expositionem praeposuit, vel textui commentum? Principium enim capiẽs ab ipsius Vlpiani interpretatione. Huius igitur, inquit, edicti aequitas na
5 turalis est. Quid enim est tam congruum humanae fidei, quàm ea, quae placuerunt inter eos, seruari? At vbi quaeso hoc edictum est? Hoc pronomine demonstratiuo, huius, rem ante oculos ponere videtur. Veruntamen non in ea lege, non sequenti, non tertia, non quarta, non quinta, non sexta, sed tantum in septima iuris gentium, illud ponit edictum, nec in principio: sed in medio, vt parergon potius esse videatur. Saepe enim dicitur ab eo, Hoc edictum à praetore propositum est, nusquam tamen edictum apparet, vt illud de bonis libertorum, & si ventris nomine, & alia: nec vnius materiae partes fuerunt vnquam rectè dispositae. Cum igitur singuli Pandectarum tractatus particulari ordine careant, non absurdum erit vt de eo aptè iuri ciuili adhibendo sermonem habeamus. Quandoquidem inter prę-
6 claros, & eruditos viros, de ratione docendi, de studio rectè instituendo, deque discendi methodo scribentes, suum sibi quisque statuit ordinem. Nõ quaerimus nos ordinem praescriptum à Iustiniano, quo omnes partes iuris ciuilis quinquennio expediri oportet: sed ordinem quaerimus particularem
7 quem in singulis explicandis obseruare debemus. Et vt vulgarem, leuioremque illum, quem Tyrunculis ita praescribunt,

l. nemo dubitat. de haere. inst.

l. 1. de bon. lib. l. 1. ff. si vent. nom.

Praemitto, scindo, summo, casumq. figuro:
Perlego, do causas, connoto, & obycio:

missum

missum faciamus, illum inquirimus, quem grauioribus in rebus adhibendū
8 esse putamus, vt primum totam materiam variis locis sparsam, vnum in lo-
cum conferamus, eamque ita non modo congestam, sed etiam digestā per-
9 pendamus: deinde in sua genera, inque suas species, vel partes diuidamus,
quas postea definiamus: tum theses magis, & minus vniuersales colligamus
10 demum omnia per suam propriam methodum, vt superius diximus, tra-
11 ctantes, ad sua principia reducemus, contraria diluendo, & abolita sensa
12 legum, legibus ipsis interpretando. Primum quam sit necessarium, cuiq;
patet. Nam plerisque rem non totam, sed partes aliquas tantum tractanti-
bus, meliora deesse sæpè contingit. Nec secundum indiget probatione, cum
13 illa duo instrumenta sciendi, diuisio, & definitio, quammaximè necessa-
ria in omni scientia existimentur. Diuisio enim res aptè disponit, definitio
quid res ipsa sit, demonstrat. Diuisio propriè diuidit genus in species per
suas differentias, vt ius in naturale gentium, & ciuile: pacta in legitima,
& iuris gentium: hæc in nominata, aut innominata: innominata cum cau-
sa, aut sine causa, quæ propriè nuda appellantur: testamentum in militare,
& paganum: adoptionem in genere in arrogationem, & adoptionem in spe
cie, & alia huiusmodi. Diuisio impropria, partitio potius dicitur, qua to-
tum in suas integras partes dispescitur, vt homo in manus, pedes, brachia,
& alia membra: ius ciuile in leges, plebiscita, Senatusconsulta, ac cæteras
partes. Theses etiam colligere, vel vniuersales ad propositam materiam,
vel particulares alicuius legis, & sic materiam, vel legem per analysin in suos
articulos distinguere, vtilissimum esse fatentur omnes, similia maximè, &
dissimilia conferendo, vt ad quæ extendatur, & in quibus restringatur, ap-
pareat. Vix enim thesin, vel definitionem vllam tam generalem in iure in- in l. omnis.
uenerimus, quæ per distinctionem in aliquo casu non loco cadat & vim suā definitio. ff.
perdat. Quibus quidem modis in prima, & in generali cuiusque tituli, aut de reg. iur.
14 materiæ interpretatione Paratitla æmulantes, vtendum esse duximus.
Quis autem inficiari poterit, artis principia non esse spectanda, & ad ea sin
gula quæque redigenda, cum omnia ab eis in arte dependeant? quo-
15 rum alia prima, alia secunda: alia magis, alia minus vniuersalia, quæ etiā
à Corasio ita nominantur. Hæc principia diuersis modis considerari pos-
sunt: & in omnibus quid iuris sit quærendum: putamus in contractibus &
iudiciis bonam fidem, & æquitatem spectandam: in testamentis volunta- l. bona fidem
tem Testatoris: in atrocioribus delictis affectum, non effectum: longeque C. de acti. &
melius esse nocentem liberare, quàm damnari innocentem, publicam vti- ob. l. placuit.
litatem priuatis commodis præferendam, & similia. Etiam particularia prin C. de iudic. l.
cipia, vt emptionem non dari sine pretio, nec mutuum, nisi in iis, quæ pon verbis. l. l. 12.
dere, numero, & mensura consistunt. Exemplum affertur Triphonii: Reus tab. de verb.
capitalis iudicii deposuit apud te centum. Is deportatus est, & bona eius sig. l. 4. de le-
publicata. Cui ergo sunt reddenda? sibi ne, an fisco? Reducitur quæstio ga. 1. §. si qs
ad sua principia, ad æquitatem ergo sunt restituenda. Ambigitur quo iure in nomine.
æquitas nitatur, gentium ne, an ciuili? si gentium: reo sunt reddenda: sin de leg. l. ve-
autem ciuili: magistratui, qui deportandum iussit. Sed quia malè meritus rū & si quis.
publicè, vt exemplo aliis ad deterrenda maleficia sit, etiam egestate labo- ff. de fur. l. di-
rare debet, receptum est, magis in publicum deferenda. Præterea: si testa uus. ff. de fic.
tor in nomine, & cognomine errauerit legando: appareat autem, quæ eius l. absente. de
mens fuerit, quæstio soluitur ex eius voluntate, vti quisque rei suæ legauerit pœn. l. ius pu
ita ius esto: Vlpianus quoque: uerum est, inquit, si meretricem alienam an- bli. de pact. l.
cillam rapuerit quis, uel celauerit, furtum non fecisse: nec enim factum quæ- vnica, i fi. C. de cad. tol. l. bona fides. ff. depos. l. verum & si meretricem. ff. de fur.
ritur,

ritur, sed causa faciendi. Causa autem faciendi libido fuit, non furtum Ideo etiam eum, qui meretricis fores effregerit, libidinis causa, si fures nō ab eo inducti, sed postea ingressi, res meretricis surripuerint, furti non tene
17 ri: Tota quæstio per analysin reducitur ad illud principium, omnis actus à fine, & à mente agentis iudicatur. Finis autem dat nomen rei, vt si quis cum muliere rem habeat, non libidinis explendæ causa, sed vt pecuniam ab ea extorqueat: auarus, non adulter censebitur. Hæc sanè principia ratio etiam decidendi potissimum ostendit, quæ legis anima putatur, cum leges scire non sit, earum verba tenere, sed vim, & potestatem non ignorare.

5.Ethic.6.

l.cum ratio. de bon.dam. l.scire legis. de leg.

Vt in quacunque iuris quæstione huiusmodi principia triaque potissimū breuiter ostendere possumus, vt puta legem, legis rationem, & similitudinem: exempli gratia, si quam legem iuris proposita quæstio receperit, quæ ipsam iure dirimat, ea lex erit illius principiū, per quod erit quæstio à Iuriscō sulto, vel Magistratu, iudicanda, vel dirimenda. Quod si legis scriptæ verba huic desint quæstioni, extat ratio legis scriptæ: Hanc alterum constituere oportebit iuris principium: si verò hac legis ratione careamus, & nobis mirum in modū opituletur ipsa legis similitudo, erit tertium hoc principiū, ex quo gestionem solui oportet. Nam vt Iulianus ait, iurisconsultum ad similia procedere atque ita ius dicere decet. Quemadmodum infra latius, de lege, & de consuetudine demonstrabimus. At si hæc omnia nobis defuerint ad magis vniuersalia iuris principia erit nobis confugiendum, & sedulo quærendum: An id suadeat æquitas, vel rigor: an ius gentium, vel ciuile: an id velit testatoris mens, vel contrahentium consensus, & id genus plura, vt supra ostendebam.

l. nō possunt omnes. de leg.

18 Præterea iuris professores hæc omnino præstare oportet, primum vt vera doceant, deinde vt ad rem pertinentia: tum vt ordine ac methodo: de
19 quibus abundè supra: demum vt genere dicendi apto ad docendum: Quæ omnia aliquando deducenda erunt, per quatuor illa causarum genera, efficiens, materiale, formale, & finale, & eorum effectus pro vt res subiecta postulare videbitur, rebus, personis, & actionibus, cum suis annexis qualitatibus, diligenter quoque consideratis: dilutis præterea, vel conciliatis contrarijs, & vero germanoque legum sensu clarè patefacto. Locos præte-
20 rea, & formas argumentandi, quando enthymemate, exemplo, vel syllogismo ad dirimendas quæstiones vti oporteat, quibus legum studiosi plerique deficiunt, infra declarabimus. Quamobrem rebus diuersis, grauiori-
21 bus nempe, medijs, & infimis, diuersam docendi methodum, vel exactio rem, vel leuiorem, vt res ipsa postulabit, applicabimus, non minus, quàm Oratores, modo graui, modo humili, modo mediocri, dicendi genere vtuntur. Sed hæc omnia fient manifestiora, cum secundum ea quæ desser-
22 uimus, legibus ipsis interpretandis suo tempore à me accommodabuntur. Hæc enim clariora fieri in docendo, quàm regulis ex arte petitis in conscribendis quàm facilimè percipere potestis, cum non modo auditores, sed etiā testes in hoc Patauino Lycęo mihi vtique sitis. Ordinem itaque ac principia iuris prospicite, ac mementote, non omnia posse in hac arte conscribi quemadmodum in medicina, & in iudiciaria astrologia, omnis casus, & omnia apotelesmata connumerari impossibile est. Mementote inquam hanc viam rationemque iuris, esse cribrum veritatis, esse animi cibum suauissimum nihil vnquam ingrati degustanti redolentem.

De

De lege, quid sit, & quæ eius partes præcipuæ. Cap. XXX.

1 *Lex à legendo dicta, quòd ex multis, quæ in consultationem cadunt lecta est.*
2 *Lex definita à Papiniano commune principium virorum.*
3 *Lex definita à Demosthene, cui omnes homines decet obedire.*
4 *Lex à Chrysippo definita, humanarum diuinarumq́ rerum regina.*
5 *Natura, & legibus omnia regi.*
6 *Vniuersum mundum, & tempora lege, & ordine gubernari.*
7 *Chrysippus legem æternam definisse creditur.*
8 *Humanarum, & diuinarum rerum Acursius summa Trinitatis interpretatur.*
9 *Vis, & maiestas legis à Cicerone descripta.*
10 *Lex est ratio summa insita in natura, quæ iubet.*
11 *Lex est ratio à prudentia, & à mente profecta.*
12 *Duæ sunt legis partes præcipuæ, ratio & imperium.*
13 *Dura prospexit Legislator.*
14 *Tria in lege spectare oportet, mentem, verba, & verisimile.*
15 *Verba inuenta, vt indicent, non vt impediant voluntatem.*
16 *Lex vetat ne quis triticum extra mœnia curru eueheat, quidam asino farinam euexit.*
17 *Fraus distinguit periurium, non dissoluit.*
18 *Periurij exemplum de militibus redituris in castra Hannibalis.*
19 *Alterum periurij exemplum de reducendo incolumi.*
20 *Alberto Franconiæ Comite.*
21 *Leges sunt anima ciuitatis.*
22 *Mœnia non rempublicam, sed sedem quandam externæ reipublicæ constituunt.*
23 *Heraclitus ciues pro legibus non segnius quàm pro mœnibus pugnare suadebat. & num. 24.*

HACTENVS de æquitate, quæ iustitiæ est obiectum, quam-
que iustitia constituit in rebus ipsis, à nobis est disputatum.
Nunc reliquum est, vt de ea iuris specie nonnulla breuiter di-
camus, quæ prudentiæ ratio, vel huius rationis regula esse vi-
detur, per quam ad ipsam iustitiæ æquitatem peruenire possu-
1 mus. Huiusmodi lex est à legendo dicta, eo quòd ex multis, quæ in consul-
tationem cadunt, lecta est, vel à deligendo, & tribuendo cuique suum. Est
enim ea, quæ iusta, atque iniusta regit, & coercet, quæque munus suum ex-
pelere minimè potest, nisi quæ recta sunt diligat, & contraria reijciat, cum
2 maximè dentur etiam leges non scriptæ, quales Lycurgi fuere. Legem ita
Papinianus definit: Lex est commune præceptum, virorum prudentum con
sultum, delictorum, quæ spontè, vel ignorantia contrahuntur coerctio; com-
munis reipublicæ sponsio. Martianus vero cum Demosthene ita describit:
3 Lex est, cui omnes homines decet obedire tum propter multa, & varia, tum
maximè, quia omnis lex est inuentio quædam, & donum Dei: decretum au-
tem hominum sapiẽtum, coerctio autem voluntariorum, & non voluntario-
rum peccatorum. ciuitatis autem compositio communis, secundum quam
omnes decet viuere, qui in ciuitate sunt. Sed & summus stoicæ sapientiæ
philosophus Chrysippus sic incipit librum, quem fecit περὶ νόμου. Lex est
4 omnium humanarum, & diuinarum rerum regina. Oportet autem eam

præsidere,

prę ſidere & bonis, & malis, & principem, & ducem eſſe, & ſecundum hoc
regulam eſſe iuſtorum, & iniuſtorum, & eorum quę ciuilia ſunt, animantium,
pręceptricem quidem faciendorum, prohibitricem autem non faciendorum
legis ſpecies, & originem à ſuprema diuinaque mente repetentes, antea de-
clarauimus. Quod ſanè ſublime, & diuinum legis principium Demoſthenes
intuitus, non minus ſapienter quam facundè aduerſus Ariſtogitonem, ita pe-
rorabat, Vniuerſa vita mortalium, Athenienſes, ſiue magnam vrbem incolāt,
5 ſiue paruam, natura, & legibus regitur. Ac natura quidem confuſa, & inęqua
lis eſt, & à peculiari cuiuſque pendet ingenio: Leges autem communes, & or
dinatę ſunt, & ęędem vniuerſis. Quod ſi praua natura fuerit, ſępè praua con
ſilia molitur. Et iterum contra eundem ait: Nam vniuerſum etiam mun-
6 dum, & numina, & quę vocantur anni tempora lege, & ordine gubernari ap-
7 paret. Chryſippum verò non ſolum humanam, ſed etiam ęternam legem
definijſſe putat Alciatus, qui merito Accurſium irridet, exponentem hęc ver
8 ba: Diuinarum rerum, ideſt ſummę Trinitatis, & fidei catholicę; cum tamen
multis annis ante imperiales illas conſtitutiones de ſumma Trinitate, & fide
catholica Chryſippus floruerit, & iuriſconſulti, ac imperatores ipſi, vel ante
Chriſti geneſin vixerint, nullamque prorſus ſacroſanctę, & ineffabilis triadis
notionem habuerint, vel, qui poſtea religioni chriſtianę infeſti fuerint: duo-
bus tamen exceptis Alexandro Seuero, qui matutinis horis ſupplex in lara
rio orabat, vel rem diuinam apud effigies deorum factitabat, quas inter Abra
ami, Apollonij, & Chriſti ſimulacra adoranda collocauerat: & Iuſtiniano Im
peratore harum legum moderatore ac parente. Chryſippus ſanè eo modo
9 vim, ac poteſtatem legis complexus erat, quemadmodum & Cicero his ver-
bis. Cum dico legem, à me dici nihil aliud volo, quàm imperium ſine quo
nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuerſum genus ſtare,
nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt. Nam & hic Deo paret.
Huic obediunt maria, terraque, & hominum vita iuſſis ſupremę legis obtem
perat, à qua cœlum, terra, & vniuerſa natura dependet. Vnde & alibi Cice
10 ro dicebat: Lex eſt ratio ſumma inſita in natura, quæ iubet ea, quæ facienda
ſunt, prohibetque contraria. Et Ariſtoteles in decimo moralium Nicoma-
chicorum, legem eſſe, inquit, rationem à prudentia, & mente profectam. Has
11 omnes legis deſcriptiones, licet numero, & verbis differant, & à varijs cauſis
deductæ ſint, re tamen eaſdem eſſe, non eſt dubitandum. Ex his itaque pa
12 tet, legis eſſe duas præcipuas partes, rationem ſcilicet, & imperium. Proin-
de lex eſſe non poterit, quæ non ſit iuſta, & naturali rationi conueniens, &
lata ad communem ciuium vtilitatem, quæque non habeat vim coercendi,
& imperandi. Quare lege ſancitum, vel moribus præſcriptum non aliter
deſinit vim legis tenere, quàm ſi apertè naturali iuſtitiæ, rationique reluctę
tur, bonoſque mores lędat. Vnde Vlpianus, proſpexit quidem Legiſlator,
13 quod ſanè perquam durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt. Vtilis etiam eſſe de-
bet. Nam ſi poſtea noxia eſſe cęperit, viribus eneruatur, vt ſi, quod belli ca
lamitas introduxit, lenitas pacis ſopiret. Tria inſuper in lege præcipua nos
14 ſpectare oportet, mentem, veriſimile, & verba. Hinc eſt quod à verborum
proprietate recedimus, vt mentem ſequamur non ſolum certam, & indubi-
tatam, ſed etiam veriſimilem. Sic etiam ſequimur mentem militis, eius ver-
bis prætermiſſis: quinimmo & pagani: nec verborum, aut literarum figu-
ra obligamur, ſed mente, & conſenſu. Quare qui verba legis complectitur,
& contra legis mentem aliquid molitur, is profectò legis eſt violator. Nam,
& Cicerone autore pro Cecinna, ac Labeone, verba inuenta ſunt, quæ indi-

carent,

c. erit autem lex. diſt. 4. l. proſpexit. ff. qui & à q.

l. vnica. C. de cad. toll. ibi, quod belli calamitas.

l. ſtipulatio. magna, verſ. Sabinus ex mente, de verb. oblig. l. diuus. de mi lit teſta. l nō aliter. de lega. 3. l. non figura. de actio. & obli.

15 carent, non quæ impedirent voluntatem nostram. Quamobrem Paulus aie
bat: contra legem facit, qui id facit quod lex prohibet: in fraudem verò le- l. contra le-
gis, qui saluis verbis legis, sententiã eius circumuenit. Vt si lex vetet, ne quis gẽ.ff. de leg.
16 triticum extra mœnia vrbis, nec equo, nec asino efferat: Et Titius non triti- Ale. de ver.
cum, sed farinam equo, vel asino euexerit. Quin & citato loco Cicero scri- signi.
ptum, inquit, sequi, calumniatoris est: boni vero iudicis voluntatem scripto-
ris, autoritatemque defendere. Quæ lex enim, quod Senatusconsultũ, quod
magistratus edictum, non infirmari, aut conuelli potest? Si verba deflecte-
re voluerimus, consilium autem eorum, qui scripserunt, & rationem, & au-
toritatem relinquamus. Non enim ex verbis pendet ius, sed verba seruiunt
hominum consilijs, & autoritatibus: nec verba veniunt in iudicium, sed ea
res, cuius causa verba in leges coniecta sunt. Sic fraus distinguit periurium,
17 non dissoluit. Nam cum Hannibal ex captiuis Romanis decem iuratos ad
Senatum misisset, in castra redituros, nisi de redimendis captiuis impetraret:
vnus ex ijs minimè Romani ingenij, in castra rediji iurisiurandi soluendi cau
ca, velut aliquid in castris oblitus, & confestim comites secutus est. Re à Se
18 natu non impetrata, cæteri in castra Hannibalis redierunt. Ille domũ abiit,
tanquam fallaci in castra reditu sese iureiurando exoluisset, nec iterum redi
re teneretur. Quod cum resciuisset Senatus, censuit eum comprehenden-
dum, & custodibus publicè datis ad Hannibalem reducendum. Aliud extat
19 etiam periurij memorabile exemplum à Raphaele Volaterrano. ab Alciato, Alc. in l.bo-
& à Vasquio in quæstionibus relatum. Cum Albertus Franconiæ Comes in nes §. hoc
20 arce munitissima Burbigensis vrbis à Ludouico Imperatore obsideretur, sermone. de verb.obl.
difficilisque eius arcis expugnatio videretur, Otho Moguntinus Episcopus Vasqu. lib. 1.
profectus ad Albertum, se litis arbitrum professus est, iurauitque, si secum ad quæst.c.30.
imperatorẽ proficisceretur, vel pacem impetraturum, vel in arcem incolumẽ
reducturum. Credit Albertus, & Othonem sequitur. Vix arce egressi erãt:
cum Otho hortatur, vt in arcem pransum redeant. redeunt: pransique, iterũ
egressi ad Ludouicum veniunt. Mox Albertus captus est, & capitali iudicio
damnatus. Cui Archiepiscopi fidem imploranti respondit religiosus ille,
se datæ fidei satisfecisse, religioneque se solutum esse, vt qui semel ipsum re-
duxerit incolumem, bis reducere non promisisse. Verum is non satisfece-
rat menti eius, qui iusiurandum exegerat, propterea nec eo se liberauit. stet
21 itaque mens anima legis, ac iurisiurandi: stet lex anima ciuitatis. Sic Me-
tellus Macedonicus, cum interemptum Scipionem conclamari audiuisset: in Valer. Maxi.
publicum se proripuit, mœstoque vultu, & voce confusa, Concurrite, concurri lib.4.cap. de
te, inquit, ciues: mœnia nostræ vrbis euersa sunt. Sic sublatis legibus non vr animi mode
22 bis mœnia, sed remp. ipsam, totumque Romanum Imperium euersum, extin ratione.
ctumque conspicimus. Quamobrem sapienter quidem magnus Picolomi- Picolo. Mo-
neus, virtutum gradu vndecimo, retulit: mœnia vrbis non remp. sed quan- ralium gra-
dam externam reipublicæ sedem constituere: ciues esse proximam illius ma de vndeci-
teriam: vti magistratuum ordinem, & conditionem eiusdem formam: leges mo.
autem animam, & spiritum, ex quarum vsu vita reipublicæ consurgat. He-
23 raclitus Ephesius ciues pro legibus non segnius, quàm pro mœnijs pugnare
oportere dicebat.

De materia legum rara, & frequenti. Cap. XXXI.

1 Iura constituuntur de his, quæ frequenter accidunt, non quæ raro, quæ semel, dus bus accidunt, contemnunt legislatores.

2 *Frequentia*

2 *Frequentia iure ciuili contineri testamenta, hæreditates, contractus, iudicia, & similia.*
3 *Quæ fato, casu, & fortuna accidunt, & huiusmodi rara, an ingrediantur materiam legis?*
4 *Bruta etiam, licet raro, ad abolendam facinoris memoriam puniuntur, & porcus furca suspensus fuit, quod puerum comedisset.*
5 *Occulta dupliciter habentur: quædam iudici, & cæteris occulta: quædam vero iudici nota, & cæteris occulta.*
6 *Ius per reflexionem in raris habetur.*
7 *Quæ raro accidunt, non temere agendis negotijs computantur.*
8 *Quidam medietatem secuti, superstiti filio quartam partem assignauerunt.*
9 *Mulierem Alexandrinam quinque simul peperisse.*
10 *Mulier quinquagenaria maior, non parit nisi raro.*
11 *Ostenta, monstra, & prodigia rara.*
12 *Theophrasti sententiam quomodo interpretetur Alciatus.*
13 *Opponitur interpretationi Alciati;*
Propria affertur autoris opinio.
14 *Quare apoplectici non sint sepeliendi, nisi post horas 72. Quare Christus Lazarum quatriduanum à mortuis suscitauerit, non antea.*
15 *Qui è feretro, vel sepulchro, à morte expergefacti domum remeauerint.*
16 *Negat lex Romuli mulierem pragnantem humari, antequam partus ei excindatur.*
17 *Vulnera interfecti aliquando post mortem emittunt sanguinem, si interfector propius ad mortuum accedat.*
18 *Probatur problema esse verum, & iurisconsulti inter miracula hæc ascribunt.*
19 *Rationes duæ traduntur huius problematis: vna fixa, & vehemens imaginatio interfectoris: altera spiritus interfecti in oculos interficientis.*
20 *Lucretij carmen: Idque petit corpus mens, vnde est saucia amore.*
21 *Arcana aqua Zelotypiæ, ferri candentis, & singularis certaminis.*

POSTEAQVAM in superioribus ostendimus subiectum materiale iuris, & legum esse, synallagma, vel hominum contractus: par est, vt nunc videamus, an hæc materia à legislatore moderata versetur in his, quæ raro, an vero potius in his, quæ frequenter accidunt. iura, inquit Pomponius, constitui opor-
1 tet, vt dicit Theophrastus in his quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον, non quæ ἐκ παραλόγου: Ex his, quæ fortuito aliquo casu accidere possunt, iura non constituuntur. Nam ad ea potius debet aptari ius, quæ & frequenter, & facile, quam ad ea quæ perraro eueniunt: quoniam, vt ait Theophrastus τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς, παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται: id est, quod semel aut bis, contemnunt legislatores. Hinc
2 perspicimus totum fere ius ciuile his frequentioribus refertum. Nam frequentia sunt matrimonia, testamenta, hæreditates: frequentes sunt contractus re, verbis, literis, vel consensu celebrati: frequentes sunt stipulationes: frequentia quoque delicta, adeo, vt rara videantur propelli, & à legibus reijci. Quoniam vero non pauca sunt, & ea quidem rara, quæ in iure ciuili legibus sancita sunt, quemadmodum hæc materiam legis ingrediantur, maximum aliquibus negotium facessere videntur. Rara itaque connumeranda sese offerunt, & primo quidem, quæ facto, casu, & fortuna accidunt, quæ nul-
3 la hominum prudentia præuideri possunt: qualis etiam est latronum inuasio, & quæ nullo bonæ fidei iudicio præstantur: vt si quis à latronibus, vel

l. quæ fortuitis. C. de pig. act.
l. 1. C. depositi.

alio

alio fortuito casu interfectus fuerit, ornamentorum, quæ apud eum deposita fuerunt detrimentum ad hæredem eius non pertinet. Præterea dementes
4 rationis vsu carentes, & animantia bruta lege non tenentur: infans igitur, vel furiosus, si hominem occiderit, homicidij pœna non afficitur, cum alter quia consilij, alter quia mentis non sit compos excusetur, propterea que ijs à lege tutores dentur. Nec bruta similiter vllo iure condemnari debent, cum animal, quod ratione caret iniuriam fecisse, nullo modo dicendum sit. Quamquam aliquando, & rarò quidem, ob memoriam facinoris debendam, non ob culpam l. vt id pecus, eaque mulier, puniri, & igni cremari videantur. huiusmodi habetur lex illa Moysis, iumentum si hominē interfecerit lapidibus occidatur, & Guido Papa porcū furca suspensum, quod puerum comedisset, vidit, & scripsit. Cessant etiam leges in occultis,
5 quæ duum sunt generum: quædam cæteris omnibus sunt occulta, solique iudici nota, vt si Titium homicidium perpetrantem videat: quem lege, vel iudicio capitali deficientibus testibus condemnare non potest: alia verò occulta sunt tam iudici, quàm cæteris, quæ diuino iudicio in altero sęculo reseruantur. Nam quædam vult Deus hominibus esse occulta, quorum ipse solus (cui omnia cognita sunt, & aperta) vindex futurus sit. Quamobrem,
6 & si ius directum in his non habetur, in reflexum tamen incidunt: cum certi simus de eisdem latas esse leges. Sed iam ad ea, quæ euidentius rarò eueniunt, redeamus. Etenim leges etiam in his, quæ raro accidunt versari mi-
7 hi videntur. Quod probat primum Iulianus de regulis iuris, ea quæ rarò accidunt non temerè agendis negotijs computantur. Ergo ad rara leges adaptantur. Paulus etiam in l. si pars hæreditatis petatur, quidam ergo inquit
8 prudentissimi iuris autores medietatem quandam secuti sunt, vt quod fieri non rarò admodum potest, intuerentur, idest quia fieri poterat, vt tergemini nascerentur: tergeminos.n. Senatores cinctos vidimus Horatios, quartā partem superstiti filio assignauerunt. Iulianus quoq; refert Aristotelem scripsisse
9 vno partu quinq; nasci posse, & mulierem Alexandrinam ex Aegypto quinque simul peperisse eosq; incolumes habuisse. His Iustiniani sanctionem ad-
10 damus: Si mater quinquagenaria partum ediderit, an debeat huiusmodi soboles suo patri sua constitui, & hæreditatem eius nanscisci, à Cæsariana aduocatione interrogati sumus. Et sancimus, licet mirabilis huiusmodi partus inueniatur, & raro cōtingat: nihil tñ corū, quæ probabiliter à natura noscūtur esse ꝓducta respui, sed oē ius, quod ex quacunq; lege liberis præstitū est, hoc merū, & immutilatum huiusmodi filijs, vel filiabus seruari. Accedunt ostēta,
11 monstra, ꝓdigia, septē mensium partus, & hermophroditi. Nō sunt liberi inquit Paulus, qui cōtra formā humani generis conuerso more ꝓcreantur, vt si mulier aliquid monstrosum, vel ꝓdigiosum enixa fuerit; & insula, quæ in mari nata est (quod raro accidit) occupanti conceditur, & hmōi plura, vndecū que in iure colliguntur. His rōnibus moti existimauere nonnulli leges adaptari magis ad ea, quæ frequenter eueniūt, sed ea quæ raro fiant, ne aliquis casus indecisus remaneat, non esse sperneda, licet his obstent hæc Theophrasti verba: Nam quæ semel aut bis accidunt contemnunt legislatores. Quamobrē
12 hanc Theophrasti sententiam, ita veram interpretatur Alciatus, vt casus, qui raro accidant non habendos in consideratione, vt quidam putant existimemus. Nam vt ipse inquit, νομοθέται, non simpliciter autores legum significant, sed ipsos, qui principaliter leges promulgant, quales apud Græcos Solon, Draco, Minos, Lycurgus: apud nos Pompeius, qui senatusconsulto tulit legem Pompeiam: Iulius, qui Iuliam: Cornelius Sylla, q. Corneliā,

L & similes:

l. si infans. ad l. Cor. de sic.

l. 1. ff. si quad paupere.
c. mulier. 15. q. 1.
Leuit. c. 21.
Guido Papa decis. 238.

l. illicitas. §. veritas. de off. præs.
c. si omnia. 6. q. 1.

c. erubescant. d. 32.

l. ea q̄ rarò de reg. iur.

l. antiqui. ff. si pars hære. pet.

l. si pater. §. nam & Arist. ff. de sol.

l. si maior. C. de leg. hær.

l. ostentum. ff. de reg. iur.
l. non sunt liberi, & l. quæritur. l. septimo mense de statu ho.
§. insula. de rer. diuis.
l. vlt. C. de cos. sul. lib. 12.
Dupont. 2. c. 8.

& similes: ipsi vero iurisconsulti Vlpianus, Paulus, Sceuola nō sunt νομοθέται, sed legum interpretes. Hi plerunq; casus referunt, qui rarissimè eueniunt, Quapropter de his in suprascriptis responsis minimè intelligēdum est, vt vulgo fieri videmus. Sed & rarissimos casus non considerari fatendum est; verbi gratia: Fœmina vel septenos parere potest, istud est rarissimum, potest tergeminos, istud rarum. Vnum vero vel duos frequens. quid igitur statuendum certi. medium illud tres posse nasci. quamobrē Paulus, quia inquit fieri poterat, vt tergemini nascerentur, quartam partem superstiti filio assignauerunt. Huic Alciati opinioni tamen aduersari videtur sanctio illa Iustiniani de par-
13 tu mulieris maioris quinquagenaria; Illa siquidem non tanquam iuris interpretis, sed tanquam principis lex est, cum à sacratissimo Iustiniano Imperatore lata fuerit, qui talem, ac tantam habuit autoritatem potestatemque condendæ legis, qualem vnquam habuerint Solon, Minos, Lycurgus, vel alij. Quamobrem animaduertendum esse censeo, eam quæ iubendi, vetandi, vel puniendi vim habeat, quæque futura prospiciat, legem propriè dici. Sed eam quæ ad iudicia forensia spectet, qualis est sanctio illa Iustiniani, quæ vrgentibus Cæsaris aduocatis promulgata est, non esse propriè legem, sed potius similitudinem quandam iudicij, & sententiæ præseferre: qualia sunt non pauca rescripta imperatorum, quæ in duodecim libris Codicis legūtur.

Arist. Rhet. primo.

Aristoteles itaque Rhetoricorum primo ait omnia ad legislatorem minimè spectare. Quædam enim ad magistratus, & iudicia referuntur, quia lex inquit semper futura decernit, & vniuersaliter, sed iudex præterita, vel præsentia, & singularia ipsa. Licet ergo Iustinianus partum mulieris maioris annis quinquaginta pro legitimo haberi iusserit, & propterea in auita, vel paterna hæreditate esse habilem ad succedendum: id tamen iudicij magis quam legis vim habere existimandum est. In prima itaque legislatoriæ facultatis maiestate adsunt vniuersalia, frequentia, & futura: In secunda verò non inconuenit propter iuris fœcunditatem in amplissima republica rara, & digna aliqua, singularia, & præterea à summo Imperatoris iudicio consequi. Alij subtiliter dicerent Iustinianum hanc legem ad ea quæ frequenter, non ad ea, quæ raro eueniunt adaptasse, hoc est partus cuiuscunque mulieris plures quam quinquaginta annos natæ, eosque vt partus frequentes fore iudicasse, quāuis eius ætatis mulierum sint perquam rari, sicuti etiamsi mulier quatuor vel quinque enitatur, numerus quidem rarus, sed mulierum partus frequentissimus est. Sed mihi magis placuit præcedens opinio. Quia verò non modo occulta, sed rara etiam legislatoriam facultatem magis minusque ingredi expositum est, operæpretium fore duxi, aliqua rara quidem, sed relatu digna silentio non inuoluere.

Rhas. primo cantico.

Rhasis ex sententia Iudęi in primo Cantico scriptum reliquit, lege cōstitutum fuisse, vt apoplectici, quibus spuma circa os,
14 siue labra versaretur, non sepelirētur nisi post septuaginta duas horas. Cuius rei Cōciliator differentia centesima octuagesima secunda, rationem contemplatus, declarat, id optimè sancitum fuisse, eo quia omnes humores perfecerunt, & expleuerunt, tribus diebus motus suos, nempè horis 72. Vnde transacto termino motus humorum, non est quicquam amplius expectandum. Hinc infert vir iste, Christum Iesum à mortuis suscitasse Lazarum quatriduanum, vt nullus locus naturaliter speculantibus relinqueretur obijciendi defunctos etiam labra, & os spuma tinctos interdum naturaliter è feretro, vel è sepulchro suscitari, quod etiam Celsus testatus est de Asclipiade: & Auriola consularis, è rogo reuixit, & plures tanquam mortui è feretro, & sepulchro domum remearunt, qualia miranda apud Plinium, apud Alexandrum

xandrum ab Alexandro, & apud Tiraquellum relata leguntur. Ab hac spe
cie non procul recedere videtur lex illa Romuli, de qua Marcellus: Negat 1. negat lex
16 lex regia mulierem, si prægnans sit mortua humari antequam partus ei ex- regia.ff.de re
cindatur, qui contra fecerit spem animantis cum grauida peremisse videtur. lig. & sump. fun.
17 His etiam simillimi sunt mirabiles illi effectus, cum vulnera interfecti homi-
nis, & iam extincti, homicida præsente humentem fotantemque sanguinem
emittunt, quod plerique huius rei causam penitus ignorantes inter miracu
la nedum naturæ arcana connumerandum censuerunt. Cuius sanè proble-
18 matis veritatem nemo inficiari potest, vtpotè, quæ iurisconsultorum, ac sa- Paris à Pu-
pientum testimonio sit apertè comprobata. Hoc enim testatur Paris à Pu- teo de sindi
teo in tractatu de syndicatu, seque Romæ expertum esse commemorat, quan catu in ver-
do insignis Diui Marci Cardinalis occisus fuit: Iudæi item puerum quendã bo, mãdauit.
interfecerunt, cuius vulnera toties sanguinem effundebant, quoties Hebræi
ad id cadauer propius accedebant. Celebris quoque criminalium Doctor
Hippolitus Marsilius in praxi criminum, hoc se pluries expertum affirmat, & in §. diligen-
iussisse homicidij suspectos separatim singulos circumire cadauer illud; & in- ter.
terfectum proprio nomine vocare, ac intueri, ita vt vero homicida præsen-
te vulnera madefierent, & saniem spargerent: Quin hodieque in pluribus
Germaniæ vrbibus idem obseruari dicitur, interfectumque cadauer inhu-
matum triduo custodiri, donec valuis ciuitatis clausis, homicidæ inueniri, Iacob. Nou.
& eo sanguinis profluuio explorari possint. Iacobus insuper Nouellus se in sua pract.
Taruisij maleficiorum iudicem proprijs oculis id vidisse commemorat, alij- crim.
que plures. Diuulgatum est hoc, non solum apud iureconsultos, sed etiam
philosophos, quod famosum est, & apud omnes constat, non ex om-
ni parte esse falsum, qua in re iuris interpretes existimarunt hoc legiti-
mè non probare aliquem esse homicidam, sed indicium afferre ad quæ-
stionem. At non leue forsan erit hoc indicium, leuisve probatio, cum
etiam Abelis à Cain occisi historia Sacris literis prodita locupletissime,
idem testetur. Ait enim Deus ad Cain: Ecce vox sanguinis fratris tui cla-
mauit ad me de terra, vt ego vindictam sumam de te. Sed turba iuris in-
terpretum confusa, & huius rei causæ ignota ad miracula confugit, & iudi-
cium humanum in his sistere non audet; quemadmodum à carnifice suspen Tiraq de pœ
sum laqueo fracto non amplius suspendendum autumant. Huius autem tam nis, in fine.
memorandi effectus duæ solent potissimæ reddi causæ. Prima est, quod fi-
19 xa, & vehemens imaginatio interfectoris aliquo non paruo timore comita-
ta, dum ita vt illa vulnera sanguinem emittant, vt vehemens imaginatio
mulieris solet. Natum ijs signis, siue maculis insignitum procreare, earum
rerum, quas ipsa mater auidè concupierat imaginataque fuerat. Qualia
de regina Abba, deq; æthiope filio apud historicos, & apud Bartolum, & Ia-
sonem leguntur. Hæc Pomponatius, hæc Montanus Veronensis professi in l. Gallus:
sunt. Altera vero est, quod spiritus interfecti, qui ex oculis, & ex sanguine de lib. & po.
vulnerum in ipsum homicidam prosilierũt eodem propius ad cadauer acce-
dente remeant repetuntque pristina, & naturalia loca sua, eaque fouent,
& viuificant, ita vt vulnera sanguinem emittant, nec talia fierent elapsis ho-
ris septuaginta duabus. Hæc mihi semper magis arrisit. Hanc Petrus Abba-
nus Patauinus vir miraculis insignis, & præ omnibus Lucretius antiquis-
simus Poeta, tum Marsilius Ficinus in cõuiuio amoris apud Platonem secuti
sunt, probatur exemplo, vt menstruæ mulieris spiritus per aera petunt specu
lum, & inficiunt, & vt amantis amatæque puellæ spiritus in mutuos reflectun
20 tur oculos, quis teneros mihi fascinat agnos. Hinc Lucretij carmina.

Idque petit corpus, mens vnde est saucia amore,
Namque omnes plerunque cadunt in vulnus, & illam
Emicat in partem sanguis vnde icimur ictu
Et si cominus est, hostem rubor occupat humor.

21 Huiusmodi sunt etiam arcana illa, Aquæ zelotypiæ ferri candentis, & singularis certaminis, quibus lex ad expianda occulta scelera vtebatur, sed de his posterius.

De virtute legis naturali, & supernaturali. Cap. XXXII.

1 *Legis virtus, imperare, vetare, permittere, & punire.*
2 *Duæ partes legis.*
3 *Hac virtus forma legis censetur.*
4 *An plures sint legis virtutes, quàm illæ quatuor.*
5 *Virgilij carmen, Tu regere imperio populos Romane memento.*
6 *Accursius consulere, legis quoque virtutem esse putauit.*
7 *Præmia soluere, an sit legis virtus.*
8 *Punire magis proprium est legis, quàm præmij donare.*
9 *Nullæ leges præmia proponunt ijs, qui non sunt homicidæ, non fures.*
10 *Aut rem ad sublimia euocat legislatoria potestas.*
11 *Hæc in criminum expiatione, & indagationis, vires suas immensas ostendit.*
12 *Moysis exorcismus ad crimen adulterij detegendum aqua Zelotypiæ, & tetragrammaton Dei nomine capiti mulieris inscripto.*
13 *Ferri candentis expiatio, quæ & apud Sophoclem legitur.*
14 *Talia interdicta à Pontifice Romano.*
15 *Androlepsiæ, & Duellum.*
16 *Duellum permiserunt leges.*
17 *Victoriæ, coronæ, & trophæa erigebantur, quemadmodum & Aeneas occiso Mezentio Marti erexit.*
18 *Duellum quid, siue Monomachia.*
19 *Tres referuntur species duelli.*
20 *Duellum priuatum admissum.*
21 *Duellum publicum admissum.*
22 *Quæ solennitas duelli.*
23 *Quis rigor.*
24 *Duellum omne à Pontifice Romano interdictum, & quare.*

1 LEGIS virtus, vt Modestinus inquit, est imperare, vetare, per-
2 mittere, & punire. in superioribus duo potissimum ad legem
exigi ostendebam, rationem scilicet quæ à prudentia, & im-
perium, quod à summa principis, vel Reipublicæ potestate
proficiscitur. Hæc itaque virtus forma legis ipsa quoque esse
3 censetur. Imperandi enim, ac cæterorum, quæ supra dicta sunt, vi sublata leges quid aliud erunt, quàm virorum præcepta prudentum, qualia sunt ea quæ à Platone, ab Anneo Seneca, ab Aristotele, Zenophonte, alijsq; multis

præcipiun-

præcipiuntur. Imperat ergo lex strenuè cum hostibus esse pugnandum: Bo
na minorum sine Prætoris decreto alienari vetat: Militi post sententiam ex-
ceptionibus vti, atque omissis solennitatibus testamentum facere permittit:
punit quoque delicta. Quas legis vires in iure ciuili vndique colligere pos-
4 sumus. Alij plures legis virtutes esse putauere, hoc est tribuere, adimere, pu
nire, permittere, iubere, & vetare, sed prædictis quatuor plures non sunt
admittendæ: Reliquæ enim aut ad has reducuntur, aut erunt penitus super-
5 uacaneæ, quas nonnulli Virgilium his versibus comprehendisse putant.

Tu regere imperio populos Romane memento,
Hæ tibi erunt artes, pacisq. imponere morem,
Parcere subiectis, & debellare superbos.

6 Accursius consulere, ad legis vim etiam pertinere putauit, quod cum sit iu
risconsultorum proprium ab omnibus reijcitur præmia quoque soluere, huc
7 spectare quidam existimauere, tum quia contrarium est punire, tum quia bo
nos ciues non solum metu pœnarum, sed etiam præmiorum exhortatione ef
ficere cupimus. At non tenent vim legis, & quæ Modestinus enumerauit ad
legis virtutes declarandas sufficere debent: Legis enim punire multò ma-
8 gis proprium est quàm præmijs afficere. Quandoquidem coercendi vim
illud habeat, quod soli principi conuenit, hoc priuatis etiam commune sit, &
per se virtus sit amplectenda; Vnde Apollonius Thieneus, apud Philostratũ:
9 Nullæ inquit leges, vel Atheniensium, vel Lacedemoniorum, vel aliarum
gentium præmia vnquam proponunt ijs, qui non homicidæ, non fures, non
adulteri, non sacrilegi extitere, aliove quouis modo leges non violauere: Nul
la namque etiam lege ciuili existente, ad recta, iustaque peragenda compelli-
mur, sed non modo legislatores, verum etiam priuati victori præmia donãt.
Sed quo tandem me rapuit calamus, vt tam leuia scriberem, cum me ad altio
10 ra, quinimmo super naturam reuocet, & euehat summa legislatoria potestas,
quæ non solum fictione legis Corneliæ, & postliminij de quibus abundè su-
11 pra, sed etiam criminum expiatione vires suas immensas ostendit, vt non in
gloria, sed veneranda, & tremenda diu visa fuerit? Scelera namque occulta
varijs modis, quæ nempè zelotypiæ ferri cãdentis, & duelli detegenda, ex-
piandaque religiosè curabat. Ecce enim magnum Legislatorem Moysem e. cõsuluisti, & c. in hb. nã
adulterij maculas detegentem, & expiantem. Nam si vir adulterij suspe- que Moises.
12 ctam vxorem habebat, & id testibus comprobari non poterat mulieris ca- 2. q. 4.
piti sacrosanctum, & ineffabile nomen Dei Tetragrammaton inscribebat,
tum sumpta aqua apud sacram aram, ita exorcismo imprecabatur, si non
dormiuit tecum vir alienus, & si polluta non es deserto mariti thoro, non
tenebunt te aquæ istæ amarissimæ, in quas maledicta congessi. Si autem
declinasti à viro tuo atque polluta es, & concubuisti cum alio viro, his
maledictionibus subiacebis; Putrescere faciat Dominus femur tuum, &
tumens vterus tuus disrumpatur, ingrediantur que aquæ maledictæ in ven
trem tuum, & vtero tumescente putrescat femur tuum. Ecce insuper le-
gis virtutem ferro candenti crimina purgantem. In Liuonia. n. & alibi si cri-
minis alicuius suspicio incidisset, q testibus probari nequiret, cogebantur su-
specti indicium ferri candentis subire, quibus si qua ex indè adustio contin-
geret, legis pœnam subibant. Cogebantur enim ignitum ferrum manibus tol
lere, & super ignem ambulare: putabant enim minimè dolorem aliquem

13 sensorum, qui veritatem dixisset, maximum fidei, & innocentiæ signum. Talia apud Sophoclem leguntur.

καὶ δ' οἷς γεναργής, ἀλλ' ἔφευγε τὸ μὴ εἰδέναι,
ἦμεν δ' ἑτοιμοι καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν,
καὶ πῦρ διέρπειν καὶ θεοὺς ὁρκωμοτεῖν,
τὸ μήτε δρᾶσαι, μήτε τῳ ξυνειδέναι,
τὸ πρᾶγμα βουλεύσαντι μήτ' εἰργασμένῳ,
Nemoq; deprehensus est nosq; latuit
Sumus vero parati, & candens ferrum manibus tollere
Et per ignem serpere Deosq; iurari
Nec fecisse, nec fuisse conscios
Eius, qui de hac re consilium habuerit, nec eius, qui eam fecerit.

14 Hæc etiam à Pontifice Romano Honorio Tertio execrante colliguntur, de quibus etiam Didacus, Cuiatius, & alij.

Ext. de purg. vul. c. dilecti filij. Didac. varia. resolu. lib. 4. c. 23. Cuia. de feu dis, lib. 1. c. 1. Auth. vt non fiât pign. p al. c. 1. de iniur. & dam. dato. lib. 6.

15 Ecce demum Androlepsias, & duella ab hac suprema legis virtute emanātia: Erat lex duodecim tabularum, si quis violenta morte obierit, pro hac gentibus, & cognatis androlepsiæ sunto. Has prohibuit etiam Iustinianus, easque hominum pignorationes vocauit: Has interdixit summus Pontifex: has Bartolus barbara voce represalias appellauit, & has in ciuilibus obseruari a-
16 pud aliquas gentes non me latet: Duellum itidem, siue Monomachiam ad eruendam è tenebris veritatem permiserunt leges. Quod tantopere milites, & viri honestissimi, ac fortissimi affectant, & anhelant, vt ius Deumq; ipsum in armis, etiam singulari certamine versari sibi persuadeant. Vnde vi-
17 ctoribus coronæ ac trophea gloriosè offeruntur, quale tropheum occiso Mezentio Aeneas Marti erexit

Ingentem quercum decisis vndiq; ramis
Constituit tumulo fulgentiaq; induit arma
Mezenti ducis exuuias tibi magne Tropheum
Bellipotens aptas rorantes sanguine cristas
Telaq; trunca viri, & bis sex thorace petitum
Perfossumq; locis, clypeumq; ex ære sinistra
Subligat atque ensem collo suspendit eburna.

Duellum intelligo singulare certamen, aut pugnam æquis legibus dimi-
18 cantium, quasi duorum bellum, quod Monomachia dicitur, idest vnius pugna cum vno. Huius autem tres species in iure ciuili esse videntur: Prima quę
19 fit propter honorem, gloriam, & fortitudinem, quæ inter Athletas in Olympicis maximè obseruabatur, cursu, saltu, pugil luctatione hæc iure ciuili admittitur: Proinde si quis in colluctatione pancratij hominem occiderit cessat Aquilia: Secunda inimicitiæ, & vltionis gratia, quæ prohibita est, nisi repente fiat ad necessariam defensionem, quia vim vi repellere licet: Tertia vero introducta fuit ad refellendum purgandumve obiectum crimen, quod te-
20 stibus probari minime posset. Hæc species duobus casibus iure ciuili admissa legitur, primo quando inita vtrinque generali pace quispiam hominē occiderit pacemque violauerit: reus enim est capitalis iudicij, nisi armis in duello probare velit se id pro sui necessaria tutela fecisse. Deinde quando alterum quis vulnerauerit. Nam ei sunt manus amputandæ, nisi pariter ad

l. qua actione §. si in ea luctatione. ff. ad leg. Aq. l. vt vim. de iust. & iu.

sui

ſui neceſſariam defenſionem vulneraſſe in duello armis ſe probaturum offe-
rat, vt in conſtitutione Federici Imperatoris de pace Conſtantiæ, legere eſt : §. 1. & §. 2. de vulneribus.
21 Duellum igitur ſi fiat ob cauſam publicam vtilemq́ue patriæ, quale inter Al-
banos, & Romanos factum commemorat Liuius, id omnes licitum, & iuſtum
arbitrati ſunt. Quæ ſane Monomachia ſolenni ſpecie loci, temporis, armo- Vaſq. q. 1. c. 21.
22 rum, ac verborum, quæ longum eſſet recenſere, ſummopere celebratur, vt
non minorem exigat in armis animi ingenium ac deſteritatem, quàm corpo-
23 ris fortitudinem. Nam cum generoſus, & fortiſſimus, ille eques omnes ci-
ues Zomoranos publicè proditores proclamaſſet, & ad ſingulare certamen
prouocaſſet: ſe enim pugnaturum offerebat, non cum vno tantum, ſed cum
quinque ſeparatim, decreta fuit arena, vel duelli campus in quo ſtrenuè pu-
gnauit cum tribus filijs Zamorani ciuis, eosq́ue equeſtri certamine peremit,
& cum fratrem etiam quartũ lethaliter vulneraſſet, equus ſeſſorem ipſum lo
ris excisſis fugam arripiens extra metam, duellumq́ue ipſum tranſgreſſus eue-
xit, qui cum ſe extra arenam tranſlatum aduertiſſet equum gladio transfo-
dit, & ad metam fortiſſimus, ac generoſus redijt, vt cum quinto pugnaret, id
quod ciues Zamorani negarunt fieri poſſe, quaſi nobilis ille prouocator vi-
ctus eo ipſo videretur, quòd extra lineas campi deſignatas ab equo, vel inui-
ctus tranſuectus fuerat, & ſub iudice adhuc eam litem eſſe egregiè retulit Fer lib. 1. c. 12.
randus Vaſquius in illuſtribus quæſtionibus, ſed hæc demum tanquam teme
re Dei iudicium tentantia cum innocentes quoque ob alia ſua peccata ſingu c. monomachia. 2. q. 1.
24 lari pugna ſuperati legantur, iure optimo à Romano Pontifice interdicta c. 2. de purg. vulg.
fuerunt.

De conſuetudine, & an ſit lege præſtantior : Cap. XXXIII.

1 *Ius non ſcriptum in duas partes diuiſum, in æquitatem, & conſuetudinem.*
2 *Conſuetudo paulatim in mores hominum influit.*
3 *Mores ſunt ritus conſuetudinem præcedentes.*
4 *Quomodo definiatur conſuetudo.*
5 *Quæ requirantur ad inducendam conſuetudinem.*
6 *Diuturna conſuetudo pro lege obſeruari ſolet.*
7 *Temporis diuturnitas arbitrio iudicis remittenda.*
8 *Conſuetudo cito etiam poteſt introduci.*
9 *Regulariter decennij ſpatio diuturna putatur.*
10 *Conſuetudinis effectus, aut confirmat, aut conſtituit ius, aut interpretatur, aut ab rogat, aut ampliat.*
11 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*
12 *Conſuetudo ampliat.*
13 *Conſuetudo ad conſequentia, & proxima protrahit.*
14 *Conſuetudo inueterata pro lege obſeruatur.*
15 *Vtra potentior, conſuetudo, vel lex Conſtantini reſcriptum in l. C. an ſit lon. conſu.*
16 *Pro conſuetudine arguunt deducta.*
17 *Conſuetudo tanta eſt autoritatis, quanta eſt ipſa lex.*
18 *Leges Romanæ non vincunt vſum, aut mores.*
19 *Conſuetudo vincit populum Romanum.*
20 *Lex habet à conſuetudine, vt viuat, & ne abrogetur.*
21 *Pro lege argumenta deducuntur.*

22 *Lex vel ratio à consuetudine non vincitur.*
23 *Ex malis multiplicatis non tollitur lex, imò augetur.*
24 *Lex à rege, & à maiori imperio, vel potestate prouenit.*
25 *Consuetudo approbatur, vel reprobatur à principe.*
26 *Consuetudo est magnæ autoritatis, sed non tantæ quanta est ipsa lex.*
27 *Leges Romanæ de feudis non sunt locutæ.*
28 *Populus inscio principe non potest ab imperio legis se in libertatem vindicare.*
29 *Responsio Azonis, & aliorum ad rescriptum Constantini l. 2. C. quid sit.*
30 *Maior est interpretum, quàm ipsarum legum antinomia.*
31 *Propria autoris conciliatio.*
32 *Consuetudo tunc legem abrogare potest, cum prouenit à principis; vel magistratuum consensu.*

ANTEA ius in scriptum, & non scriptum diuisimus: reliquum
1 est, vt de ipsa quoque consuetudine, quæ ius non scriptum dicitur, differamus. Cuius vim tantam esse videmus, vt cum lege pugnare, & eam quandoque superare videatur: Ius non scriptum à prudentibus in duas partes diuisum est, in æquitatem, & consuetudinem. De æquitate, quæ est anima legis, dictum est à nobis ante: nunc de consuetudine agamus. Leges dantur etiam inuitis: at con-
2 suetudo non alicuius iussu, non imperio coacta; sed vltro & paulatim in mores hominum influit. Mores sunt ritus consuetudinem præcedentes, eamq;
3 paulatim inducentes. Consuetudo ab interpretibus definitur ius non scri-
4 ptum moribus diuturnis populi introductum, quod vbi lex deficit pro lege suscipitur. Ius autem non scriptum id a Cicerone esse dicitur, quod in mo-

Cic. 2. de inuent.

5 rem vetustas vulgi approbatione perduxit. Ad hanc autem consuetudinem inducendam hæc potissimum requiruntur: frequentes actus, diuturnitas tẽporis, vt rationi non repugnet, insuper vt bis sit pro ea iudicatum. Diuturna

l. diuturna. de leg.

6 enim consuetudo inquit Vlpianus, pro iure, & lege in his, quæ non ex scripto descendunt, obseruari solet. Et Hermogenes: sed ea quæ longa consuetudine comprobata sunt ac per annos plurimos obseruata, velut tacita ciuium

l. sed ea. de leg.

7 conuentione non minus, quàm ea quæ scripta sunt iura seruantur. Sed temporis diuturnitas non est legibus præstituta. Arbitrio itaque iudicis admittitur, quæ citius poterit etiam introduci, vt illa: Mos erat Hesperio in Lateo
8 quem protinus omnes Albani coluere sacrum nunc maxima rerum Roma colit. Iuris tamen prudentes consuetudinem decennij spatio introduci

vt in l. de quibus. de leg.

9 putant, quæ si ratione caruerit suam vim amittere patet, & abusum potius, quàm consuetudinem dicendam. Huius autem hi potissimum sunt effectus.

l. 2. C quæ sit lon cons.

c. veritate. distinct. 8.

10 Primum ius, aut confirmat, aut constituit. Ergo, vt ait Modestinus, ius omne, aut consensus fecit, aut necessitas constituit, aut firmauit consuetudo. Deinde aut legem interpretatur, aut eam abrogat, aut ius ampliat. Ideo Paulus si de interpretatione legis quæritur; in primis inspiciendum est, inquit, quo iure ciuitas retro in huiusmodi casibus vsa fuerit. Optima enim legum inter-

l. si de interpretatione. de leg.

11 pres est consuetudo. Et Iulianus rectissimè inquit, illud receptum est, vt leges non solum suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu hominũ per desuetudinem abrogentur. Nonnulli tamen negant eam esse consuetudinẽ, sed potius desuetudinem, idest antiquationem legis, quæ in ocio, & in non agendo, illa vero in motu, & in agendo versatur. Ius etiam ampliando ad fi-

l. quod non ratione.

l. quod vero contra. de leg.

12 milia ducit, dummodo odio digna non sit, & erronea loci consuetudo. Quod enim non ratione, sed errore introductum est, deinde consuetudine approbatum

batum,in alijs similibus non obtinet: & quod contra rationem iuris receptũ
13 est,non est producendum ad consequentiam. Quinimmo de quibus cau-
sis scriptis legibus non vtemur,id custodiri oportet quod moribus,& consue l. quibus de cau.
tudine introductum est,& si quà in re hoc defecerit,tunc quod proximum,&
consequens ei est. Si neque id quidem appareat, tunc ius, quo vrbs Roma-
na vtitur seruari oportet. Cum sit igitur consuetudinis vis tanta, non est mi
rum in dubio esse,an consuetudo sit potior lege, possitq; eam abrogare, nec-
ne? Sed quia in hac controuersia omnes ferè iuris interpretes non medio-
criter desudarunt, non absurdum esse putaui, leges quæ hac in re contrariæ
14 esse videntur subnectere. Iulianus itaque addit: inueterata consuetudo pro
lege non immerito custoditur,& hoc est ius, quod dicitur moribus constitu-
tum. Nam cum ipsæ leges nulla ex alia causa nos teneant, quàm quod iudi
cio populi receptæ sunt, meritò & ea quæ sine vllo scripto populus proba-
uit,tenebunt omnes. Nam quid interest, suffragio populus voluntatem suã
declaret,an rebus ipsis,& factis? Quare rectissimè etiam illud receptum est,
vt leges non solo suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omniũ per
desuetudinem abrogentur. At Constantinus imperator ad Proclum scri- l. 2 C quæ sit lon. cons.
bens inquit, Consuetudinis, vsusque longæui non vilis authoritas est, verũ
non vsque adeo sui valitura momento, vt aut rationem vincat, aut legem.
15 Pro consuetudine itaque sic argumentari liceat: Consuetudo maioris, aut
16 saltem tantæ authoritatis est, quantæ est ipsa lex. At lex abrogatur à lege:
17 Ergo lex à consuetudine abrogatur. Eius autoritatem confirmant iuribus
adductis,& præsertim Pauli sententia: Immo magnæ autoritatis hoc ius est l. immo magnæ, de leg.
adeoque probatum,vt id scripto comprehendere necesse non fuerit. Deinde
18 legum Romanarum non est ius,& autoritas tanta, vt vsum vincat, aut mo-
res: Ergo consuetudo potentior. Præterea: si vinco, à quo tu vinceris, te lib. 2. de feu. ca. §. legum autem.
vincam tanto magis: sed consuetudo vincit populum Romanum,qui legem
19 superat,quia leges mutare potest, ergo multo magis leges populi ab ea supe-
rabuntur. Deinde Iuliani autoritate nituntur, dicentis: leges non solo suf- l. de accessionibus. ff. de diuer.& tẽp. præsc.
fragio legislatoris, sed etiam tacito consensum omnium per desuetudinem
abrogari. Arqui à quocunque res habet,vt sit,& viuat, eo profectò est infe- l. de quibus. de can.
20 rior: sed lex consequitur à consuetudine,vt viuat,ne scilicet abrogetur, er-
go lex inferior consuetudine.
21 Qui autem contra consuetudinem tuentur legem, sic aiunt: si lex vel ra-
22 tio à consuetudine non vincitur, vt in rescripto imperiali habetur, ergo lex
23 erit potentior. Præterea ex malis multiplicatis non tollitur lex, immo addi
tur ei. Nam multis grassantibus malis magis insurgunt leges. Sed consue- l. capitaliũ. § grassatores & §. famosos latrones. ff. de pœn.
tudo est malum, quia reiteratis actibus contra legem nititur: ergo magis
malum, ergo contra eam ius,& lex magis augetur. Deinde: quæ à maiori
potestate,vel autoritate proueniunt,ea efficaciæ esse maioris putantur. Sed
24 lex à rege, ab imperatore,vel ab alijs ad quos Reipublicæ administratio,vel
gubernatio spectat,prouenit: Consuetudo verò à subiectis,& priuatis. Lex
25 igitur potentior. Denique consuetudo approbatur,vel reprobatur à princi-
pe: Princeps autem optimus, est regula,est anima scriptæ legis. Erit itaque authẽ. cassa, & irrita. C. de epis.& cl. auth. nauigia C. de fur.
26 lex semper præferenda. Et quamuis consuetudo magnæ sit autoritatis, non
est tamen simpliciter tantæ, quantæ ipsa lex,quæ à principe prouenit. Tum,
27 etiamsi leges Romanæ dicantur non vincere mores, vel consuetudines feu-
dorum,non est mirum,quia de ipsis feudis nullam mentionem fecere,non au
tem quòd leges principum consuetudinem reijcere,vel confirmare non pos-
sint: quæ sanè leges possunt antiquari, vel desuetudine non obseruari, ita

28 principe permittente. sed non propterea populus ab imperio legis consue-
tudine aliqua inscio principe, aut non consentiente se in libertatem vindica
re potest. Verum in Constantini rescripto, & Iuliani responso conciliandis
29 à multis sudatum est multum. Azo consuetudinem specialem legi præualere
in loco particulari dicit. Alij bonam à mala consuetudine distinguunt: Nō-
nulli id quod est à lege sancitum: Alij legis autoritatem intuentur: sunt qui
rescripti sententiam longè diuersam requirant ab ea, quam verba demon-
strant; vsque adeo vt multo maior interpretum, quàm ipsarum legum anti-
30 nomia esse videatur. Putamus nihilominus à consuetudine rege inscio,
31 vel non consentiente legem abrogari minimè posse. Nam dum eius vim
Constantinus tantam esse negat, vt rationem vincat, aut legem, duas esse
legis partes ostendit, rationem, & ipsius legis imperium, de quibus latius
in superioribus. Consuetudo contra rationem non valet, quia potius esset
(vt diximus) abusus, & error: nec legem inquit, superat ratione à lege remo
ta, de qua locutus est prius. Quærendum nunc, quænam sit alia pars le-
gis? Manifestum est, virtutem eam esse legis, vim nempè coercendi, & im-
perandi, siue imperium ipsum, quo aut iubet aut vetat. Ait igitur, consue
tudinem nec hoc imperium legis, siue autoritatem vincere posse. Nam cū
legislatoris voluntate pugnaret, & sic (quod ab omni ratione est alienum)
consuetudo, quæ caret consensu principis cum lege, idest cum imperio, &
ipsius principis voluntate contenderet. Quo circa certi iuris esse putandū
est, consuetudinem nondum à legislatore, populo, vel magistratu legis con
dendæ potestatem habente approbatam legem abrogare non posse. Quod
ideo fieri non posse à prudentibus affirmatur, quia ciues nulla contraria cō-
suetudine ab imperio legis, ignaro principe, vel nolente, sese liberare pos-
32 sunt. Sed tum consuetudo legem abrogare dicitur, cum à principis, ma-
gistratus, vel populi interpretandi, & tollendi leges vim habentis, consen-
su venit, vel si fuerit ab eis confirmata. Sed tunc quod non est scriptū ius,
in scriptum conuertitur. Ideo Iulianus de consuetudine eo modo compro-
bator locutus videtur. Hæc igitur responsa non sunt contraria. Praua nam-
que consuetudo iustas leges nūquam abrogare potest, nec iuri positiuo ob-
esse, nisi recta, & legitima ratione præscripta fuerit.

Princeps an sit solutus legibus, & de principis potestate ordinaria, & absoluta. Cap. XXXIIII.

1 *Principis materia reliquis est dignior.*
2 *Audaur vexilla scelerata in aula regum, Princeps est solutus legibus si princeps ob meritum indulsit alicui, legem esse constat.*
3 *Baldus principem iure ciuili, non iure naturali liberum putauit.*
4 *Bartolus vero quia princeps vltro se legibus subijcit.*
5 *Alij liberum aiunt a iure positiuo.*
6 *Principem non esse liberum à iure ciuili.*
7 *Principem liberum à iure positiuo, vel arbitrario, & alios magistratus.*
8 *Principem subijci iuri ciuili.*
9 *Principem posse voluntatem testatoris mutare, & capacem reddere capacem.*
10 *Principem duplicem habere potestatem, ordinariam, & absolutam. Absoluta potentia potest decernere non obstantibus legibus.*
11 *Solus princeps supremus potest vti clausula non obstantibus legibus.*

12 *Qui*

12 *Qui nam principes legibus Cæsareis non subiaceant.*
13 *Nec summus Pontifex potest vti clausula, non obstantibus legibus ciuilibus: nec Imperator, non obstantibus legibus canonicis.*
14 *Principem posse supra, & contra ius.*
15 *Sacrilegij crimen, disputare de principis potestate.*
16 *Qui profiteantur, principum legibus subiacere.*
17 *Legibus conuenit autoritas in homines, non hominibus in leges.*
18 *De legatis principum detrahitur falcidia, & testamentum iure factum imperiali rescripto non rescinditur.*
19 *Tiberius Imperator testatoris voluntatem reclamante senatu subuertere non potuit.*
20 *Plures intelligentiæ l. princeps est solutus legibus.*
21 *Magistratus cum Ioue non sunt distribuendi.*
22 *Quam egregia Plutarchus de principe, & de lege.*
23 *Principem non posse absoluta potestate sua tertio acquisitum auferre.*
24 *Plenitudo potestatis ad malum, esset plenitudo tempestatis.*
25 *Testamentum an sit de iure gentium, vel ciuili.*
26 *Executio, & vires testamenti retrotrahuntur ad tempus mortis.*
27 *Principis illa absoluta potestas reijcitur.*
28 *Reges, & Imperatores à summo Pontifice regno depositi.*
29 *Quæ absoluta potestas in principe admittenda.*

1 QVEMADMODVM princeps nobilitate, ac virtute cæteris omnibus præstat: ita principis materia reliquis dignior, & vtilior existimatur. Quamobrem post legem scriptam, & non scriptam conueniens fore duxi, de suprema principis potestate nunc disputare, & quærere, an princeps legibus sit solutus,
2 quod Corasius in Miscellaneis execratur. Auditur, inquit, vox illa scelerata, etiam à Theologis, assiduè auribus regum in aula blandiens, Princeps est legibus solutus. Hoc itaque in controuersiam venit. Et qui ab hominum opinione, non à natura pendere ius crediderunt, principem supra leges, supraque iura, ijs omnibus liberum ac prorsus absolutum constituerunt, nixi
3 prius trito, vulgatoque illo Vlpiani responso: Item quia si ob merita indulsit alicui, vel si cui pœnam irrogauit, legem esse constat. Quorum verborum vt intelligentiam consequerentur, laborarunt antiqui non mediocriter. Baldus
4 quidem, principem iure ciuili, non iure naturali, & diuino liberum esse exi-
5 stimauit. Bartolus autem, quia princeps sua sponte nulla necessitate coactus se legibus submittit, ideo ijs solutus esse censetur. Alij verò eum iure positiuo
6 liberum esse, videntur innuere; illi aiunt; isti negant. Sed omnes hi à vera Vlpiani sententia aberrant quàm longissimè. Qui enim eum à iure positi-
7 uo liberum esse putant, si positiuum ius ciuile iudicant, non minori versantur in errore, quàm cæteri. Nam quod naturalis ratio inter omnes gentes constituit, id certè ab omnibus, nec ipso principe excepto peræque custoditur, vocaturque ius gentium; Ius autem ciuile est, quod nec penitus à iure naturali, vel gentium recedit, nec omninò seruit ei, quod nunquam naturali ratione destitutum est: alioqui nec ius esset. Quis autem, præsertim cũ non de tyranno, sed de optimo principe agatur, eum ciuilis naturalisve rationis expertem dixerit? Sin autem positiuum intelligunt solennitates, vel arbitria quædam, vt si præfectus vigilum edicat, ne quis armatus à prima ma gis, quam à secunda hora noctis per vrbem vagetur: Hoc enim in ipsius præ-
fecti

8 facti arbitrio punitur, rationis loco voluntas esse videtur, non ideo tamen
princeps, quia talis sit, hoc iure solutus est, sed quia res huiusmodi est, vt
nullo iure, vel solo regnantis arbitrio id decerni possit: quod non solum im
peratoribus, sed etiam reliquis, qui iuris custodiendi aliquam potestatem
habent, esse commune non dubitamus. Huc accedunt, quæ docte susti-
nentur à Vasquio, principem esse custodem, & executorem legum, & legis-
9 latorem, ob publicam vtilitatem. Proinde tum non posse sine iusta causa
10 recedere à iure ciuili. Præterea eo nituntur maximè, quòd princeps potest
voluntatem testatoris mutare, incapacem etiam facere capacem iuris, & suc
cessionis in præiudicium alterius, spurios itidem legitimare, & vni auferre
res suas, & alteri tradere, omnes defectus, & imperfectiones supplere, le-
gemque corrigere, nedum interpretari. Demum distinguunt: aut loquimur
11 de potentia principis ordinaria, aut de absoluta. Si de hac vltima, tunc aiūt,
principem posse facere supra ius, & contra ius quicquid sibi libuerit. Qua
sanè distinctione Paulum Castrensem, Baldum, Decium, Angelum, & ple
rosque vsos fuisse legimus, eam veriorem existimantes, maximè si clausulæ
illæ fuerint adhibitæ, non obstantibus legibus, vel ex certa animi sui scien-
tia: addentes, solum principem supremum, qui scilicet non cognoscit supe
12 riorem, vt est summus Pontifex, vt Imperator, posse vti clausula, non ob-
stantibus legibus, quam solent adhibere priuilegijs, rescriptis, & similibus.
13 Huiusmodi sunt Serenissimi Reges Hispaniarum, & Galliarum, item Illu-
strissimi Veneti, ac alij, qui ex longa consuetudine præscripserunt sibi liber
tatem, vt vno excepto Deo omnipotente neminem superiorem agnoscant.

Ioan. Bolog. § l. nemo potest. de legs. 1. num. 48. & 49.

notantur in c. Ecclesiæ S. Mariæ, de cō stitu.

14 Quinimmo (vt sentit Bolognetus) nec summus Pōtifex potest vti clausula,
non obstantibus legibus ciuilibus, si non agatur de materia peccati: nec im
perator potest vti clausula, non obstantibus legibus canonicis: quia duo
sunt luminaria magna in mundo habentia suas iurisdictiones, & potestates
æqualiter potentes in quibusdam, licet vna sit maior altera: nec vnus po-
test legem alterius tollere, dummodo leges illæ non respiciant salutem ani-
marum. Etenim semper in his autoritas Pontificis erit præferenda. In alijs
verò non potest imperator legitimare subiectum natum ex matrimonio re-
probato lege canonica, nec ponere clausulam, non obstantibus legibus ca
nonicis. Nam legitimatus fieret capax eorum tantum, quæ sunt subiecta
suo principi. Vnde, vt perficiatur legitimatio oportet eam à Pontifice con
15 firmari, & ab eodem adhiberi clausulam, non obstantibus legibus canoni-
cis. Nec Pontifex extra terras Ecclesiæ legitimare potest, vt ipsemet profi-
tetur. Nec legitimationes aliorum principum in vrbibus Illustrissimi Do-
minij Veneti facti sustinerentur, nisi ex consuetudine reciperentur. Alij ve
ro secundi à principe non possunt vti hac clausula, nec Episcopi, nec Pa-
triarchæ, nec Cardinales, nec Legati à latere. Quamobrem magnifacien-
tes absolutam principis potestatem, aiunt solutum legibus posse supra ius, &
contra ius statuere. Nec ei potest obijci, cur ita faciat, & sacrilegij crimen
16 arbitrantur de principis potentia disputare, Baldi rationem in ore habentes.
Nam princeps est causa causarum, & primæ causæ nulla est causa. Ecōuer
sò Romanus, Fulgosius, Corasius, Vasquius, alijq; principem legibus sub-
17 iacere professi sunt, quòd æquius esse sapientissima illustrium virorum re-
sponsa ostendunt. Nam Antigonus Macedonum rex dicenti cuidam, om-
nia regibus licere: per Iouem, inquit, barbarorum regibus: nobis autem li-
cita, quæ honesta sunt. Et Archidamus roganti, quinam essent Spartanæ
ciuitatis præfecti? leges inquit, ac legitimi magistratus: Et Pausanias rogāti,
quam-

Soc. in rubri. & § l. Gallos. §. & quid si tantum, de lib. & post.

c. 2. de cōcess. præb.

c. quāuis. de pœn. dist. 1.

l. disputare. C. de crimi. sacr.

l. per venerabilem, qui fi. sint leg.

Decia. consi. 3. nu. 107. volum. 1.

Goz. resp. 48 nu. 24.

Paris. consi. 5 num. 1. consi. 10. nu. 18. & consi. 14. nu. 33. vol. 2.

18 quamobrem apud Spartanos nefas esset vllam priscarum legum nouare, quo
niam inquit legibus conuenit autoritas in homines, non hominibus in le-
ges: Et Heraclitus Ephesius, ciues pro legibus non segnius, quàm pro mœ
nibus pugnare suadebat. Has partes illi secuti sunt, quia princeps obligatur
in contractibus initis cum priuato naturaliter, & ea obligatio est efficax ad
agendum, vt plerique Cæsarei, & Pontificij crediderunt; adeo vt nec po-
testate absoluta possit princeps ab eo contractu recedere, vt Vasquius egre-
19 giè sustinet. His accedit, quod de legatis principis detrahitur falcidia, &
testamentum iure factum autoritate imperialis rescripti rescindi non opor-
tet, nec donationem. Quinimmo ius alicui acquisitum, nec imperator po
test pro summo suo imperio auferre nec violare, mutareve testatorum vo-
luntatē. Nam cum à patritio Romano legata fuisset imperatori Tiberio ma
20 xima pecuniarum quantitas, vt theatrum Romæ construeretur, velletque
Tiberius Cæsar hoc legatum in alia munera publica conuertere, puta, viam
electis lapidibus sternere, id facere dissentiente Senatu, minimè potuit, vt
Suetonius in Tiberio retulit. Ex his redditur varia, & ambigua legis inter-
pretatio, Princeps est legibus solutus. Et licet Vasquius conetur ostende-
re suos principes subiacere legibus, & Corasius conqueratur de hac impia
quorundam aulicorum voce, in regum, & principum aulis quotidie audiri
solita, ego tamen principes meos, & alienos pariter legibus solutos malo.
Quamobrem plures puto huic legi adhiberi posse intelligentias pluresve mo
21 dos, quibus regem legibus solutum demonstrare possum. Primum enim in
interpretanda corrigendaque lege muta, & surda ac inexorabili opus est o-
ptimo principe, hoc est animata legē, hanc interpretante, vel si opus fuerit
corrigente, vt supra de æquitate, seu ἐπιείκεια latissimè disseruimus. Ergo
princeps legibus est solutus. Deinde à virtute legis imperante, vel coercen
te liber est. Patet: nam semetipsum legibus subijcit, & digna vox est maiestate
regnantis, se principem profiteri. Adeo de autoritate iuris, nostra pendet au-
toritas, & re vera maius imperio est summittere legibus principatum. Insuper
iure positiuo immunis est. Nam supplet in contractibus, & testis deficientes
solennitates: iusq; positiuum intelligo, quod nec ius naturale oĩno sit, nec ius
gentium, qualia sunt arbitraria, quæ magis recedūt à lege æterna. Postremò
dico, & malo principem meum legibus esse solutum, quia perfectissimus, æqᷓs
simus, & sanctissimus est, quemadmodū dicemus, viro iusto data non est lex,
sed indigentibus, vt ad iustitiam redigātur. Quo sensu talem voluit principē
nempe legibus solutū Philosophus ipse tertio Politic. leges siquidem necessa
riæ sunt inter æquales, vt actiones eorum ad æquum, & bonum perducātur,
iustitiaq; distributiua, & commutatiua regantur. Ideo proportio aliqua, vt æ-
quitas seruari possit exigitur. At si princeps, prout eum decet tanta virtute p-
stet, vt reliquorum ciuium, vel vniuersorum virtus cum eius virtute nullo pa
cto sit comparanda, ciuitatis pars censeri non debet, eique haud dubiè fieret
iniuria, si cæteris æqualis censeretur, talemq; virum tanquā Deum inter ho-
mines colere debemus, cui leges non feruntur. Non est. n. lex data iusto, sed ip
se potius omnibus pro lege esse debet. Cæteris autem dantur leges, vt huma-
na coerceatur audacia, & inter improbos tuta sit innocentia. Propter sum-
mam itaque virtutis excellentiā est princeps legibus solutus, quia nulla æqui
tas ex arithmetica, vel geometrica proportione ei cum reliquis ciuibus es-
se potest, haud secus, ac si Ioue imperium, aut vrbem regente putaret
22 quis magistratus cum eo distribuendos. Nec Argonautæ Herculem ad
trahendam nauim sibi socium dari paterentur, cum Herculeæ vires

Argonautarum viribus ita præualerent, vt ipsi aut nullam, aut super-
fluam operam præstitisse videri possent. Ne irascatur itaque Corasius, ne
vitio vertat Theologis, & mihi, cupientibus in aula imperiali audire vo-
cem, Princeps est legibus solutus. Nec obstat huic nostrę sententiæ,
quòd Corasij, & Vasquij principes contrahendo cum subiectis, & priuatis
obligantur. Nam diuersum est ius principis, Antonini principis, magis diuer-
sum principis contrahentis: diuersissimum verò Antonini contrahentis, cum
à simplicibus ad non simplicia argumentari non liceat, vt ipse modo publicā,
modo priuatam, modo aliam personam gerat, vitamq; suam, & actiones om-
nes non contra legem, sed secundum ipsam moderetur, & regat: alioqui con-
tra semetipsum ageret. Nec propterea tamen lege tenetur. Quicquid enim a-
git, spontè non iussu legis, vel alio imperante efficit. Hinc rectè Plutarchus:
23 lex inquit, Principis imperatrix erit non illa quidem, vt in libris extrinsecus
scripta, aut in tabulis, sed animata intus in ipso ratio, semper cum eo conuer-
sans, eiusdemq; obseruatrix, quæque eius animam nunquam sinit tutela sua
esse vacuam. Et ex his cæterę rationes contra adductæ, quàm facillimè per se
corruunt. Nec officiunt aduersa illa iura eorum, qui ius ab hominum opinio-
ne eo pendere putauit, quod princeps sit legibus solutus. Neq; enim hoc in-
de sequitur, quia non est solutus, vt contra legem agere possit, sed quia liberè
agit secundum legem nullo coactus legis imperio. Quæ cum sit ratio illius na
turalis, manifestè patet tum esse à natura legem, tum Principem quo diximus
modo legibus esse solutum. Nec obstat principem posse vni res suas auferre,
& alteri tradere. Nam si ius quæsitum fuerit alicui, dicimus principem nec
24 absoluta potestate, nec imperio suo posse id facere, nisi iusta aliqua de causa,
publicæ nempè vtilitatis, vel alterius gratia, & nisi ei congruum, & dignum
quid conferatur, vel compensetur pro re sibi ablata. Quod multa iura indica
re videntur: nec plenitudo potestatis ad malum, vel iniuriam extendi potest.
25 Esset enim plenitudo tempestatis, non potestatis. Proindè asserimus, nec ab-
soluta sua potestate ordinem successionis à testatore decretum posse subuer-
tere, vt plerique interpretantur in eo responso: Nemo potest facere quin le-
26 leges habeant locum in suo testamento. Quamuis enim aliqui putent testan
di facultatem esse de iure ciuili, tum quia à Solone introducta dicitur, vt Plu
tarchus in Solone retulit, vtpotè quæ collata in tempus inhabile, quo pater-
familias iam defunctus non potest amplius bonorum esse dominus; tum quia
Cornelio Tacito, & alijs autoribus, Germani, & aliæ gentes non faciebant,
& vix hodie aliquandò faciunt testamentum, nullam verò vnquam secun-
dam substitutionem, quia cum non sit commune omnibus gentibus, non e-
rit iurisgentium, negari tamen minimè potest testamentum quo ad solenni-
tates, & alia quædam esse quidem iuris ciuilis, ac prætorij: quo vero ad
liberam testandi facultatem esse iuris gentium naturalis, quod apertè in-
finuat Iustinianus. Per traditionem quoque iure naturali res inquit no-
bis acquiruntur. Nihil enim tam conueniens est naturali æquitati,
quàm voluntatem domini volentis rem suam in alium transferre ra-
tam haberi. Interdum etiam nuda voluntas domini sufficit ad rem trans-
ferendam. Et id comprobat imperator. Nihil est enim, quod magis
hominibus debeatur, quam vt supremæ voluntatis, postquam iam aliud
velle non possunt, liber sit stilus, & licitum, quod iterum non redit ar-
bitrium. Libertas enim naturalis facultas esse definitur, eius, quod cui-
que facere libet. Quæ legandi facultatem communem fuisse gentibus,
tam ante legem duodecim tabularum, quàm postea, rectè putandum
est,

Docto. in c. constitutus. de religio. l. doni. & in c. quę in ecclesiarū. de constit. in l. fi. C. si contra ius & vti. pu. e gregi. Vasq. lib. 1. qq. c. 5.

l. Lucius. de euict. l. itē si verb. §. 3. de rei ven. l. vēditor. §. si cō stat. ff. com. præd.

§. per traditionem. § interdum. de rer. diuis. l. 1. C. de sacrosanc. ecc.

eſt, cum profluat ab eo iuriſgentium fonte, à quo dominia rerum diſtincta
fuerunt, & cum naturam ducem ac parentem habeat, qua comite ad omnes
gentes peruenit. Et quamuis inter tot aliqua natio ea non vteretur teſtandi
facultate, non tamen desineret ob id eſſe iuriſgentium naturalis. Nam, etſi
vſus non eſt omnibus communis, ratio tamen proximaque potentia vtique
communis eſt omnibus. Præterea ex teſtamento etiam minus ſolenni, &
legatis oritur naturalis obligatio, quæ impedit ſoluti repetitionem: quæ ſanè
legandi facultas Romana, licet iure ciuili cenſeatur ad actum, & vſum intro-
ducta, & ab eo ſuſceperit modum, perſonas, & quantitatē, vtputa l. Falcid. Se
natuſconſulto Trebelliano, & alijs legibus, ne peregrinus poſſit facere teſta-
mentum, ſed ſolum ciuis Romanus, neve is poſſit vltra dodrantem legare, ex
tamen externæ accidentaleſq; formæ internam, ac naturalem legandi facul-
tatem labefactare minimè poſſunt: Et ſufficit teſtatorem dominum eſſe earū
rerum tempore teſtamenti, eoq; maximè, quod eius diſpoſitio, vel diſpoſitio
nis executio retrahitur ad tempus mortis, vt in iure ratihabitionē ad actū, &
pleraq; retrahi videmus. Demum eſto etiam iuris ciuilis ſit teſtamentum, ꝗ
27 ſemper negatur, non ob id poterit princeps, quæ ſunt iuris ciuilis ſubuertere,
vt ſupra oſtendimus. garriat, vt velit Accurſius in precibus Imperatori offe-
rendis. Et quamuis poſſit inhabilem iuris capacem facere, & illegitimum le-
gitimum, non poterit tñ ſecundum cōem prudentum ſententiam iuri alteri
quæſito irrogare. Quinimò ſi teſtator prohibuerit hæreditatem peruenire in
deſcendentes ſpurios, & legitimatos, non poterit princeps (vt rectè Didacus
exiſtimauit) in præiudicium legitimæ prolis filios ſpurios legitimare: quē-
admodum nec pōt ſubiectum prohibere, ne de rebus ſuis ad libitū diſponat,
28 quibus voluerit honeſtis tñ legibus, ſiue conditionibus. Quamobrem dete-
ſtanda pleriſq;, & reijcienda viſa eſt abſoluta illa poteſtas in principe, quam
nonnulli iureconſulti à Theologis de ſummo Deo mutuati humano principi
temerè auſi ſunt applicare. Nulla. n. eſt poteſtas in iuſto principe, quæ ordina-
riam eius, & legum excedat potentiam, quæq; liminibus iuris naturalis, & gē
tium non claudatur, vt egregiè Didacus, & Vaſquius, & latiſſimè alij tradide-
runt. Neq;. n. pōt nefanda, ac iniuria in iuſta conuertere, nec iuſta in iniuſta.
Proinde corruūt ēt adulatoria illa blandimenta, ꝗ princeps prima ſit cauſarū
cauſa, quodq; ſupra, & contra ius ipſum valeat, cum nullū ſit animal rōne præ
ditū, ꝗ iuri, ac iuſtitię non ſubijciatur, à qua ſi longè receſſerint imperatores,
vel reges, vel principes, & qui nefandum moliri auſi fuerant, conſueuerunt à
29 populis, vel à ſummo Pontifice imperio, regno, vel principatu abdicari: quē-
admodum a Leone I. & ſummo Pontifice Theodoſiū Imperatorē, & à Zacha
ria Hildebrandum Gallorū Regē, à Gregorio VII. Henricum III. ab Innocē-
tio III. Othonem Saxoniæ ducē, ac Romanorū regem, à Martino IIII. Petrū
Aragonum regē, & à Bonifacio VIII. Luſitaniæ regem, & ab alijs alios regno,
ac imperio priuatos fuiſſe memoriæ proditum eſt. Fateri tamen oportet lōgè
maiorem eſſe principis, ꝗ aliorū autoritatē, nec oībus conuenire ſubiectis de
eius principali iudicio diſputare, & ſacrilegij inſtar eſſe dubitare, an dignus
ſit, quem elegerit imperator. Nā in electionibus, in priuilegijs, in reſcriptis, in
diſpēſationibus, in ltimationibus, ac in ſimilibus, maximā eſſe principis potē
tiā, fatēdū eſt, ipſumq; in his liberius poſſe iuris relaxare habenas, vtiq; clauſu
la, nō obſtātibus legibus, dūmodo iura alteri quæſita non labefactentur. Nā
iure factū teſtñ, ne alicui noceat, nec principali reſcripto reuocari poſſe, iu-
bet. Principem itaq; mediocris, aut communis iudicij virum legibus ſubiace
re vna cū aliis concludimus. Principē vero nr̄um vndequaq; ingenio, & vir

Bart. in l. oñ qs. C. de iur. & fac. igno.

l. cum amplius. §. in natura debet. de regu. iu.

l pen. ff. rem rat. hab.

l potior. l. q-bus. ff. qui potiores in pi. hab.

gl. in l. quoties. C. de ꝓcib. imp. off.

Doctor. in l. Gallus. §. & quid ſi tātū. ff. de li. & po.

Didac. lib. 3. reſol. cap. 6.

Vaſqu. lib. 1. q c. 1. Barth. Soc. conſilio 164. Tiraquel la lib. 2. & 12 lib. 3. & Car. in cle paſtoralis. de re iudica.

Vaſqu. q. lib. 1. c. 8.

c. alius. 15. q. 6.

c. ad apoſtolicæ. de re iu. in 6.

c. grandi, de ſupp. neg. ꝑl. in 6.

l. diſputare. C. de crimi. ſacr.

l. ſi teſtamentum rectè factum. C. de teſta.

tutibus exornatum, & pfectũ eisdẽ solutum, vt supra pfitemur. Nec absolutã eis potentiam, quæ iuris limites egrediatur decernimus, ordinariam tamen, ac absolutam in eis ita admittimus, absolutam nempè vt amplectatur legis supernaturalem virtutem, de qua antea disputabam, vt puta, vt possit iure legis Corneliæ fingere testatorem tunc cum caperetur in vrbe decessisse, vt eius testamentum sustineatur, iura patriæ potestatis in pendenti statu siste re, captumque ab hostibus iure postliminii fingere semper in vrbe fuisse, ac per se, vel per seruos possedisse, multaque præterea indulgere, dispensare, in integrum restituere, priuilegia, ac similia concedere, & eodem imperio iusta de causa tollere. Hæc itaque ea est, & tanta principis nostri potestas, quam summopere veneramur.

De iure prædominantis principis, vel ciuitatis. *Cap. XXXV.*

1 *An commemoratio iuris communis in statuto intelligatur iuris Cæsarei Romanorum, an verò dominantis ciuitatis. & nu. 2.*
3 *Exemplum in statuto Florentino, Patauino, & Vicentino.*
4 *Vtilitas quæstionis ad hæreditates, ad lucra, dotes, & ad multa similia.*
5 *Communis fuit opinio vtrinque.*
6 *Romani responsum aliquibus suspensum, vel reiectum.*
7 *Casus omissus reseruatus dicitur dispositione iuris communis.*
8 *Mens statuentium spectanda.*
9 *Spectanda origo statutorum.*
10 *Sustinendus actus, quamuis peruenerit ad casum, à quo incipere non potest.*
11 *Statuta subiectæ ciuitatis possunt corrigere ius ciuile, ergo & statuta dominantis ciuitatis.*
12 *Spectandum iusiurandum principis.*
13 *Qui tenuerint ius commune, intelligendum ius prædominantis ciuitatis.*
14 *Magis spectanda solida iuris fundamenta, quàm communis opinio.*
15 *Prius recipiendum ius dominantis ciuitatis, postea ius Cæsareum.*
16 *Mutato sacerdotio, mutatur lex: Nouus rex, noua lex, si recurrimus ad ius Cæsaris offenditur iurisdictio dominantis principis, & nu. 17.*
18 *Populus subiectus nihil moliri potest aduersus principis imperium.*
19 *Confirmatio statutorum etiam iurata non trahitur ad iniqua.*
20 *Praxis in iudicijs Illustrissimorum Venetorum.*
21 *Argumenta pro altera opinione adducta, quod intelligitur ius Romanum, diluuntur.*
22 *Seruus factus liber, non tenetur de eo quod gessit in seruitute: nec Iudæus factus Christianus de his, quæ Iudæus patrauit.*

l. omnes populi. de iust. & iu.

IVs multigenum esse in superioribus, idque non solum singulis populis, verum etiam vniuersis gentibus commune, declarauimus, vnde vel ciuile, vel gentium appellatum fuit. Verum quoniam eidem Principi, vel Reipublicæ plures subijciuntur ciuitates, quæstionis solet esse: si in vrbe in qua fit mentio iuris communis non extet consuetudo, vel ius aliquod scriptum, sed id reperia-
1 tur in ciuitate dominante, an commemoratio iuris communis percipi debeat Romanorum, an vero potius iuris communis principis vel ciuitatis prædominantis. Exemplum: statuto Pisarum, quæ ciuitas Florentiæ subiacet, sancitum

2 sancitum est, quòd casus omissi à statutis illis intelligantur, sintque reserua ti dispositioni iuris cōis, an intelligi debeant reseruati dispositioni iuris cōis Romanorum, an vero iuris statutorū, vel cōsuetudinis florētiæ. Hōi est Pata
3 uinum statutum: tale etiam Vicentinum. Vnde quæritur an ius commune intelligendum sit Cæsareum, & Romanum, an verò potius ius scriptū, vel non scriptum Reipublicæ Venetorum dominantis. Hæc sanè quæstio
4 ad varios se habet casus: proinde vtilissima est, vtputa ad onera ciuibus imposita, vt apud Socinum, ad lucrum dotis, vt apud alios, ad hæreditates: An frater vtrinque coniunctus excludat fratrem consanguineum tm̄ in hæreditate fratris vtroq; latere coniuncti, vt maximè apud Venetos, & ad similia.
5 Quamobrem cōmunis relata fuit ab interpretibus opinio vtrinq;. Quod enim intelligi debeat ius commune Romanorum, consuluit Bartolus, So-
6 cinus, Paulus Castren. Decius, qui reprehendit Romani responsum, vti cō muniter reiectum, Cæphalus, Bursatus, & Mandosius in additionibus ad Romanum, quos refert omnes D. Iacobus Menochius in præsumptionibus suis. (lib. 2. c. 6.) Et ipsi his maximè rationibus inniti videntur. Nam casus omissus iu dubio
7 & sui natura reseruatur, & subijcitur dispositioni iuris communis, & ius cō- mune simpliciter prolatum Romanum potius significat; idque magis com mune Gallis, Germanis, Italis, Hispanis, & omnibus. Præterea argumentan
8 tur à mente statuentium, qui ita statuerunt. Antequam Pisana ciuitas, Pa- tauina, vel Vicentina regi Hetruscorum, aut Reipublicæ Venetæ sese dede- (l. commodissimum, & l. Gallus. §. in sti. de libe. & posth. § quoties. de iu. nat. gent. & ciu.)
9 rit. Ergo illis verbis vsi non potuerunt intelligere ius dominantis ciuitaris, sed Romanum. Constitutiones enim municipales percipi debent secundū communem vsum loquendi. Hæc etiam confirmant, quòd municipalia iura Pisana, vel alia similia, cum lata fuerint dum Pisæ starent, dumque aliæ pariter dominarentur, iustissima sunt, vtpotè quæ non sint lata aduersus iurisdictionem, vel imperium alicuius prædominantis principis, quamuis postea ei subiectæ fuerint, cum maximè plura sustineantur facta in iure ciuili, quæ
10 tamen fieri prohibentur. Et quamuis res peruenerit ad casum, & statum à quo incipere non possit, si tamen actus ab initio perfectus valuit iure ciuili, vt huiusmodi sancitum, ob id labefactari minimè debet, vt Mandosius respō dit. Demum cum Socino ferunt, vrbem quæ se alteri fędere iunxit, & brabium, vel præmia obedientiæ signa impendit, non perdere merum mistumque imperium, cum potius alienam sibi acquirat tutelam, quàm suam transferat iurisdictionem, & posse vti statutis suis, quamuis reluctarentur dominā
11 ti ciuitati: quemadmodum Pisanæ constitutiones possunt corrigere ius ciuile Romanum, æque etiam ius prædominantis ciuitatis potestate sibi à superiori attributa. Sic aiunt Aretinam ciuitatem posse spernere consuetudines Florentiæ de vectigali imponendo in casibus in quibus specialiter loquū tur: In dubio præsumitur ciuitas acquisita sine præiudicio iurium suorum, & translatio censetur in dubio facta cum iuribus suis. (l. 1 ambiguis. §. non est nonum. de reg. iur. Soc. consi. 7. vol. 1. Bar. in l. non dubito. de capt. & postli.)

Postremò, quamuis loca inferiora superiorum constitutionibus regi debeant, id tamen vendicat sibi locum, si particulare non haberetur huiusmodi statutum: tunc enim generi per speciem derogatur. Denique si princeps
12 cui subiecti sunt, hæc statuta obseruaturum iureiurando obstrinxit. (l. seruis vrbanis. de leg. 3. l. generi per speciē. de reg. iu.)
13 Contrarias vero partes, quod immo ius commune debeat intelligi ius prędominantis ciuitatis, non autem Romanum, egregiè respondit, ac defendit Romanus, quem Socinus senior aliquando secutus est, quamuis postea recesserit ab hac opinione sese excusans contrarium consuluisse: quia propositum ei fuerat huiusmodi ibi extare consuetudinem, vt reciperetur ius præ- (consi. 118. cōsi. 72. lib. 1.)

in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. dominantis ciuitatis. Hunc secuti sunt Riminaldus senior, Gozadinus, Gratus, Andreas Alciatus, Hieronymus Zancus, & alij relati a Menoch. secundo præsumptionum, sexta præsumptione. Et Zancus profitetur hanc opinionem esse magis communem. Dicat inquit, Decius quicquid sibi libuerit: qui forsan secus dixisset si præfatos legisset autores. Hinc detegitur illorum
14 error, qui magis spectant communem opinionem siue numerum autorum, quàm solida iuris ciuilis fundamenta, quod nos in communibus erroribus animaduertimus. Horum opinio his nititur potissimum fundamentis: iuris communis appellatione primum venit ius prædominatis ciuitatis: Ex di
l. de quibus. de leg. 15 spositione etiam iuris ciuilis: eo verò cessante ius ipsum Cæsareum, quod Iulianus satis clare innuit. De quibus inquit causis scriptis legibus non vtimur, id custodiri oportet, quod moribus, & consuetudine introductum est, & si qua in re hoc defecerit, tunc quod proximum, & consequens ei est si nec id
Inst. de satis. §. vlt. quidem appareat, tunc ius quo vrbs Romana vtitur seruari oportet. Quod longè clarius ostendit Iustinianus: Quam formam inquit seruari oportet non solum in hac regia vrbe, sed etiam in omnibus nostris prouincijs obtinere censemus, cum necesse sit omnes prouincias caput omnium ciuitatum, idest hanc regiam vrbem eiusque obseruantiam sequi. Proinde loca inferiora ita conuenit à superioribus regi, vt mundum infimum à superiori moueri, & gubernari videmus. Sic inferiorem ecclesiam à metropoli: sic mutato
16 sacerdotio necesse est transferri mutarique legem: Hinc nouus rex, noua lex: sed hæ ciuitates mero mixtoque imperio prædominantis subijciuntur. Ergo ab ea ius scriptum, vel non scriptum prius recipere debent, deinde à iure ciuili. Præterea: talia statuta si hanc receperint interpretationem, inhonesta penitus, & iniusta redderentur, & ideo minimè seruanda. Nam prædominantis ciuitatis merum mixtumque imperium spernere, & ab eius imperio, ac obedientia deficere viderentur. Quamobrem irrita, & inania essent hæc statuta. Demum duo sunt nobis actus spectandi. Primus est, quo Pisæ, Florentiæ subiectæ sunt, vel Patauium Reipublicæ Venetæ: alter ve-
17 ro est, quo in casibus omissis affectant subiectæ vrbes confugere ad ius Cæsareum, sed qui facit actum incompatibilem, vel contrarium primo, recedere videtur à primo, eique penitus renunciare, vt qui agit petitorio, possessorio retinendi, renunciare videtur; & qui petit dilationem ad soluendum, recedere creditur ab interposita appellatione. Actu igitur primo vrbes illæ subiectæ dominantis Principis iura, ac imperium obseruare affectant: Actu vero secundo in casibus à statutis suis omissis, dum statim ad ius Romanum, neglecto dominante Principe, conuolare anhelāt, iniustè recedere censentur à primo actu, & à dominantis imperio deficere. Proinde inhonesta ac iniusta essent huiusmodi statuta, ac statutorum interpretationes. Præterea iurisdictio meri mixtique imperij dominantis Principis ita se habet in regno, vt pupilla in oculo, vt sordium nihil nullamque nubem quin tota obscuretur, pa-
18 ti possit. Hinc receptum est, populum subiectum non posse facere leges, nec quicquam statuere, quod iurisdictioni Principis quouis modo reluctetur: & ius publicum iuri priuato, ac ius principis iuri subiectorum semper, & vbiq; fuit prælatum. Quæ Socinus, Decius, Mandosius ille, cæterique non distinguentes, nec animaduertentes, aduersæ inhæserunt opinioni. Accedit, quod
19 confirmatio statutorum generalis etiam iurata non protrahitur ad iniqua. Nam qui iurauit se obseruaturum statuta, non tenetur iniustum exequi, vel obseruare statutum. præterea iusiurandum regulatur secundum naturam actus, super quo interponitur. Demum perpendunt varijs pluribusque in lo-

cis

cis extare consuetudinem, qua ius commune relatu ab hoc statuto interpre-
20 tatur prædominantis ciuitatis, non autem Romanorum, & ipse ita Venetijs in Excellentissimis Consilijs XL. Virum sæpè sæpius iudicari vidi, potissimum in causa Fracantiana Vicentina: qua frater consanguineus tantum, æqualiter successit cum fratre vtrinque coniuncto ad hæreditatem fratris ex vtroque parente alteri tantum connexo. Neque enim æquitas Veneta patitur alterum fratrem præferri, eo quod duplici vinculo alteri coniungatur, & quod de hæreditate fratris agatur. Nam respicit originem bonorum, quę à patre profecta sunt, & hos perpendit æquè filios esse patris: qua æquitate iure sancitum est, in bonis maternis vterinos excludere consanguineos: in paternis vero vterinos excludi à consanguineis. Quamobrem ad oppo-

auth. itaque. C. cōmunia de succes. l. de emancipatis. C. de leg. hær.

21 sita responderet Romanus. Ad primum, quòd casus omissus referuetur dispositioni iuris communis. Id enim tum demum procederet, cum ipsum valeret statutum, quòd mutata iurisdictione minimè tenet in præiudicium Principis: & quando etiam id valeret, ita demum locum sibi vendicaret, si consuetudo, vel ius scriptum non haberetur prædominantis ciuitatis. Quod semper est spectandum prius quam ius ipsum Cæsareum, vt supra ostendimus. Ad secundum à mente statuentium deductum, quod facta est mutatio, & res peruenit ad casum à quo incipere non potest. Nec obijciat Mandosius; si actus perfectè valuit à principio, sustineri etiam, si peruenerit ad casum à quo non possit incipere. Nam regula ea procedit in priuatis, & in eodem statu, non quando res ab initio iusta, & honesta postea fit iniusta, & inhonesta, & quæ reluctetur Principis maiestati. Tunc enim nunquam talia in iure ciuili admitterentur, quemadmodum secuta capitis diminutione
22 idem non tenetur eadem obligatione: sicut nec seruus factus liber obligatur de eo, quod gessit in seruitute, nec Iudæus delinquens ita Deo tenebitur, si postea euaserit Christianus: nec si laicus sacris initiatus fuerit, vtpotè, qui nouum hominem induisse videtur. Quanto magis autem, si actus & interpretatio eius fiat iniusta, & contraria principi dominanti, & voto populi: quo se eius imperio subiecit, vt supra declarauimus. Non obest tertium, quòd ciuitas acquisita intelligatur sine præiudicio iurium suorum. Nos enim intelligimus veram hanc sententiam, quando ciuitas se subiecit mero mixtoque imperio alicuius principis, vel Reipublicæ, ita vt ipsa ius condendi leges sibi minimè reseruauerit, & si quæ tulerit statuta eadem semper sibi confirmari postulauerit à Principe, & quando Princeps non confirmauerit, nec iurauerit ratum se huiusmodi particulare statutum habiturum, sed generali iurei urando eius ciuitatis statuta se obseruaturum pollicitus fuerit. nec enim generale iusiurandum huiusmodi protrahi poterit ad particulare, & iniustum statutum. Quamobrem ita fortasse concluderet Ludouicus Romanus in casu omisso ab huiusmodi statuto sequēdum esse ius commune prædominantis ciuitatis, potiusquam ius ciuile Romanorum. Sed longè consultius erit quæstionem ad sua principia retrahere maximè ad statuentium mentem ac pariter dominantis principis, & rem ipsam in varias species diuidere, vt etiam apud Cephalum legere est. Ex his patet ius ciuile primum in ipsa ciuitate versari, deinde omissum, vel non scriptum quandoque recipi à prædominante Principe: inde ab ipso iure communi.

Ceph. consi 414. l tertio.

De

De iure Venetorum, & iurisdictione maris Adriatici. Cap. XXXVI.

1 *Iuris splendor est æquitas ipsa.*
2 *Veneti æquitate illustres, & pij.*
3 *Veneti in iudicijs quantum possunt æquitatem rigori, & seueritati commiscent, & eorum iudicia à Baldo ob sanctitatem magnopere extolluntur.*
4 *Veneti proprijs legibus, & summa æquitate omnia regunt.*
5 *Assyriorum, Persarum, Medorum, Macedonum, Græcorum, aliorumq́ imperia quãto floruerint tempore.*
6 *Venetorum leges, & consuetudines quare sapientissima, & sanctissima.*
7 *Veneti nec Pontificis, nec Cæsaris leges ob id vnquam contempserunt.*
8 *Venetorum priuilegium, ne subiaceant legibus ciuilibus.*
9 *Quæ nationes, quæve gentes non vtantur iure ciuili Romanorum.*
10 *Veneti in nullius solo ædificant.*
11 *An æquora præscribi possint.*
12 *Lusitaniæ Regem non posse interdicere gentibus ne transiliant æquora illa, quæ Indiam appellant.*
13 *Mare quo ad vsum, & iurisdictionem posse præscribi.*
14 *Ius maris acquiritur vicinis mari.*
15 *De insula trans Herculeas columnas reperta, quam mundum intelligunt nouum, quod à Chartaginensibus olim fuerit sancitum. nu. 16.*
17 *Principes iure posse nauigantibus æquora sua, onera imponere, & nauigationem alioqui interdicere iure gentium secundario.*
18 *Veneti imperio, ac iurisdictione maris Adriatici à Pontifice Romano donati.*
19 *Stati, certiq́ dies, quibus Veneti mare iuraq́ maris sibi solenniter, vt vxorem viro despondent.*
20 *Venetiarum nobilitas, ac dignitas.*

1 TOTIVS iuris immortalem ac nobilissimum splendorem ip-
2 sam esse æquitatem, ex his quæ supra discussa fuere, satis omnibus constat. Hæc autem vna apud Illustrissimos, & pijssimos Venetos iam mille, & ducentis ab hinc annis maxime viguit, & hodie viget, vt nullibi gẽtium nisi propè litora Adriatici maris proprium, & patrium, nidum sibi parasse videatur. Quos enim alibi possidet nidos, eos alienis legibus scriptis, quod ipsi æquitati prorsus reluctatur, constrictos passim conspicimus. Hæc sanè togata Veneta gens (pium vere, ac sanctum hominum genus) pietate, ac religione conspicua, & insignis, ab omnibus semper habita fuit, vtpote quæ non alienis legibus, sed sola naturali æquitate nixa, sceptrum ac Rempublicam diu fœliciter moderata est, & in iudicijs, quantum potuit benignæ æquitatis, rigori, ac se-
3 ueritati perpetuo immiscuit. hinc Baldus Venetorum curias iudicij sanctitate, & claritate fulgere professus est, & sæpe consuluit. Taciti, ac iurati, for-
4 tibus, & ambitu liberi, Areopagitarum more Veneti, suffragijs secreto pixide occlusis, & indè erutis, ac numeratis iudicare consueuerunt. Minores causas Terni; maiores verò Quadraginta: maximas Decemuiri dirimunt; iurisdictiones specie distinctæ, & magistratus plurimi, vt illius Reipublicæ ordines singulos referre penè impossibile videatur. Apud eos fœlicissima, & acutissima hominum ingenia versantur in foro: Viri enim illi doctissimi, & eloquen-

Bal consilio 410. num. 2. in fi. vol. 2.

eloquentissimi persuadendi facultate cæteris omnibus antecellere videntur: quos vim Demosthenis, copiam Platonis, iucunditatemque Isocratis præferre nemo negare ausus fuerit, vt de illis idem quod de ipso Demosthene, affirmare audeam, nempè magna pars Demosthenis abest, quod legitur potius, quam auditur.

Quam igitur patriam Veneti sibi pepererunt, eam proprijs legibus, & summa æquitate fœliciter institutam ab hinc annos ferme M C C. Dei summi rerum omnium conditoris nutu atque studio, omni prudentia, omnique iustitia gubernant, ac moderantur; vt ex primordijs tantæ vrbis, à Gaurico liquide computatis peruidere licet: quod profectò ferè nulli Gentium contigisse patet. Nam Assirij omnium principes imperium Asiæ Nini regis exi

5 mia virtute partum annos mille circiter obtinuere, quod Arbachus Medorum præfectus Sardanapalo nefario viro, omnique memoria indignissimo ad mortem compulso ad Medos transtulit, adeo insigni memorabilique facto regale fastigium consecutus. Medis autem post ducentesimum, & quinquagesimum annum, Astyagis immanitate ademptum, Persæ cum pari temporis spatio tenuissent, Macedonum arma experti, post Darium deuictum, amisere. Athenienses quoque cum illi maritimę regioni vniuersæ, quæ inter Euxinum, & Pamphilium mare sita est, annis circiter septuaginta dominati essent, à Lacedemonijs atroci marte fusi, afflictique dominatu spoliati fuere. Lacedemonij vero cum longe breuiore temporis tractu rerum potiti essent, Epaminondæ, & viri, & imperatores optimi armis fracti valdeque attriti ditionem perdidere. Postremo Thebani Epaminonda summo duce interempto celeriter principatu ita prorsus excederunt, vt eorum imperium cum tam egregio viro, atque duce simul ortum esse, floruisse, viguisse, interijsseque omni iure diceres. Tum Alexander Thebis dirutis Thebanoque nomine extincto, totum pene orientem Macedonico subiecit imperio. Macedones vero ad fastigium regiæ maiestatis maiorem in modum euecti, cum annos ferme CC. rerum potiti essent, finem dominationis habuere. Romani denique post domitum Pęnorum ferociam: quos quidem Pœnos, Romanæ potentię mole grauiter vrgente prementeque vix tercentesimum dominationis annum attigisse vere crediderim, imperij Asiatici summam adepti fuere. Sed neque Romanos, licet armis omnia domuissent, licet nomen suum longè lateque diffudissent, licet fere terrarum orbi per plurimos annos imperassent, ad tantam imperij diuturnitatem peruenisse constat. Venetorum itaque le-

6 ges & consuetudines sapientissimas, ac sanctissimas esse reor, tum quod tam diu rerum potiti sunt, tum quia in mille annorum spatijs, omnes quidem casus, qui euenire inter mortales possunt, vndequaque emergunt, vt nihil omnino noui, aut casus, aut natura, aut fortuna adferre possit, cui à legibus non sit obuiam itum. Quibuscunque enim procellis ingruentibus semper Vene-

7 ti proprijs legibus conditis præsto sunt. Nec ijs vitio vertere potuit Bologninus, quod non dignentur viuere secundum leges imperiales. Aequum enim erat, vt in ea vrbe, quæ proprijs erat regenda auspiciis, propriæ quoque vigerent leges, & hæ quanta maiori prudentia, & religione excogitari posset præditæ, & ornatæ. Neque superbè imperatorias sanctiones vnquam contempserunt. Quinimmo ab eloquentissimis viris in iudicio propositas, ipsarum rationem contemplantes admirati veneratique sunt, & magna impensa doctissimos viros Patauium aduentare inuitant, & præmiis, ac stipendijs è publico depensis alunt, vt ius ciuile Studiosis omnibus eo conuolantibus profiteantur. Prætoresque Veneti iurisconsultorum assessorum opera, & consilio

Bolog. in ad di. ad consil. Io. de Anan. 53. in f.

consilio perpetuò vsi sunt. Hæc tamen inclyta Venetiarum ciuitas virgo intacta, nulli vnquam regi, aut imperatori, nulliusque vnquam legibus subiecta, sed libera propriis motibus ac sanctionibus Deo auspice diu rerum po-
8 tita est, ac potitur, idque sibi, vel ex priuilegio exemptionis, quod bulla autea decoratum legisse perhibet Albericus, & de quo Bartolus quoq; mentionem facere videtur, vel ex propriæ libertatis vsu tot annorum immemorabili memoria æquè comparauit, idque sibi ornamento, ac ingenuitati cedere debet. Nam vt Cassaneus testatur, nec Galli Romanis legibus vtuntur, nisi quatenus naturali nituntur ratione, nec eas pro legibus receperūt, nec Lutetiæ, nec in locis circumuicinis quispiam ius ciuile profiteri potest. Et in Hispania lege cautum est, si quis legem impetialem receperit, capitis pœnam luat. Referunt etiam Ioannes Andreas, & Hostiensis, paucas pro-
9 uincias regi iure ciuili. Nam Hispania, Anglia, Scotia, Gallia, Hibernia, Germania, Dacia, Suetia, Vngaria, Bohemia, Polonia, & Bulgaria non vtuntur Cæsareis legibus, sed propriis consuetudinibus, & statutis. Præterea ibidem retulit Antonius Brutignanus, Italiam iure ciuili regi, nobili tamen excepta Venetiarum ciuitate, quæ vt plurimum regitur iure non scripto. Habet tamen sua statuta æquitatis, & iustitiæ plena. Quamobrem cum in mari liceat ædificare, sicuti in litore, & cum Venetiæ ciuitas insignis, & potentissima in mari Adriatico fuerit constructa, hac etiam ratione Illustrissimi Veneti libertatem prætendunt, nec agnoscunt superiorem, quia
10 in nullius ædificarunt solo. Nam qui in solo iurisdictionali alicuius ædificat, subditus ei fit. Sed iam ad litora mareque ipsum descendamus. Sunt qui arbitrentur, nec Venetos, nec Genuenses, & proindè nec alias gentes
11 potuisse æquora sibi præscribere, nec tanto temporis spatio, cuius initii memoria nulla existat, nec alicui posse nauigatione interdicere, nisi iniuria, & contra leges, & contra ipsum ius gentium primæuum, quo mare stetit semper commune omnibus, & immutatum. Quamuis enim terrarum dominia iure gentium secundæuo discreta fuerint, & flumina itidem, vt Hispania ab Hispanis, Gallia à Gallis, Italia ab Italis diuisa possessaque fuit, nunquam tamen immensa maris natura omnibus communis potuit seiungi, & præscribi. Et aduersam sententiam ineptam iniustamque esse ex eo dilucidius ostēdere conantur, quòd non præscriptibile, nunquam potuit, nec immenso tēporis spatio præscribi. Nec enim Respublica Veneta, siue Respublica Ge-
12 nuensis, nec Hispania, nec Lusitania poterant vnquam contra semetipsas præscribere. Et quamuis inquiunt ex Lusitanis magna turba putet, eorum regem præscripsisse nauigationem Indici Orientalis, eiusdemque vastissimi maris, ita vt reliquis gentibus æquora illa transfretare non liceat, & Hispaniæ vulgus putet per vastissimum immensumque pontum ad Indorum regiones, quas potentissimi reges Hispaniarum subegerant, reliquis mortalium nauigare non licere, præterquam Hispanis, quasi ab eis id ius præscriptum fuerit: tamen istorum aiunt omnium non minus insanæ sunt opiniones, quā eorum, qui quo ad Venetos, & Genuenses in somnio versari solent. Affirmant etiam, quòd si Venetiarum ciuitas funditus euersa esset, pelagus illud iuris gentium foret, haud secus ac antea erat, cum nondum starent Venetiæ. Ergo in æquoribus, & aquis nullum ius putant humano generi competere præterquam quo ad vsum communem. Ego vero illorum sententiæ
13 magis inhæreo, qui putant, mare quo ad eius proprietatem, ac dominium, minimè posse præscribi, nec tempore immemoriali, sed quo ad vsum, ac iurisdictionem vtique posse acquiri, tam longo temporis curriculo, vt fœdere

distinctionis

Alb. in l. cunctos populos. C. de sum. trin. & fi. cat. nu. 18.

Bart. in l. hostes de capt. & postli. reuers.

Cassa. consi. 5. & consi. 8.

c. super specula. de priu. Ioan. And. & Host. in d. c. super specula.

l. in tantum de rer. diuis. & Bal. in ea rub.

Vasqu. c. 89. lib. 2.

l. qđ in littore. de acq. rerum domi. l. vlt. de vsuca.

per l. vlti. de vsuc. & per l. quod in littore. in fi. de acq. re. do:

Bar. Cæpolla de ser. rusti. prædio. c. 26.

distinctionis amplectamur sniam, q̃ vera existimat, Veronensis de seruituti-
bus, qñ allegat titulus, seu priuilegiũ Imperatoris, vel si crediderunt se, suosq;
maiores habuisse ius in mari. Nã sicut iurisdictio in terra versat, ita ẽt in mari c. vbi periculum. de elec. in 6. in verbo, territorium.
hr, & q a tã lõga possessio, vel quasi hẽt vim tituli, seu priuilegij, & constituti,
& vires maximas p̃scribendi, vt Bartolo, Baldo, Angelo, & aliis cõirer placuit.
Sed maris interdicta, ac iurisdictionẽ dari apud Vlpianũ, & Põponiũ de flu- l. hoc iure. §. ductus aq. de aqua quoti. & æsti.
minibus, apud Papinianũ de vsucapionibus, & apud Paulũ de iniuriis, ac Al
phenũ de public. & vect. & apud Rodianos legesq; Rodias, patet. Præterea
iis q vicini sunt litoribus, & mari, quiq; eius maritimæ ꝓuinciæ imperiũ te- Bal. & Ang. in l. fi. de vsuca. Aug. consil. 289. Bart. & omnes in l. sane si maris. de iniur.
nẽt, sp in mari ius aliqđ acq situ cẽsetur, tũ ꝑ merũ imperiũ, tum q a vicini.
14 Nã si flumina, si terræ ipsæ, q a facilimè seiũctæ; potuerũt ab hoĩbus vsucapi,
q d poterit esse impedimẽto, quominus æquora, saltẽ quo ad vsum, ad iurisdi-
ctionẽ, & ius aliqđ imponẽdi vectigalis, vel interdicẽdæ nauigationis possint
p̃scribi? quãuis quoad ꝓprietatẽ, & dñiũ, vsucapi nequeãt, cũ & ipsa à Deo,
ac natura separata incolis magis, & vicinis, q̃ peregrinis, & alienigenis debeã
tur, vt Adriaticũ Venetis, Ligusticũ Genuẽtibus, Romanis Tirrhenũ, Græcis
Ioniũ, & Aegeũ Oriẽtales ĩsulas oriẽtalis, occidẽtales verò occidẽtalis alluat
Oceanus. Cũ maximè ab origine, ẽt iuregẽtiũ secũdæuo fuerint & ipsa à vici
nis gentibus occupata, ac aliis aliqua pro parte interdicta; Nam & in mari
15 trans Herculis columnas insula desolata à Carthaginensibus inuenta fuisse
proditur, quæ quidem omniformi lignorum materia, omnibusque nauiga-
bilibus, nec non cæterorum fructuum genere mirabilis est, distatque à ter-
ra plurium dierum spatio, ad quam Carthaginẽses sæpè ob eius fœlicitatem Arist. de mirabilibus audi.
accedebant, ac illorum nonnulli incolebant. Præsides verò Carthaginen-
sium, cum id intercipere decreuissent, capitis pœna ad ipsam accedentes pu
niebant: indigenas vero omnes, aut expelli, aut interimi iusserunt, ne ibi
degerent, ac etiam ne turba aliqua in ipsos conuersa insulæ imperium conse
queretur, & Carthaginensium libertatem tranquillam perturbaret, surripe
retve, vt Aristoteles de admirandis auditionibus scriptum reliquit. Quo
iure Lusitanos olim, nunc verò potentissimum Hispaniarum regem cæteris
nauigationem ad hanc, & alias noui orbis insulas prohibuisse audiuimus.
Nec iniuria hæc fieri putanda sunt, tum quia de iurisdictione, ac imperio a-
16 gitur, tum quia interest cuiusque principis æquora sua à piratarum, & ho-
stium incursu, impetu & periculo expurgata, vt mercatorum secura sit naui
gatio, custodire, haud secus, quam præsidem oporteat malis hominibus
prouinciam purgare. Quod si priuatis ius aliquod vel in flumine, vel in ma
ri, vel per occupationem, vel per consuetudinem, vel per alium quemcun-
que modum acquiritur, quanto magis Principi, vel ciuitati mero imperio
surgenti acquiri censendum erit. Martianus de vsucapionibus inquit: si qui l. 7. de os. præsid.
spiam in fluminis publici diuerticulo solus pluribus annis piscatus sit, alterũ
eodem iure vti prohibet: Et Paulus de iniuriis ait: sanè si maris proprium l. si quisquã. de vsuca.
ius ad aliquem pertineat, vti possidetis interdictum ei competit. Hinc fa l. sane si maris. de iniur.
ctum est, vt iure optimo potuerint, possintque Veneti, Genuenses aliæque
gentes transnantibus æquora sua vectigalia imponere, & merces euectas ad-
uersus eorum leges fisco applicare. Nam, vt retulit Baldus, & Veronensis
de seruitutibus, hodie vniuersus terrarum orbis hoc iure vtitur, etiam legi-
bus aduersantibus, si quæ huiusmodi fuerint, irrogatum est. Tot enim tan Bald. in rub. de rer. diuis. & Bar. Cæpolla de seru. rusti. præd. cap. 26. de mari, nu. 10.
tæque sunt vires iurisgentiũ secundæui, & tãtæ tã longi tpis. Quãuis igit non
p̃scriptibile minimè possit p̃scribi, vtpotè cum cessante occupatione reuertat
ad pristinã suã naturam: pñt tñ æquora possideri, & acq ri, non quo ad ꝓprie
tatẽ, & pfectè, sed aliquatenus p occupationẽ, vel p consuetudinẽ, vt cẽsuit

Accur-

glo.in l.si ne
si maris. de
iniur. & late
Fr.Balb.de p
scrip. quarta
parte quinte
principalis.

Vas.c.56.qq.
lib.2.

4. Phisicorū
com. 101. &
com. 97. &
130.

ad l. obligationum feré.
§. placet. de
act. & obl.

4. phisicorū,
com.131.

Accursius,& Canonistæ secuti sunt,siue p quasi possessionem, & immemorabile tpis spatium,vt si quasi possessione turbemur,agere possimus contra turbantē,& phibere ne qs nobis inuitis nauigare transnareve possit, & q iurisdictionis nr̃æ sunt exercere: sunt.n.maxime vires longissimi tpis,vel negligentiæ vsus tanti tpis. Tēpus.n.nihil esse materialiter putarunt aliq,sed nudū nomen,haud secus, q̃ mors, quæ (autore Seneca) nihil est nisi terminus vitæ. Ego verò vna cum Aristotele dico,tps esse mensurā motus,scd'm prius,& posterius aīa,& eē quid extra aīam,& dico oīa tempus hre. Nā tps est in quolibet,in terra,in mari,in cœlo;& tpe oīa nascuntur,& orta occidunt, ac aucta senescūt:Et cū ex nihilo nihil fiat,& aliquid in nihilū reduci nequeat (ingreditur.n.materiā primā,quæ est basis,& receptaculum oīum formarum) & cū vt Tribonianus ait,natura sp deproperet nouas edere formas,corruptibiliaque oīa transmutenť,insup corruptio vnius sit gñatio alterius, neq; vllus motus fiat in instāti,& tēpus nihil aliud sit,q̃ mensura motus, proinde satis eruditè dixere iurisconsulti,tēpus nullā gignere obligationē, nēpè solum tēpus. sp.n.spectanda sunt ea,quæ tēpus veluti accidens concomitanť,vtputa cōtractus,maleficium,culpa,negligentia,vsus,consuetudo, & id genus alia, p quæ vsucapere, & præscribere licet.Est.n.accidens p se consequens motū.Impossibile est.n.vt tempus sit,cū aīa non fuerit:neq;.n.tempus in actu erit nisi aīa numerans sit,tēpus vero in potentia erit,licet aīa non sit. Quamobrē ius ma
17 ris Adriatici vndequaq; amplissimū Venetis dabiť,tum ob longissimā eorum possessionē, qua superiorem neminē cognouerūt vnq̃,præter Deum,tum pp aureum sanctumq; titulum priuilegij ad maiorē rerū oīum confirmationē sibi ab Alexandro Pontifice Romano tunc indulti,cū furorē irati Friderici Imperatoris fugiens sese Pontifex Venetias cōtulisset,vbi Ciano Principi reuer
18 so victoriā gratulatus,annulū porrigens aureum. Accipe inquit,Ciane,& me autore,ipsum mare hoc tibi pignore obnoxiū reddito,q tu,tuiq; successores, quotannis stato die seruabitis,vt oīs posteritas intelligat,maris possessionē iure belli vestrū esse q̃q; factum, atq; vti vxorē viro, ita illud vestro subiacere imperio: feruntq; inter Alexandrum & Fridericū inita pace, apud valuas, & arā maximi templi Diui Marci susurrasse Pontificē:Sup aspidē,& basiliscum ambulabo,& conculcabo leonem,& draconem:Imperatoremq; risisse,non tibi,sed Petro.Cui ille:& mihi,& Petro.Cuius tā memorādi facinoris solēnia à Principe Venetorū,à Senatu,& vniuerso magistratuū ordine, purpura, & ostro induto,maxima pōpa,solenniq; apparatu,ingenti ciuium, ac tot cimbarū frequentia,apud litora maris singulis annis Ascēsionis Dñicæ die peraguntur,& aureo annulo Neptunum mareve ipsum, vt vxorem viro sibi despondēt,& subarrhāt. Stet igiť,floreatq; diu felix ciuitas hæc pclara, & beata, mihiq; patria charissima,Stet inquā Venetorū inclyta ciuitas admirāda, vtpotè
19 cū inter fluctuosos maris impetus,& rapidos pelagi vortices, quasi inter reliquas vrbes regina caput extulerit, p tot diuorum templa, p tot regias, p tot amplissimas ædes,turres,statuas,theatra,cimbas,naues, triremes, quinqueremes,totq; demum admirādā naualia assurgens, vt q̃ ad vnius ciuitatis decorē collata sunt,multis ciuitatibus ornamēto esse possint. Cuius demum imperium, ac maiestatem Sanazarius egregio epigrammate celebrauit.

Viderat Adriacis Venetam Neptunus in vndis
Stare vrbem, & toti ponere iura mari.
Nunc mihi Tarpeias quantumuis Iupiter arces
Obijce, & illa tui mœnia Martis ait,
Si pelago Tyberim præfers,vrbem aspice vtranque:
Illam homines dices : hanc posuisse Deos.

Finis Primi Libri.

ANGE-

ANGELI MATTHEACII
DE VIA ET RATIONE ARTIFICIOSA IVRIS VNIVERSI.
LIB. II.

De iuris legumq́ interpretatione, & de viribus consuetudinis. Cap. I.

1 *Legum interpretatio prudentum autoritatem desiderat.*
2 *An quia leges multæ sunt, & variæ, & dubiæ.*
3 *De rebus dubijs, de interpretatione legum, & de argumentis disserendum.*
4 *De consuetudine, & eius viribus.*
5 *Lex recipit interpretationem à consuetudine.*
6 *Consuetudo abrogat leges.*
7 *Consuetudo excusat à pœna.*
8 *Consuetudo supplet, interpretatur, corrigit, & excusat.*
9 *Consuetudo an possit procrahi ad similia.*
10 *Exemplum Accursij de auriga Bononiæ vehente vinum.*
11 *Consuetudo feudi an extendatur ad similem casum.*
12 *Si pro vino euecto in urbem soluatur uectigal, quod si quispiam ceruisiã euexerit.*
13 *Distinctio ad concilianda contraria.*
14 *Utrum ne simile legis, an uero potius simile consuetudinis sit præferendum.*
15 *Exemplum similis consuetudinis, & similis legis. In eadem specie uariæ referuntur opiniones, & quæ uerior.*

EXACTIS Regibus, & ciuitate duodecim tabularũ
legibus fundata, cępit (ut naturaliter euenire solet)
quemadmodum Pomponius refert, vt interpretatio
1 desideraret prudentum autoritatem, & necessaria eẽt
disputatio in foro, forsan, quia leges multæ sunt, & va
2 riæ, ac dubiæ, varia quoq; & mutabilis earũ materia,
vtpote, q̃ alias formas, siue leges ꝑ locorũ, pro tempo
rum, pro hominum varietate, proq; alijs causis facilè
recipit. Cum itaque res sint dubiæ in iure ciuili: de
3 interpretatione legum, de rebus dubijs, de principiis iuris, & de probationi-
bus disputabimus. Argumenta quoque siue media, quæ nobis maximè con-
ferunt ad huiusmodi interpretationẽ, & eorũ sedes declarabimus. Quibus ẽt
4 consuetudo, quæ optima legum interpres dr̃, cõnumerari solet. Iccirco de vi-
ribus ẽt eius, nobis est prius agendum. Exercet autem vires suas cõsuetudo
5 maxime supplendo, interpretando corrigendo, & excusando. Supplet.n.qñ

l. de quibus. de leg.

deficiunt leges scriptę. Tūc.n.(vt Iulianus ait) id custodiri oportet, q morib⁹
& cōsuetudine introductum est, & si qua in re hoc defecerit, tūc q pximū, &
cōns ei est. Innuit ergo eā in casibus omissis vim legis possidere, & eādē posse
ad simillima facilimè extēdi. Quod & à summo Pōtifice cōfirmatur, Vxor co
gi nō pōt assentire, cadauer eius ibi sepeliri, vbi vir voluerit: De filijs impube
ribus nulla lege, nullove canone qd sancitū est. Orit q̄stio, possint ne parētes
humare filios, vbicūq; velint? Ait Pōtifex Romanus, cōsuetudinē locorū fo-
re spectādā. Deinde sicut vna lex p alterā interpraē, & si opus fuerit corrigiē,

c. cum olim. de consue. c dudum. de sepult.

5 ita lex à cōsuetudine recipit interptationē, qa minime sunt mutanda, quæ
interpretationē certam semper habuerunt. Nā si de interpretatione legis q̄ra
tur, in primis inspiciendū est, quo iure ciuitas retro in huiusmodi casibus vsa
fuerit. Optima enim est legum interpres consuetudo. Corrigit ēt leges cōsue
6 tudo, eas abrogādo, haud secus ac p nouissimas leges sæpe corriguntur prio
res, vt, si lege caueatur, patronū causarū in iudicio non admitti, nisi iuratum
credere iustā se fouere cām, & in foro vigeat cōtraria cōsuetudo. Vel, si lege
sancitū sit oportere accusatorē prius legibus, vel pęnis talionis sese obligare,
& subscribere, quàm alicui diē dicat, & hoc iā exoleuerit ab aula iudicū, qua
lē hodie p totā ferè Italiā pspicimus cōsuetudinē, ea fortasse de cā, ne pterri
ti accusatores desisterēt à libellis criminalibus, neve crimina remanerēt im-
7 punita. Præterea cōsuetudo ēt mala excusat à pęna, vel poenas leuiores arro-
gat, q ēt Pontificij, Abbas, cæteriq; in canone, cū venerabiles, de consuetudi
ne, affirmāt, & Ancharanus ibidem testatur, se cōsultū ita rñdisse, dum rector
villę plures in carcerē detrudi, detineriq; curasset, & accusatus exciperet, ac
pbaret maiores suos id sp facere cōsueuisse. Quare merito absolutus euasit.
Idem pfecto, si occidatur homo Venerijs, dū vtrinq; ad pōtē plebs antiqua
8 ex cōsuetudine ligneis telis bella gerit. Vires igitur suas ostentat supplēdo, in
terpretando, corrigendo, & excusando. Quid ergo in similibus? an possit ad
9 similes casus ptrahi, & inde sumi interpretatio? Exēpli gratia. Viget consue
tudo Bononiæ (vt Accursius affirmat) si qs locauerit aurigę vinum vehēdū,
10 periculū effusionis spectet aurigæ, si mō dñs vini nō tetigerit plaustrum. at si
vel summo digito tetigerit, periculū cedat dño, Titius conduxit operā bootæ,
vel aurigæ, vt sibi oleū ex taberna mercatoris domū veheret. Sed cū imprudē
tius auriga currū, & equos ageret, Titi⁹ ruituro currui, vt auxiliū ferret accur
rit. At manu plaustrū sistere minimè potuit, quo casu lapsū ruit, & oleū vndiq;
effusū. Quęstionis igiē est, vtri spectet periculū, dānūq; olei effusi, aurigęne, an
dño? Præterea: an cōsuetudo vini extēdaē ad oleū? In qua sanè q̄stione auriga
iura sua tueretur. Quod si lex ptrahitur à casu expresso ad similē casum omis
sum (neq;.n.oēs casus legibus sigillatim cōprehēdi pñt) pariter consuetudo
poterit ad similia extēdi, cū ipsa, vt supra diximus, in oībus ferè legē ęmulari
videatur: Præterea idem sentit Iulianus illis verbis, si qua in re ius moribus
introductum deficeret, tūc q proximum, & consequēs ei est, seruari oportet.
Tum Accursiana declarant exempla: Consuetudo nō admittit mancum, siue
11 carētē manib⁹ ad feudū. Eadē ptrahiē ad vulneratū, vel debilitatū brachijs,
& manibus, q dño obsequia pstare nequeat. Alia est cōsuetudo, fœminæ non
succedant in feudo. Extēditur hæc ad Hermaphroditū, si fęminea sibi pua-
leāt. Ergo idē iuris nō scripti, q in vino, debet ēt seruari in oleo. Verū Titius
obijciet: se functū esse officio suo, q nemini dēt eē dānosum, & aduersariū
negligētiæ, & culpæ teneri, q p deuia, & pcipitia egerit currū. Præterea, si le-
12 ge caueatur p vino euecto in vrbem vectigal pendendū, & Titius ceruisiā
aliumve liquorem euexerit, quis dixerit Titium debere pensionem publica-
nis?

l. minimè. l. si de interptatione. ff. de leg.

l. 2. §. sed qa veremur. C. de iu. calum. l. pen. C. de accu.

in l. 1. C. de leg.

l. nō possunt.

d. l. de qb. de le.

in l 1. C. de leg.

l. si quis ex signatorib. ff. quemad. tes. aper.

nis? Item si consuetudo in regione viguerit, ne emptor vẽditorve deceptus
vltra dimidiam iusti pretij, possit implorare auxilium imperiale rescindendæ
venditionis, & in locatione conductor, vel locator fuerit vltra dimidiam de-
ceptus, ritus venditionis non poterunt ad locationẽ extẽdi, vt minus, quàm
possibile sit, ius commune lædatur. Quamobrem, vt contraria hæc concilien
13 tur, nobis liceat Accursium pro parte ita distinguere: Aut consuetudo viget
contra legem scriptam, aut præter legem; Perindè ac si diceremus: aut in ca
su expresso à lege, aut in omisso. Si contra legem scriptam, aut contra æquita
tem, aut non contra. Nam primò casu non licet protrahere consuetudinem
contra legem scriptam: ergo à venditore læso ad locatorem nulla fiet exten
sio, nec à vino ad cereuisiam, maximè cũ huiusmodi vectigalia sint odiosa:
nec de plaustro vini digito minimè tangendi ad arceram olei, vtpote quæ ho
nestati, & æquitati aliquantulum reluctentur. Probat hæc nobis omnia Cel-
sus de legibus, ꝗ nõ rõe (inqt) introductũ est, sed errore primũ, deinde cõsue
tudine obtẽtũ est, in alijs similibus nõ obtinet. Idẽ ait, ꝗ verò cõtra rõnẽ iu
ris receptũ est, nõ est ꝑducendũ ad consequentiã. Scdo vero in his, q̃ ꝑter le
gẽ sunt, nec æquitati aduersantur, licet consuetudinẽ de similibus ad similia
extendere. Ergo à manco ad extortum brachijs, vel carentem manibus: à fę
mina Hermaphroditum, & à simili ad simile. sed magnum interpretibus facess
sit negotium, vtrum ne simile legis, an vero potius simile consuetudinis sit
14 præferendum? Ecce vtriusque similis exemplum, quo sanè Accursius in glos
sematis vti videtur. Legibus sancitum non est, an incrementum alluuionis
Emphyteutæ accrescat, vel non accrescat. Tum legis simile ob oculos offero:
Vsufructuario, qui percipit iure communi omnes fructus, incrementa allu-
15 uionis accedunt. Ergo à simili accrescant etiam emphyteutæ, quia percepit
omnes fructus. Econuersò alterum consuetudinis simile offero, quod vltra-
montani secuti uidentur. Vasallo nõ accrescunt incrementa alluuionis: Sed
Vasalli, & Emphyteutæ simillimi sunt. Colligunt enim fructus, & recognoscũt
dominum suum. Ergo non accrescent Emphyteutę. Quæstionis itaq; est, duo
rum similium, legis, & consuetudinis, utrum præferendum? Iacobus Rauen-
na existimauit, simile consuetudinis uincere simile legis. Nam consuetudo
uincit, & corrigit legẽ, ergo simile consuetudinis superabit simile legis. Qui-
nimmò simile consuetudinis, quod à Iuliano hic dicitur proximum, & conse
quens supra legem. Ergo multo magis superabit imaginem, uel simile legis.
Nam si uinco uincentem te, multo magis uincam te? quæ sanè argumenta-
tio plenè Bartolo satisfacere non potuit, utpote cum si consuetudo proster-
nit legem, id proueniat ex tacito totius populi consensu, qui non accidit si-
mili, cæteris reclamantibus, eundem populi consensum accidere simili. Alij
uero putarunt, simile legis, uincere simile consuetudinis. neq; enim tanta est
uirtus consuetudinis ut uincat legem, tum quia leges recipiunt interpretatio
nem ab earum simillimis, tum quia lex scripta non potest corrigi per simili-
tudinis, uel subauditos intellectus, nec per eandem maioremue rationem,
uno reclamãte Fulgosio. Quamobrem Salicetum, ac Iasonem secuti dicimus:
Aut unicum reperitur simile legis tantum, aut simile consuetudinis tantum,
aut utrunq; concurrit. Primo casu id spectandum erit, quod solum potuit of-
ferri: secundo uero prospiciendum erit quod magis simile: Præterea, quod
æquius, & rationabilius. Sin autem paria fuerint hæc similia, subiecta mate-
ria quæstionem dirimet. Nam si fuerit legis scriptæ, eius simile præferetur: sin
autem consuetudinis, huius umbram, uel imaginem spectabimus. si res fuerit
dubia, nec appareat, mens legislatoris, uel populi.

l. idem iur. s. §. mulionẽ. ad l. Aq. Similia in l. vectigalia. de pub. l. 2. de resc. vt in l. 1. C. quæ sit lon. conf. & l. 2. C. de nox. in l. 1. C. de leg. l. vectigal. de pub. l. quod non ratione. l. quinimmo. de leg. l. de qbus, de leg. in l. de quib. de leg. l. item si fundi de vsufr. §. finis. l. 1. & 2. C. de iu. emphi. & gl. in l. de qb. c. vlt. si de inuest. feud. si. cont. in fi. Ias. in l. 2. C. de iu. emphi. d. l. de quib. l. de accessionibus. ff. de diu. & temp. præsc. gl. magna in l. assiduis. C. q. potior. Bart. in l. de quib. de iu. cal. l. 2. qui sit lõ. conf. l nõ possunt. l. neque leges. de leg. gl. in c. cupiẽtes. § quid si per viginti. de elect. in 6. gl. & Docto. in auth quas actiones. C. de sacros. eccle. in d. l. de quib.

De contrarijs legibus conciliandis. Cap. II.

1 *Legem intelligo, vel publicam legislatoris, vel priuatam testatoris.*
2 *Contrariæ leges à quinque riuulis promanant.*
3 *Contrarietas ex scripto, & sententia quæ?*
4 *Lex Rhodia, ne propter tempestatem nauis deseratur.*
5 *Controuersia ex ambiguo quæ?*
6 *Testator taurum legauit, sed hæres offert bouem.*
7 *Præcepta ad conciliandas antinomias.*
8 *Quibus conjecturis aucupanda mens legis, vel testatoris.*
9 *Quod si vna lex iubeat, altera vetet, & exempla.*
10 *Exempla iuris ciuilis.*
11 *Quomodo huiusmodi antinomia soluenda?*
12 *Posteriores derogant prioribus.*
13 *Verißima est ea legum interpretatio, quæ vtrunque, legem, scilicet, & consuetudinem conseruat.*
14 *Contrarietas ex vno tantum scripto indiuiso per se: diuiso per accidens.*

QVAE leges contrariæ sibi esse uideantur, quomodo concilia-
ri possint, & ex his, quæ contrariæ sunt, quæ nam sint præfe-
rendæ, ut non ignoremus, rem altius paulatim repetere opor
tet. Sciendum est igitur esse legem, uel publicam legislato-
1 ris, uel priuatam testatoris. Nam uti quisque rei suæ legas-
sit, ita ius esto. Contrariarum legum riuuli quinque præcipuè esse uiden-
2 tur, qui ex uno omnes antinomiæ fonte manant: quorum unus est ille, qui
3 à scripto, & sententia prouenit, quando sententiæ uerba repugnant: al-
ter ex ambiguo, cum scriptum duas, uel plures sententias habere uidetur:
Tertius est, cum ex pluribus sibi contrarijs legibus, uel ex scripto legis non
per se diuiso, sed ex circunstantijs, nascitur controuersia. Qui ex scripto,
& sententia promanat, huiusmodi est: Qui duos mulos habebat, ita lega-
uit; mulos duos, qui mei erant, cum moriar, Seio hæres dato. Idem mo-
riēs mulos in stabulo nullos, sed duas mulas reliquerat. Item lege cauebatur,
ne quis triticum extra urbem equo ueheret: quidam farinam asino euexit.
Huius quoq; generis est exemplum Alpheni de naui cotibus onusta ab insu-
4 la Creta iterum ꝑfecta. Cauet ēt lex Rhodia, ne ꝑꝑ tempestatem nauis relin
quatur, & qui reliquerit omnia perdere, nauimq; & oīa eorum esse qui remā
serint in naui, si nauis seruata sit. Magna exorta tempestate, oēs perterriti na-
uim reliquerunt, & scapham conscenderunt pręter unum ægrotum, qui pro-
pter morbum exire, & fugere non potuit. Casu fortuito nauis in portum inco
lumis delata est. Illi eam repetunt; ægrotus negat, se debere. In his controuer
sijs decidendis testatoris, uel legis sententia coniecturis est consequenda,
benigniusq; leges, quo uoluntas earum conseruetur, interpretandæ sunt, &
semper interpretatio ex æquitate præferenda. Quo genere interpretationis
Papinianum cæteris omnibus præstare ostendit species illa aui, & nepotis.
5 Ex ambiguo legis oritur cōtrouersia, cū id ꝙ scriptū est in duas, pluresue sen
tētias trahitur, ueluti, si qs, dū Titiū fullonē, & Męuiū pistorē seruos hr̄et, ita
legauerit: Seio amico meo Titiū pistorē lego. Quo in casu si propriū homi-
nis nomē sequimur Titius, sin aūt artis, Męuius pistor debetur. Placuit, inqt
Labeo, primo eum legatum quem testator senserit: si non apparet, quem

senserit,

senserit, inspiciendum est an testator nomina eorum nouerit. Si nouerit ille debetur quem nominauit, licet errauerit in artificio: si autem ignota nomina habebat, pistorem legatum videri. Testator etiam ita legauit: Titio amico meo ducenta do, lego: sed duo sunt Titij æquè amici testatoris. Petit vterque legatum, cui ergo debetur? Quidam plures Stichos habens
6 Stichum Mæuio legauit, vter sit præstandus, ambigitur? Si quis taurum leget, & legatarius petat seruum nomine Taurum, hæres autem bouem in stabulo repertum dare malit. Item: hæres meus vasa argentea vxori meæ, quę volet dato. Ambigitur quę volet, vtrum vxor an hæres? Quamobrem ad
7 conciliationem antinomiæ ex ambiguo, hæc iuris præcepta nobis sequenda esse putant. Primum, in ambigua voce legis ea potius est accipienda significatio, quæ vitio caret, præsertim cum etiam legis voluntas hinc percipi possit. Deinde in ambiguo sermone non vtrunque dicimus, sed id duntaxat, quod volumus. Itaque, qui aliud dicit, quàm vult, neque id dicit, quod significat, quia non vult, neque id, quod vult, quia id non est locutus. Aurea profectò Pauli sententia: Tum, quoties in actionibus ambigua oratio est, id accipi debet quo res, de qua agitur, magis valeat, quàm pereat: & vbi est verborum ambiguitas, valet quod actum ęst, vt si stipuler mihi dari Stichum, & plures sint Stichi, vel dari Chartagine, & plures sint Carthagines. Quinimmo cum in testamento ambiguè, aut etiam perperam scriptum est, benignè interpretari, & secundum id quod credibile, excogitatum est, & semper in dubijs benigniora præferenda sunt, & in obscuris, quod minimum est, sequimur. Ex æquitate igitur coniecturis, vel te-
8 statoris, vel legis mentem aucupabimur. Ideo Iulianus, si numerus, inquit, nummorum legatus sit, neque appareat, quales sint legati, ante omnia, ipsius patris familias consuetudo, deinde regionis in qua versatus est, exequenda est. Sed & mens patris familias, & legatarij dignitas, & charitas, & necessitudo, item earum, quæ præcedunt, vel sequuntur summarũ scripta sunt spectanda. Ex contrarijs legibus fit quoque antinomia, vt si vna iubeat, altera vetet, vel vna affirmet, & altera neget: vel si ex conflictu
9 accidat, quòd contrariæ fiant, cum antea minimè aduersarentur. Sed rem
10 tum oratorum, tum iurisconsultorum exemplis illustremus. Lex esto, qui Tyrannum occiderit, quicquid petierit à magistratu habeto. Item altera lex: Tyranno occiso quinque proximiores agnati necantor. Alexandrum Phereorum Tyrannum Thebe vxor, cum simul cubaret, occidit. Hæc filium suum, quem ex Tyranno susceperat, deposcit. Item lex est: mulieris imago in gymnasio, vel in templo, ne ponatur. & altera: Tyrannicidæ imago ponatur in templo. altera iubet, altera vetat: & sic inuicem leges digladiantur. Iubet itidem: Viro forti, & de patria benemerito danda, quæ postulauerit: altera, ignauum militem, & desertorem capite puniendum. Vir fortis victoria parta sibi desertorem dono dari possit, sic in iure ciuili leges opponuntur legibus, vt si minor annis vigintiquinque Prætoris edicto tutus cum filiofamilias contraxerit, qui è contrario Senatusconsulto Macedoniano nitatur, vel mulier Velleiano tuta apud minorem pro alio intercesserit, vel priuilegia contra priuilegia concurrant. Nonne iurisprudentum responsa sibi inuicem repugnant? Paulus de statu hominum. Non sunt liberi inquit, qui contra formam humani generis conuerso more procreantur, vt si mulier enixa sit monstrosum, vel prodigiosum aliquid. Vlpianus verò de verborum significatione: Quæret aliquis, si portentosum, vel monstrosum, vel debilem mulier ediderit, vel inæqualem visu, vel vagitu nocuum, non

l. non sunt liberi. ff. de statu hominũ.

l. quæret aliquis. de ver. sign.

humanæ figurę, sed alterius magis animalis, quàm hominis partum, an quia
enixa est, prodesse ei debeat: & magis est, vt hæc quæque parentibus pro-
sint. Illa quidem inter liberos connumerari, partus monstrosos vetare vi-
detur: hæc autem etiam prodesse velle. Præterea lex mares ad successioné
hæreditatis ad assem vocat: sed consuetudo contraria, admittit tantum pri-
mogenitum. Ecce insuper leges conflictu contrarias factas. Vna est: in-
stituto non adeunte hæreditatem, substitutus admittatur. Altera: filio fa-

l.3. de acqui. hæred.

milias nolente adire, patrem adeuntem hæreditatem sibi acquirere, perin-
dè ac si institutus esset. Idem in vulgari substitutione: Si ille hæres non e-
rit, Caius hæres esto: vna vocat Caium ad hæreditatem, si ille noluerit es-

l vlt. § fin. C. de bon. quæ lib.

se hæres, altera vero patrem, vel dominum illius. Quia interpretatur vul-
garem: si hæres non erit, idest si alium non fecerit hæredem. Præterea: v-
na est: hæreditatem non aditam transmitti ad proximum hæredem: altera

l. si paterfamilias. §. fin. de hær. inst.

est: substitutum mortuo instituto admitti ante aditionem. sic ipse substitu-
tus hinc, & inde coniunctus concertant: Quamobrem accedit, vt quam-
uis leges per se contrariæ non sint ex hypothesi, tamen sibi inuicem relucta-

l. apud hostes C. de suis, & le. l vnica. C. de his, qui ante ap. tab. l 3. cum antiquioribus. C de iu. del.

11 ri videantur. Has autem similesque antimonias, vt iurisprudentes conci-
lient, prospicere, ac distinguere solent, an vna lex de genere, altera de
specie loquatur, vel illa de toto, hæc de parte: aut, si in materia diuersa
versentur. Et præferunt legem in specie, vel in parte loquentem: quia in
toto iure generi per speciem derogatur, exempli gratia: si iure municipali
caueatur, vt vigiles vrbis, si fures inueniri non potuerint furta nocturna suis
pecunijs luant, & alia in eodem municipio condatur: Furta nocturna ciues
præstent, potior erit virtus prioris particularis, vt interpretetur, posterior
12 magis generalis. Ciues, idest vigiles vrbis, non autem, ciues ad furta sol-
uenda teneri, vel lex est: Mares succedant ad assem: consuetudo nó ad om
nes mares, sed ad primogenitum tantum defert hæreditatem, & præfertur.
Ita Paulus, & Vlpianus, alter in genere, alter in specie, dum quærunt, an
monstrosi liberi aliquo modo prosint, differere videntur. Sic Pauli respó-
sum respicit Senatusconsultum Tertulianum de lucro captando, si ingenua
tres, vel quatuor liberos peperisset: Vlpiani vero legem Papiam de damno
vitando, quæ orbas mulieres eius, quod in testamento eis relictum erat, se
misse mulctabat. Tempus etiam intuentur, hoc est, vtra lex prior sit. nam
posteriores tempore solent præferri. Vltima enim derogant prioribus, si v-
traque stare, & obseruari non poterit, quia legum correctio est euitanda
quammaximè: Vtra etiam vtilior sit, vtra honestior, considerant. Hanc
enim potiorem ostendit legis definitio: Et ratione æquitatis, & vtilitatis est
præponenda. Præterea legem vetantem, ei quæ permittat, anteponendá
censent. Nam quod imperatur necessarium, quod vero permittitur po-
tius voluntarium haberi debet: & maior est virtus legis imperantis: Legem
insuper vetantem, iubenti anteponendam rati sunt, quia quæ vetat exceptió
ne quadam corrigere videtur eam quæ iubet, & magis delinquit, qui prohi-
bitus facit aliquid, quàm qui iussus non obtemperat. Plus enim in com-
mittendo, quàm in omittendo peccatur: Animaduertunt enim iubentem le
gem aliquando vetare videri. Iubet enim lex contra hostes fortiter pugna
re, ergo ne cedamus, neve ordines deseramus summopere vetat. Et eam
13 demum putant esse verissimam legis interpretationem, quæ vtranque legé,
vel legem, & consuetudinem conseruat: vt si lex marem ad hæreditatem uo
cet, consuetudo primo genitum tantum, masculus solus admittitur à lege.
at primogenitus consuetudine. Demum uim mentemque legis, ac testa-
toris,

toris, ex uarijs etiam coniecturis (si quis fuerit) sedulo uenantur. Vt in uulgari: si hæres non erit, uel si alium non fecerit hæredem, quemadmodum abundè inferius declarabimus. Postremo ex uno tantum scripto per
14 circunstantias diuiso nascitur controuersia. Vt, si lege Cornelia de raptu virginum caueatur, si quis rapuerit uirginem rapta petat uel mortem, uel coniugium raptoris. Quidam duas simul rapuit, quarum una mortem, altera raptoris connubia poscit. Hodie inter raptorem, & raptam iure ciuili prohibitæ sunt nuptiæ: sed iure pontificio permissæ, sed de his hactenus.

De rebus dubijs. Cap. III.

1 *In ambiguo sermone non utrunque dicimus, sed unum duntaxat.*
2 *Chrysippus, & Diodorus acerrimè de Antigono disputarunt.*
3 *Chrysippi ratio, quod ambigua trahantur in duas pluresve significationes.*
4 *Aio te Aeacida Romanos vincere posse.*
5 *Diodorus nullum verbum ambiguum esse contendebat.*
6 *Quid Paulus senserit.*
7 *Dubij species: Dubium ambiguum: obscurum: incertum.*
8 *Horum omnium exempla.*
9 *Aenigmata, & species aenigmatum.*
10 *Vbi est verborum ambiguitas, valet quod actum est.*
11 *Semper in stipulationibus sequimur, quod actum est.*
12 *In ambiguis, & obscuris mentem conijci oportet.*
13 *In ambiguis spectanda voluntas proferentis.*
14 *In obscuris sequimur, quod minimum est.*
15 *In claris autem, maximè in testamentis, sequimur maximum.*

OMNE ius aut certum, aut dubium, & dubij quæstiones, unde promanent declarauimus, idque tacitè ferè ex mente testatoris, ex consuetudine, & ex simili interpretari, soluique posse insinuauimus. Quoniam uerò latissimus est campus ambigui, uel dubij iuris, & plura exiguntur media, siue argumenta, uel tacita, uel expressa, quibus id apertè cognoscatur, & cognitum ex iure certo dirimatur, proindè placuit omnia iura dubia per rerum categorias diligenter percurrere. Prima itaq; fronte occurrit nobis non minus nobile,
1 quam profundum Pauli proloquium. In ambiguo sermone non utrunque L.I ambiguo
dicimus, sed unum duntaxat. Itaque qui aliud dicit, quàm uult, neq; id de reb. dub.
dicit, quod uox significat, quia non uult, neque id, quod uult, quoniam id
non est locutus: Et præceteris omnibus Chrysippus, & Diodorus insignes
2 philosophi de ambiguo acerrimè disputantes nobis obuij facti sunt. Chry- in l. 2. de leg.
sippus enim, ut ab Aulo Gellio noctium Atticarum libro undecimo, capite
duodecimo relatum est, omne uerbum ambiguum esse profitebatur. Econ
uerso Diodorus nullum uerbum ambiguum fore, sed potius obscurum. Chry
sippus inquam ille, qui summus sapientiæ Stoicę philosophus à Martiano
3 nuncupatus est, hac fortasse nitebatur ratione. Quæ in duas pluresue trahũ l. nepos.
tur significationes, ea sunt ambigua, quemadmodum ambigui indicat de- de verb. sign.
finitio. Sed uerba talia sunt, uel testatoris, uel stipulantis, uel alterius, ut l. veteribus
in duas pluresue flecti possint significationes. Ergo uerba sunt ambigua. Mi placuit. de pa
nor probatur, uel in termino uno, uel in tota oratione. In uno termino, ctis.

ut

vt si testator taurum legauerit, legatarius petit seruum nomine Taurum; Hę
res verò bouem offert se daturum, quem in stabulo reliquerat testator. Vel
si Titius duos habens Stichos, Stichum legauerit. Ambigitur enim, vter sit
legatus. In tota vero oratione: Hæres meus dato auri pondo viginti vxori
meæ, quæ volet: Quæritur an quæ volet vxor, an quæ volet hæres? cæla
ta argenta, & signata, an pastillata? Vel: vt Accursius refert: Aio te Aea
4 cida Romanos vincere posse. Ambigitur enim, vtrum ne Pyrrhus Epiro
tarum rex victurus sit, an vero potius Romani victoria potituri? Vt Cicero
5 de legibus lib. secundo. Econtra Diodorus, nullum verbum ambiguum es
se ita contendebat. Ambigui ea natura est, vt duo vel plura dicat. Patet
ex eius definitione. Sed qui loquitur, semper vnum tantum dicit, sentit, &
intelligit: qui pariter audit, vnum tantum exaudit, sentit, & intelligit. Er
go nullum verbum nullaque oratio ambigua. Præterea quando, inquit,
ego vnum dico, tu vero aliud intelligis, hoc non est ambiguum, sed obscu
rum. Probatur: quoniam, nec ex parte mea, nec ex tua scinditur in plures
6 significationes. Ergo erit obscurum, & non benè perceptum, non autē am
biguum. Paulus vero Patauinus in prima parte sui proloquij: In ambiguo,
inquit, sermone non vtrunque dicimus, sed vnum duntaxat. Hucusque
Diodori opinioni adhærere videtur. In secunda vero, qui aliud dicit, quàm
vult, neque id dicit quod vox significat, quia id non vult, neque id quod
vult, quia id non est locutus, innuit cum Chrysippo, ambigua dari, & ob ea
vltimas voluntates irritas fieri cui magis fauent iura. Quamobrem non me
7 latet plures esse dubij species, dubium scilicet ambiguum, obscurum, & incer
tum. Dubium, & ambiguum licet differant, quia dubium amplius se ha
bet, in vna tamen conueniunt natura. Nam vt dubium in duas pluresve
8 trahitur sententias: sic ambiguum in ambas. Ambiguum: Aio te Aeacida:
Dubium: si plures sint Titij, & testator centum Titio legauerit. Obscuri
exemplum est: hæres dato fundum de quo te rogaui. Obscurum est, de quo
fuerit rogatus, vel quod vix legi percipive potest. Incerti vero figura talis
est: qui duos seruos habebat seruum legauit: incertum est vter sit legatus.
vel: quidam relegatus legauit ducenta danda vni ex hæredibus, qui pro eo
liberationem impetrasset ab imperatore. Plures erant hæredes, & incertus
est vnus ille, qui ex pluribus hæredibus impetraturus sit, & est incertus de
certis. Vnde regula, incertis non certis locus est coniecturæ. Hæc sanè om
nia, quamuis subtili ratione inter se differant inuicem, tamen compræhendū
tur, ac tanquam synonima plerunque accipiuntur. Probabilior itaque est
Chrysippi sententia, dari ambigua, siue dubia, quam comprobat in iure ci
uili insignis ille titulus de rebus dubijs. Nec officiunt Diodoræa argumen
ta. Neque enim semper, qui audit, qui legit, qui respondet, vnum tantum
audit. Nam aliquando dubitat, quid sibi iussum dictumve fuerit, tum vel
maximè cum vox ipsa per se plures habuerit significationes, possitque mul
tifariam intelligi, vel ab interrogante, vel à respondente, vel ab vtroque, vel
à tertio. Vt canis, ab vno stella canicula, ab altero latrabilis canis, ab alio
maritimus potuit percipi: vt substitutio verbis communibus facta, ab vno
directa, ab altero fideicommissaria intelligitur, & similia. Nec talia rectè
possunt appellari obscura, vtpote cum obscurum vnam tantum habeat signi
ficationem. Sed quæ non potest intelligi, aut vix quidem percipitur, vt su
9 pra declarauimus. Et talia obscura videntur ænigmata ipsa, qualia sunt hęc.
Exiuit cibus de ore comedentis, & de forti egressa est dulcedo. Quid dul
cius melle? Quid fortius leone? item: si non arassetis in uitula mea, me uti
que

l. q duos ser uos. de leg. I

in l. 1. de rebus dub.

an quia si lingua fefellit mens non errauit.

l. nepos Proculo. de ver. sign.

l. veteribus placuit. de pact.

l. in ambig. orat. de reg. iur.

l. ita fidei. de iure fisci. l. 2. de his, q pro nō scrip. l. quidam re legatus. de reb. dub. l. si alij. de vsufr. leg. gl. vlt. in l. continuus. §. cū ita. de verb. ob.

que intelligere non potuissetis. Et illud Platonis: Vir non uir, uidens non
uidens, occidit non occidit, lapide non lapide, auem non auem, in quinto de Rep. Dantur itaque dubia,& ambiguus sermo actum uitiare uidetur.
Cui tamen rei eiusdem Pauli sententia obstare uidetur, dum inquit: ubi est l. vbi est. de reb.dub.
10 uerborum ambiguitas, ualet quod actum est: Veluti si Stichum stipuler, &
plures sint Stichi, uel hominẽ Chartagine dari, cum plures sint Chartagines.
Quibus sanè reluctatur Modestinus his uerbis: si quis de pluribus unum ma l si quis de pluribus. de reb.dub.& l. si ita fuerit. de reb. dub.
numitti uoluerit, nec appareat, de quo manumittendo testator senserit, nul
li eorum fideicommissaria competit libertas. Idem comprobat Vlpianus de
duobus Titijs. Cum Titius tutor relictus fuisset, ille inquit, erit tutor quem
senserit testator: & si hoc non apparet, neuter erit tutor. neque enim defi- l. sunt duo Titij. de testa.tute.
cit ius, sed probatio. Vt si quis uolens legare uestem, legauerit supellectilẽ,
uel aurichalcum pro auro, uitiatur legatum. Quamobrem attentius per- l. si quis in fundi. de lega.primo.
pendenda sunt uerba Pauli: Vbi est uerborũ ambiguitas, ualet quod actum
est. præsupponit Paulus nobis constare, quid actum à testatore, uel à stipulatoribus, quamuis ambiguitas sit in uerbis. Quærunt enim diligenter iurisconsulti, quid actum sit. Quod cum apparet, tum dubia certa, & obscura
11 clara facta sunt. Probat hoc regula iuris: Semper in stipulationibus sequi- l. semper in stipu. de regu.iur.
mur, quod actum est. Ergo multo magis in testamentis, in quibus omnibus
confugiendum est ad mentem testatoris, tanquam Reginam, quam Iuriscõ l. in condit. primam, de cond & demonst.
sultus insequitur, ut uenator leporem. Quid igitur in ambiguis, quid in obscuris, quid in testamentis, quid in claris nobis erit agendum? Profectò in
12 ambiguis, & obscuris semper uarijs coniecturis mentem conijci oportet.
Quod si non apparet, eligi debet, quod uerisimilius est, aut quod plerun- l. in obscuris de reg. iur.
que fieri solet. Præterea in ambiguis orationibus spectanda est uoluntas
13 proferentis. At si contra eum urgeat alia ambiguitas, uel obscuritas, tunc l. veterib. de pact.
ambiguum interpretari debet contra eum, in cuius potestate fuit legem apertius significare. Deinde in obscuris semper sequimur, quod est mini-
14 mum: ut qui lancem maximam, minorem, & minimam reliquerat, lancem l semper in obscu. de regu.iur.
minorem illi legauerat, mediæ magnitudinis uideri legatam lancem respon
sum est, si non apparet quam lancem demonstrare uoluerit. Seia testamen l. qui lanc. l. Titia. §. Seia. de au. & arg.leg.
to ita cauerat: Iubeo signum, idolumue Dei ex libris centum in illa sacra ç-
de statui subscriptione nominis mei: quæsitum est cum in eo templo, non
nisi aut aurea, aut argentea tantum sint dona, hæredes Seiæ utrum ex auro,
an ex argento signum ponere compellendi sint, an æreum? Respondi secun
dum ea, quæ proponerentur, argenteum ponendum, quia non erant in tem
plo idola, nisi aurea, aut argentea. Ergo in obscuris, uel ambiguis sequimur, quod est minimum, uel aliquando medium. In claris autem, potissi-
15 mum in testamentis sequimur, quod est maximum. Nam in testamentis l. in testam. de reg.iu.
plenior fit interpretatio. Vnde legato uino debetur etiam dolium. Opus l. si cui vinũ. §. si vinũ. de vino, trit. & ol.leg.
est igitur coniecturis uenari mentem. Aequissimum enim est eam sumere
significationem, qua potius actus ualeat, quàm pereat. Quando igitur sunt
ambigua, inspici debet quod actũ est, idest quod tacitè actum esse probatur,
idque actum esse censetur, quod magis uerisimile est, quemadmodum ex l. quoties in act. de rebus dub.
coniecturis elici potest. Et sic patet, quem Stichum mihi dari fuerim stipulatus, & qua Chartagine, & ambiguitas est in uerbis tantum. Quod si nullis
coniecturis poterit unquam apparere, inutile prorsus erit etiam legatum
libertatis, ut in oppositis constat.

De

De Rebus dubijs in prædicamenta deductis.
Cap. IIII.

1 *Ambigua in omnibus generibus, vel prædicamentis.*
2 *Ambigua in personis, lego Titio, duo sunt Titij.*
3 *In re, legaui fundum Cornelianum, sed duo sunt fundi Corneliani, & alia varia exempla.*
4 *In quantitate, quadraginta lego cum ducentis, quæ apud ipsum deposui, vel fundum Titio lego cum Dione Meuij seruo,*
5 *In qualitate testator habens equum album, legauit equum nigrum, & alia exempla.*
6 *In loco, vt si Carthagine dare spondeas, & duæ sint Carthagines.*
7 *In tempore, vt si vno casu ruina, vel naufragio perirent pater, & filius pubes, vel impubes. vir, & vxor vtri succedant agnati, vel cognati vtri cedat dos, vel lucrum.*
8 *Ex futuro euentu, testator legauit ducenta ei qui primus Capitolium ascenderit, vel qui primus è manibus hostium aquilam arripuerit.*
9 *Regulæ quibus hæc ambigua decerni possunt, si Pater meus.*
10 *Si constat quid actum.*
11 *Per alterationem, & electionem.*
12 *A maiori ad minus, & è conuerso, cum egregijs exemplis.*
13 *A dictione cum, & similibus.*
14 *A verbis distributiuis, si qua mihi filia nascatur.*
15 *Falsa demonstratio accidentis non vitiat si de corpore constat.*
16 *Ambigua loci, quomodo soluantur.*
17 *A frequenti vsu, à qualitate personarum à similibus, locus mortis retrahitur ad locum vulneris, vt de equis in bello vulneratis, & nu. 18.*
19 *Locus spectandus destinatæ solutionis.*
20 *Ambigua in limine, vel in confinibus loci, quomodo solui debeant, vt si in vno territorio tetenderit arcum, & iaculatus sagittam hominem stantem in alio territorio occidat.*
21 *Saluus conductus, & securitas veniendi intelligitur etiam redeundi.*
22 *Ambigua in saluoconducto, vel securitate, cum varijs exemplis.*

Claud. in l. aut facta. ff. de pœn.

1 DVBIA, vel ambigua passim reperiuntur in omnibus penè rerum generibus, quæ sanè Claudiana Aristotelis prædicamenta æmulari videntur, vt in persona, re, quantitate, qualitate, loco, tempore, & futuro euentu versari compræhendantur. Ecce in Personis, si duobus Titijs separatim legauerit testator, & vni adimeret, nec appareat cui adeptum sit, neutri legatum debetur, quemadmodum & in dando, si non appareat cui datum sit, dicimus
2 neutri datum. talis coruscat etiam species illa, Duo sunt Titij de testamentaria tutela. In Rebus, vt si quis legauerit fundum Cornelianum, & duo sint
3 fundi Corneliani, quæritur vtrum hæres teneatur dare maiorem, an minorem. Vel si quis hominem legare volens, asinum legauerit, supellectilem pro ueste, aurum pro aurichalco, Fundum Mæuiani, aut Seianum lego, sed vniuersa possessio appellatione fundi Mæuiani rationibus demonstrabatur: Item lego duos mulos, qui mei erunt cum moriar, sed moriens nullos mulos, sed mulas tantum reliquit, quæritur an debeantur mulæ. Præterea institui

l. 3. §. si quis duobus Titiis. de adim. lega. l. dico sunt Titii. de testa tut. l. si quis sane §. si inter. de leg. l. idem Iulianus. § scio ex facto. de leg. l. 4. de leg. 1. l. 1. de rebus dub. l. q. duos mulos. de leg. 3.

hæredem

hæredem nisi nurus mea gerat in vtero, sed nurus iam pepererat: Insuper la-
nam legaui, an pannus debeatur. In quantitate, vt Seio quadringenta lego
4 cum ducentis, quæ apud ipsum deposui. Quæritur an sexcenta debeantur.
Demum si qua mihi filia nata erit, hæres meus centum ei dato. Duæ mihi
nascuntur filiæ, quæstionis est centumne hæres an ducenta dare cogendus
sit, vel fundum Titio dato cum Dione Mæuij seruo: An Dioni quoque fun-
dus sit legatus, an vero Dion cum fundo legatus, in dubium venit, Talia
ibidem leguntur Accursij ludicra illa mulieris oua quinque venum dedisse
contendentis, quamuis tria tantum vendidisset oua, ea vtentis fallacia in tri
bus duo contineri, sed tria, & duo constituunt quinque. In qualitate, vt si
5 testator habens equum album, dixerit, Mæuio lego equum meum nigrum,
vel si armatum equum, siue phaleratum legauerit, & ei essent phaleræ insi-
gnes, quibus solemnibus diebus in lustro, vel hastiludio vtebatur, ac itidē
minoris pretij ornamenta, quibus ornatus frequenter equitabat, vtra de-
beantur, & si legauerit seruum vernam, qui non est verna, vel si Dei signū
Idolumve in templo dicandum librarum centum vouerit, aureumne, an ar-
genteum, an æreum sit præstandum. vel si habens duos seruos Flaccum ful-
lonem, & Mæuium pistorem. vxori Flaccum pistorem legauerit, vter debea-
6 tur, fullo ne an pistor. In loco, vt si Carthagine, vel si ecclesiæ Diui Francisci
legauerit, & duæ sint in ea ciuitate Franciscanæ Ecclesiæ, vel si testator in
prouincia Crasso, & Bruto Clarissimis Senatoribus Romanis legauerit, an
legatum Romæ sit præstandum. In tempore, vt si vno casu, vna ruina, vno
7 bello, naufragiove vno perierit vir, & vxor, pater, & filius, pubes, vel im-
pubes, vtri cedat dos, vtri succedant agnati, an cognati? Vter inquam su-
8 premus perierit? In futuro euentu: testator legauit ec. vni ex cognatis suis,
qui primus ascenderet Capitolium. At contigit, duos simul, vnoque tem-
poris momento Capitolium ascendisse: vtri debeantur ducenta? Edixe-
rat præfectus militum, quicunque è manibus signiferi hostile arripuerit ve-
xillum, mille aureis donatus abibit. Duo fortissimi milites eodem tempo-
ris impetu è manibus hostium aquilam arripuerunt. Vterque petit mille:
Ancilla, si primum marem pepererit libera esto: at vno nixu serua noctu v-
trunque peperit, masculum, & fœmellam, vel saltem ignoratur, uter primo
genitus. Vel: Vni ex hæredibus meis, qui primus mihi impetrauerit resti-
tutionem ab Imperatore, centum do, lego.

l.vlt.C. de libe.& posth.
l. Titius in ff. de libe. & posth.
l.si cui lana. de leg. 3.
l. idē Pōp. §. idem scribit. de rei vē di.
l. qui filiab. § 1 de leg. 1.
l.si is qui cc. & §.cum ita. de reb. dub. Tradūt in l. 2.C. de veru. si. & in d.l.4. de leg.
l. Titia.§. Seia.de au.& ar gen.leg.
l.vbi est verbo. ambiguitas.de re.du.
l. sed si suscepit.§ si liberis.de iud.
l.q duos impuberes. §. cum in bello.l. quod si pariter.de rebus dub.
l.quidam releg. ... de reb.dub.

9 Quamobrem, vt nobis undiq; obuia fiunt dubia, & ambigua iuris, ita ex
eodem fonte signa promanant, quibus certa, & clara omnia redduntur. Pri-
mum à mente testatoris, uel stipulantis, si ea conijci potest, de quo Titio
senserit, cum duo sint Titij. Ille enim erit ipse. Quod si non apparet, non
deficit ius, sed probatio; Corruit legatum, quia non constat cui legatum.
Secus quando ambiguitas solum est in uerbis, & apparet saltē tacite, quod
gestum est. Stichum mihi dari Carthagine, quamuis duo sint Stichi, duæq;
10 Carthagines, ut supra ostendimus. Deinde legato generaliter relicto, si de
certo fundo senserit testator, nec appareat de quo cogitauit, electio hæredis
erit, quem uelit dare: aut si appareat, ipse fundus uendicabitur. Secus est,
si indiuiduum quid fuerit legatum. Error etiam nominis appellatiui actum
labefactare uidetur, quia secundum communem usum loquendi, nullo mo-
do id ita exauditur. Sic fundo Mæuiano, aut Seiano legato alternatiuæ
11 ambiguitas à Papiniano dirimitur. Aut fundi Seiani pretium non multum
differt à Mæuiani pretio, ab eo scilicet qui propriè Mæuianus appellatur, &
hic tantum legatus uidebitur, non autem omnis ea prædiorum uniuersitas,
quæ

d l. sunt duo Titij.
d l. vbi repugnantia.
l. legato generaliter. §. 1.de leg.1.
Sensus.l. 2. de re.dub.

quæ ſub appellatione Meuiani fundi rationibus teſtatoris demonſtratur, aut
fundus Seianus non minoris eſt pretij, quàm vniuerſa illa poſſeſſio plurium
prædiorum, tunc vniuerſa ea poſſeſſio legata cenſetur. Fundamentum hu-
ius rei eſt electio, quæ inter æqualia dari putatur, idque exigit natura alter-
natiuæ: Ambigua etiam diluuntur ratione à maiori ad minus, vel ęcontrà
12 deducta: Mulos, qui mortis tempore mei erunt, do, lego. Mulæ debentur,
quia in eo quod eſt plus continetur, quod eſt minus, vt argentum in auro, vt
trigonum in tetragono: Econuerſo legato eo, quod eſt minus, non cenſe-
tur legatum maius, vt legata lana non debetur pannus ex ea contextus, nec
legatis equis, vel ſuibus, debentur equuli, vel ſuculi, nec relicta gallina oua,
vel pulli debebuntur. Quod ſi hæredem inſtituerim, quem nurus gerit in
vtero, hæres erit etiam, ſi antea natus fuerit, ne pœnam præteritionis patia-
tur, qui ſuos non præterijt, quique erat etiam eo modo inſtituturus. Proinde
illi debetur hæreditas. Duæ itidem ſummæ, vel copula, vel coniunctione
13 coniunctæ in dubio cadunt inter diuerſa, & legata ita augent, vt, ſi cum du-
centis; quæ apud Seium depoſui trecenta legauerim, quingenta debeantur:
Et ſi fundum Titio cum Dione Meuij ſeruo legauerim, fundus, & Dion ſer-
uus debebitur. Diſtributiua etiam verba, quæ naturam generis præſeferũt
ambigua dirimunt, vt, ſi qua mihi filia natã erit centum hæres dato, duabus
14 natis ducenta dari debeant. Præterea dubia qualitatis ſic dirimunt, vt er-
ror in accidente, falſave demonſtratio non vitiet, maxime ſi de corpore con-
15 ſtet: quinimmo falſa cauſa non vitiat niſi ſub conditione prolata, vtputa, Ti
tio fundum lego, ſi negotia mea curauerit, non autem Titio lego fundũ, quia
negotia mea geſſit. Item à ſimilibus in eodem loco, vt ſi in eo templo erant
aliæ ſtatuæ argenteæ non aureæ, non ęreæ, vt argentea offeratur: tum à men
te teſtatoris, vel à nominibus ſeruorum notis, vel ab artificijs notis, vt in ſupe
16 rioribus diximus. Ambigua quoque loci ita diſſoluere conantur, vt illi Ec-
cleſiæ legatum relictum intelligatur, in qua inſunt ſepulchra maiorum, teſta-
toris, & anniuerſaria pro expiandis peccatis celebrantur, & quam diuinis of-
ficijs ſæpius frequentat ipſe teſtator. Quod ſi Carthagine dare promiſiſti, &
duæ ſint Carthagines, attenditur, quod geſtum eſt, & quæ Carthago con-
iecturis apparet. Semper enim in dubijs id agendum eſt, vt quam tutiſſimo
loco res ſit bona fide contracta. At ſi vir annua legauerit vxori, ſi cum filijs
habitauerit Patauij, non debebuntur ei annua, ſi morata fuerit extra Pata-
17 uium. Locus præterea ambiguus incertus, vel obſcurus ſolet a qualitate
perſonarum ſæpius declarari. Auri, & argenti pondo relicta clariſſimis Sena
toribus à teſtatore in prouincijs, ob dignitatem legatariorum Romæ præſtã
da iudicantur, vt equitij vſu legato Seio aurigæ, poterit eis vti ad vehẽdum
ſub iugo, quia legatarius auriga: Sic legatum ſtudioſo relictum debebitur,
vbi ipſe ſtudet. Locus etiam mortis retrahitur ad locum vulneris. Iure mu
18 nicipali caueatur, equos in bello militibus occiſos ſolui debere à ciuitate.
Equi (dum milites cum hoſtibus manus conſererent) fuerunt lethaliter vul-
nerati, qui poſtea domi perierunt. Locus etiam deſtinatæ ſolutionis in con-
19 tractibus præfertur loco contractus: Nam contraxiſſe videtur quiſque eo
loco, in quo vt ſolueret ſe obligauit. Ambiguum inſuper in limine, vel confi-
10 nibus loci verſatur, vt ſi exul vnum teneat pedem in territorio vno, & alte-
rum pedem in altero, vel ſedeat lapidi in liminibus poſito, vel ſi pedes in prin
cipis vnius, & caput in alterius iuriſdictione cubans, & dormiens teneat. At
ſolent iuriſprudentes territorium vetitum præferre. Nam quoties duo ſunt
quorum vnum prodeſt, alterum vero nocet, in criminibus, ne impunita re-
maneant,

l. ſi Titio. de leg. 2.
c. in alternatiuis, de reg. iu. in 6.
l. in eo quod eſt plus, de reg. iu.
l. ſi cui lana, de leg. 3.
vt in d. l. vlt. C. de poſth. hær. inſt.
vt in l. 2. in fine, de don.
d. l. qui filiabus. §. 1. de leg. 1.
l. falſa demõſtratio.
l. demõſtratio falſa, de condi. & demonſt.
l. non ideo minus. de hæred. inſt.
vt in l. quæ conditio §. fi. de cond. & demon.
c. nos quidẽ, de teſt.
l. vbi eſt verborum, de reg. iu.
l. qui concubinam. §. qui vxori. vbi gl. de leg. 3.
l. ſed & ſi ſuſceperit §. 1. de iud.
l. plenũ. §. equitij, de vſu. & hab.
l. bello amiſſi. vbi Bar. de excu. tut.
l. contraxiſſe, de act. & obl.
l. ſi quis in graui. in §. ff. ad ſyllan. cum in diuerſis, de religio. & ſump. fun.

manean, ſpectari oportet, quod nocet, tum vel maximè, ſi caput etiam ibi fuerit; quod ſi utrunque erat ſibi prohibitum territorium, præuentioni erit locus, vt proſcriptus ab eo puniatur à quo captus. Nec ſecius, ſi quis in vno territorio tetenderit arcum, & ſagittam eiaculatus, ſtantem in alte- Ang. Areti. in ver.
21 ro interficeret. Demum ſaluus conductus à Principe alicui indultus eundi, aut ueniendi, intelligitur etiam datus redeundi. Ergo de loco ad locũ, Bar. in l. reſti tuere. de ſe & priuilegia concesſa euntibus ad nundinas ne datia ſoluant, cenſentur indulta eiſdem etiam redeuntibus, quamuis referant aliqui Leonem Secun- pul. viol. Alex. conſil. dũ Pontificem Maximum tuto, ac ſaluo conductu præcedente Paulum Ba 46 lib. 2. Gozad. cõſi.
22 ionum ad ſe aduocaſſe, & caput illi amputare feciſſe, & ei fidem ſalui condu 27. ctas violatã conquerenti reſpondiſſe, ſecurum iter veniendi, non autem re- Iul. Feret. in tract. de ga- uertendi concesſiſſe. Sed Baldus conſultus reſpondebat tutum iter, vel ſe- bel & pub. curitatem à Principe datam ſeruari debere, nec verba calumnianda, ſed Bal. cõſilio omnia bona fide agenda: & varias affert formas, qualis etiam ea eſt, quæ 400. ſtipula- tio & conſi. per ora virum circunfertur, Ibitis, redibitis non capiemini, in qua ſolus 409. in quin- to. punctus poſtpoſitus dictioni negatiuæ eos captiuos facit. Addam exempla ex Euerardi præambulis: Vno pro puncto caruit Robertus aſello: Vel illa, Porta patens eſto nulli claudatur honeſto. ſi punctum ſtatuamus ante, vel poſt dictionem nulli, variat ſenſus: quemadmodum Robertum Abbatem feciſſe, & ob id Abbatia priuatum commemorant, vno pro puncto caruit Robertus aſello. nempe Monaſterio ſuo. Vel denique: Interficere reginam bonum eſt timere nolite. quid enim ſi punctus præcedat timere, vel ſequatur: nonne manifeſto mutabitur ſenſus?

De ambiguo temporis. *Cap. V.*

1 *Teſtator cum duos haberet filios impuberes, ei qui ſupremus moreretur, Caium ſubſtituit, ambo naufragium paſſi perierunt, quæritur, an ſubſtitutus ſuccedere poſſit, & alia ſimiles quæſtiones.*
2 *Dubium tempus ſæpe actum vitiare ſolet, vt incerta menſura, quantitas, vel incertum pondus ſtipulationem vitiare ſolent.*
3 *Facta paulo ante, vel poſt bellum, peſtem, incendium, cenſentur facta tempore belli, peſtis, vel incendij.*
4 *Centum Titio legaui ſi nauis ex Aſia veniſſet: ſed iam venerat nauis, an deberem legatum, vel ille Helenæ ſi nupſerit: ſed iam nupſerat: ducenta Manio cum pubeſceret, ſed iam pubes factus erat.*
5 *Triphonij reſponſum in l. qui duos de reb. dub.*
6 *Vlpiani contraria ſpecies.*
7 *Ambæ conciliantur.*
8 *Fauor matris aliquando ſpectatur à legiſlatore.*
9 *Fundamentum fictionis, quo leges fingunt, alterum prædeceſſiſſe, eſt ipſa æquitas.*
10 *Fingit lex Cornelia, aliquem deceſſiſſe præambula hora captiuitatis.*
11 *In fictione fauor etiam patroni ſpectatur.*
12 *Quid in conditione, ſi ſine liberis deceſſerit?*
13 *Limitationes l. qui duos, de rebus dub.*
14 *Longe difficilius legem moliri contra diſpoſitionem hominis, quàm legis.*
15 *Diſtinctio qua patet, quando leges fingant, & quando nos.*
16 *Stipulatio dotis reddendæ facta, ſi mulier deceſſerit in matrimonio.*

17 *Conciliatio Triphonij, & Martiani.*
18 *Longè melius declaratur suprascripta antiquorum distinctio.*
19 *Quid in donatione inter virum, & uxorem.*
20 *Quid in dote prælegata, si testator, & legatarius simul perirent.*
21 *Paulus Castrensis gloriatur, fastuq; tumet, quod gustauerit, quæ nec glossa, nec Bartolus gustauit.*
22 *Quid in lucro dotis si vir, & uxor vno submergantur naufragio.*

Gl. l. q duos. de reb. dub. 1 EGREGIA sanè illa sunt problemata, quæ Triphonius proposuit: Duos impuberes filios habebat, ei qui supremus moreretur, Titium substituit. Duo ipsi impuberes simul in naui medijs vndis perierunt; Quæsitum est, an substituto hæreditas diferatur, & cuius? Deinde cum in bello pater cum filio perijsset, mater filij quasi postea mortui, agnati vero patris, quasi filius ante obijsset, hæreditatem vendicant. Tum si maritus, & vxor nauigantes submersi fuerint, an stipulatio de dote ex capitulo, si mulier in matrimonio decessisset, habeat locum, si non probetur illa superstes viro fuisse. Postea, si impubes cum patre filius perierit, quæritur, credendum ne sit patrem superuixisse? Ecce temporis ambigua. Si plures duove vno naufragio, ruina vna, bellove vno fuerint extincti, nec appareat, vter prior diem obierit, hinc agnati, inde cognati, prout quisque postremus mortuus fuerit, sibi hæreditatem asciscunt, & in iudicio contendunt. Dubium tempus

l. ita stipulatio. de verb. obl. l. in omnibus obligationibus, de reg. iu. l. si pecuniæ. de verbo. obli. & l. cum qui calēdis.

2 sæpe actum vitiare solet, vt incerta mensura, siue quantitas, incertumque pondus stipulationem irritam reddit, quamuis promissa regulariter die non apposita præsenti debeantur die, nisi natura actus reluctetur, vt mutui. Et si spoponderim me Calendis daturum, primæ intelliguntur Calendæ, & vno casu, ruina, vel naufragio pluribus simul peremptis, nullus inter extraneos regulariter præsumitur prædecessisse: factaque paulo ante bellum, vel

l. qui de pariter mortuis. de reb. dub.

3 paulopost bellum, pestem, incendium, vindemiamve, videntur facta tempore belli, pestis, incendij, vel vindemiæ. Sic proximus lauræ, pro laurato habetur. Sic ratihabitio, sic legitimatio retrotrahitur ad diem actus, ad

l. Pedius. cū seq. de incē. rui. & naufr. l. vlti. C. ad Macedo. l. 1. de natal. vt in l. hæc conditio. ff. de condit. & demonst.

4 natalia: scatent etiam ambigua conditionis præteritæ, veluti centum Titio legaui, si nauis ex Asia venerit. Sed iam nauis venerat. Legaui centum Mæuio, cum pubes erit, sed iam pubescebat: Helenæ mille, si nupserit: at Helena nupserat. In primo itaque problemate altiora speculatus Tripho

5 nius dixit, si ex ordine duo illi impuberes vita decessissent, priori mortuo, frater ab intestato hæres erit, posteriori substitutus. In ea tamen hæreditate etiam ante defuncti filij habebit hæreditatem. In proposita autem quæstione, vbi simul perierunt, quæritur cum neuter frater superstes fuerit, quasi vtrique vltimi decessisse videantur, vter vltimus obierit, an verò neutri? Sed superior sententia magis admittenda est, vt vtrique hæres sit. Nam & supremus, vel proximus agnatus intelligitur etiam qui solus est, & hic vterque vltimus, primusque obijt. Huic

l. ex duobus. de vul. & pu. l. cum qui. ff. ad Treb.

6 tamen acriter reluctari videtur species illa Vlpianea: Eum qui nouissimus ex filijs mortuus est, partem hæreditatis propinquo voluit pater restituere, si simul fratres diem suum obijssent: Propinquum, si non ostenderit, ver nouissimus obijsset, ad partem hæreditatis non admitti. Sed matrem ex Tertuliano Senatusconsulto ad utriusq; hæreditatem admitti constat, quæ tamen minime obstat. Nam in casu Triphonij possumus quē

uti

7 vti eius dilemmatè, quod non conuenit casui Vlpiani in hunc modum: Aut
vnus impuberum post alterum perijt, aut vterque simul. Si ex ordine vnus
post alterum; nouissimus adhuc restituit hæreditatem totam substituto, etiã
partem fratris prius defuncti cui successit. Si vero vterque simul, adhuc to-
tam cogitur restituere, quia nullum est discrimen, an ex ordine, an simul pe
reant. Vtrique igitur hæres erit, & vterque primus, & vltimus obijsse cẽ-
setur. At in specie Vlpiani non res ita se habet. Fuerat enim vnus graua-
tus suam tantum restituere portionem hæreditatis: hic vero totam: sed cum
non appareat, vter prius decesserit, non apparet, vtra portio substituto sit
deferenda huius, vel illius. Augetur ratio: si partes nondum erant signatę,
vel si inæquales. Rectè igitur respondet Vlpianus substitutum non admit-
ti, si non ostenderit, vter nouissimus obierit, vt eius portio fideicommissa
elucescat. Sed apud Triphonium substitutus nouissimo morienti in toto as-
se totius hæreditatis succedebat. Addunt interpretes, fauorem matris apud
8 Vlpianum fore spectandum, quæ ex Senatusconsulto ad hæreditatem filio-
rum vocatur, & quæ in altera specie non conspicitur. sic Triphonius fauo-
rabilem causam patroni hic perpendit, si cum filio (inquit) libertus simul
perierit intestati, patrono legitima defertur hæreditas. Hæc enim reueren-
tia patronatus suggerenti dicimus. In secundo vero problemate Tripho-
nius ait: Cum in bello pater, & filius (dum manus cum hostibus confere-
rent) interfecti fuerint, Diuum Adrianum credere, patrem prius mortuũ,
proinde ad matrem, & cognatos deuoluendam hæreditatem. Ratio au-
9 tem quare leges, vel Imperatores fingunt, alterum prius diem suum obijsse,
cum id tamen prorsus incertum sit, ea profecto est virtus illa suprema legis,
de qua supra abundè diximus, qua lex subnixa æquitati fingit, ea quæ non
sunt, & rem trahit ab esse ad non esse, vt non entia in entia conuertere vi- l. lex Corne-
10 deatur. Fingit lex Cornelia, eum decessisse præambula hora captiuitatis, lia de vul. &
vel tunc cum ab hostibus captus fuit, vt eius testamentum sustineatur: Fin- pup.
gunt iura postliminij eum possedisse, qui non possedit, remque de tempore Bart. in l. si
ad tempus retrahunt. Sic vno bello, sic naufragio vno pluribus simul inter- is, qui p em-
fectis, vel submersis fingunt leges patrem, vtpote seniorem præmortuum, ptore, de vsu.
ratione medius fidius naturali, quòd fortiora diutius consistere, exiliora ve
ro citius marcescere putantur. E conuerso filium aliquando fingunt præmo-
ri, si impubes, & propterea imbecillior fuerit. Fingunt quoque leges filiũ
liberti ruina vna ambobus pereuntibus prius extinctum, quàm patrem, ne
11 patronus successione bonorum defraudetur, quæ à liberto non modo iuri
ciuili, verum etiam naturali sibi debentur, vtpote qui libertatem, & om-
nia ab ipso recipit, nec potest iure excludi nisi à filio liberti. Sed in ambi-
guis non conuenit, vt excludatur a filio liberti, & dum hic Diuus Adria-
nus patrem credidit prius defunctum, adest fauor matris, cui magis de-
betur luctuosa filij successio. Ecce quanta æquitate nixæ leges fingant, l. ex facto. §.
quæcunque fingunt. Vlpianus verò: si naufragio, ruina, vel aggressu fi- si quis autẽ
lius simul cum patre perierit, videamus an defecerit conditio, si sine li- susceperit. ad
beris decesserit: & magis non defecisse arbitror, quia non est verisimile Treb.
filium eius superuixisse. Aut igitur filius superuixit, & non extitit con-
ditio fideicommissi, aut non superuixit, & extitit conditio. Cum autem
vter ante, & vter post decesserit, non apparet, extitisse conditionem Doct. in d. l.
12 fideicommissi, magis dicendum est. Non desunt, qui sententiam Triphonij di qui duos, &
13 mitandam putent, ne vendicet sibi locum in substitutione, si sine liberis deces l. qui de pari
serit, vt hæc iura concubẽt, nec in filio liberti, nec inter extraneos, nec si vnus ter mortuis,
de reb. dub.

Bar. in l. qui de pariter mortuis, & l. qui duos.

in Gallia, alter in Hispania moriatur. Nos vero perpendimus leges facilius
fingere in successionibus ab intestato, quàm ex testamento; vel, vt Bartolus
inquit, magis in dispositione legis, quàm testatoris. Nam tunc fingunt in suc
cessionibus, & hæreditate ab ipsis legibus delata. Et longè difficilius est le-
14 gi, aliquid insolitum moliri in dispositiones hominum, quia non debent le-
ges hominum voluntati honestæ, ac liberæ quouis modo esse impedimento.
Et rationem ab antiquis mutuati, quos satis implicitè retulit Bartolus, longè
clarius distinguemus. Aut actus sui natura exigit, vt impleatur aliquo non su
15 perexistente, aut actus sui natura exigit, vt impleatur aliquo superexi-
stente. Primo casu non est, vt leges fingant. Nam, vt Martianus
inquit, de pariter mortuis tractamus: In quibus casibus si pariter de-
cesserint, nec appareat vter ante spiritum emiserit, non videtur alter
alteri superuixisse: sic igitur substitutio illa, si sine liberis filius meus
decesserit, Caium substituo, illaque conditio sui natura exigit, vt im-
pleatur filio aliquo non superuiuente, nempè, vt tum demum admitta-
tur substitutus. Ergo non est opus fingere alterum prædefunctum: im-
mo natura actus exigit liberos superuiuentes, si substitutus debet exclu-
di. quam emphasim indicant verba illa, si sine liberis decesserit. Ergo
in dubio extitisse videtur conditio fideicommissi, & ille sine liberis de-
cessisse. Secundo vero casu, quando actus sui natura exigit, vt impleatur ali
quo superstite, vt in specie patris, & filij vna ruina peremptorum, ne hære-
ditas non adita semper inanis iaceat. Nam si nouissimus perierit pater, vo-
cantur agnati, sin vero vltimus perierit filius, mater, & cognati à Senatus-
consulto excitantur. At in dubio, nec illis deferenda, sed aut fisco applican
da, aut inadita, & inanis semper iacebit. Quæ incommoda ne sequantur,
actus sui natura exigit, vt impleatur aliquo superuiuente alteri. Ergo neces
se est propter publicam vtilitatem, & æquitatem, vt leges fingant aliquem
præmortuum, eoque maximè, quod testatoris voluntati, aut sanctioni nō
sunt impedimento: de qua sanè distinctione adhuc inferius sermonem habe
16 bimus. Demum inquit si stipulatio facta fuerit dotis reddendæ, ex capitu-
lo, si mulier in matrimonio decessisset, viro, & vxore simul pereuntibus, ha
bebit locum, si non probetur illa superstes viro suo fuisse. At Martianus de
pariter mortuis, ecce inquit, si mater stipulata est dotem à marito mortua
filia in matrimonio sibi reddi, & simul cum filia perierit, Diuus Pius rescri-
psit, non esse commissam stipulationem ad hæredes inquam matris nō com
petere, quia mater filiæ non superuixit. Idem quæritur si extraneus, qui
dotem stipulatus est simul cum marito decessisset, vel cum ea, propter quā
stipulatus esset, an ad hæredem suum stipulationem transmittat? Idem in-
quit: Si dos vxori prælegata sit, & nauigantes simul vir, & vxor perierint,
subdit, in quibus casibus, si pariter decesserint, nec appareat, quis antea
spiritum emisit, non videtur alter alteri superuixisse. Triphonius ergo affir-
mat stipulationem dotis reddendæ, si vxor in matrimonio decesserit, lo-
cum habere, nisi probetur mulier superstes viro suo fuisse. Martianus au-
tem inquit: si mater stipulata fuerit, dotem sibi a genero restitui, si filia in
matrimonio decesserit, vel: si extraneus ita fuerit stipulatus, non esse in-
quit, commissam stipulationem, & ideo agere non posse, si mater cum fi-
lia, vel extraneus simul perierint, quia mater filiæ non superuixit. Hic
exigitur, vt mater, vel extraneus filiæ sponsæ, vel vxori superstes sit, vt pos-
sit agere ex stipulatu: Ibi vero mater agit, quamuis non appareat, virum,
17 vel vxorem superstitem fuisse. Hæc profecto iuris responsa sibi inuicē nō re-

l. 1. C. de sacrosanc. ecc. in d. l. quod de pariter.

d. l. quod de pariter. & l. sed & in illo.

In l. quod de pariter. & sequentib. de reb. dub.

pugnant,

pugnant, quamuis prima fronte inuicem reluctari uideantur. Nam vt Bar-
tolus respondet, ibi stipulatio facta fuerat, si mulier in matrimonio decessis-
set: hic vero apud Martianum, etsi post matrimonium solutum superuixis-
set stipulator. Proindè ego altius repeto, eandemque amplector distinctio-
nem, quam ab antiquis mutuatus, supra retuli: Aut actus sui natura exigit,
18 vt impleatur aliquo non superstite, vt in specie Triphonij, si filia in matri-
monio decessisset: Hoc enim indicant verba conditionis illius; Quare am-
bobus simul vno submersis naufragio, habet locum stipulatio, quam sanè a-
ctionem hæredes viri propellere non possunt, nisi probauerint vxorem viro
superstitem fuisse, propterea non decessisse in matrimonio. Cui arridet Vl-
piani responsio in quæstione donationis, quæ præmoriente donatario cor-
ruit. Quid ergo, inquit, dicemus, si naufragio fortè, vel ruina, vel incendio
simul perierint, & si quidem possit apparere quis ante spiritum posuerit. ex-
19 pedita est quæstio: si vero non appareat, difficilis est quæstio, & magis pu-
to donationem valuisse. Et id ex verbis orationis defendimus. Ait enim
oratio: si prior vita decesserit, qui donatum accepit. Non videtur autem
prior vita decessisse, qui donatum accepit, cum simul decesserint. Ecce actū
sui natura exigentem, vt impleatur nullo superuiuente, vt sustineatur dona-
20 tio, quæ prædecedente donatario labefactatur, quod etiam Paulus confir-
mat in donatione inter virum & vxorem, vtrisque simul extinctis. Aut actus
sui natura exigit, vt impleatur aliquo superstite, tunc non sufficit eos simul
perire, sed necesse est appareat alterum superuixisse. Vt, quando mater, vel
extraneus stipulatus est dotem sibi ipsi reddi post solutum matrimonium, si
nupta in matrimonio obierit. Vnde cum mater, vel extraneus cum nupta
vno simul perierint casu, non habet locum stipulatio, nec transmittitur ad
hæredes. Idem iuris in dote prælegata vxori, quia neque legatum, neque
hæreditas transferri potest, nisi de vno in alterum superuiuentem. Idem
in substitutione, si sine liberis decesserit Caium substituo, quæ ad exclusio-
nem substituti, sui natura exigit, vt impleatur aliquo filio superexistente. Er-
go si pater, & filius simul fuerint submersi, dicitur pater sine filijs decessisse,
& proinde admittitur substitutus. Quamobrem in specie Triphonij princi-
palis quæstio est, an coniugum alter altero prædecesserit: In hac vero Mar-
tiani, an stipulator post solutum matrimonium superstes sit. Quamobrem
admiratur Paulus Castrensis, & iactabundus gloriatur, se ea hic percepisse,
21 quæ neque Bartolus gustauit, neque glossa, neque alij, nempè quòd stipu-
lator non transmittit iura sua dotis reddendæ ad hæredem, si ante solutum
matrimonium perierit, quod admiratione dignum videtur, cum omnis sti-
pulatio etiam conditionalis transmittatur. Ex his valde difficilis redditur
22 quæstio de lucro dotis, si vir, & vxor vno extincti fuerint naufragio: quam-
uis Baldus putauerit virum vtique lucrari, & idem senserit Accursius. Ego
vero legis verba diligenter perpendenda esse reor, an ita habeant, vir mor-
tua vxore lucretur dimidiam dotem, an verò prædecedente vxore vir lucre-
tur, vt primo modo vir lucretur vtique, secundo vero neutiquam, nisi vir pro
bauerit, coniugem prædefunctam.

in l.cum hic stat⁹. §. si ambo, de dona. inter vir. & vxor. & in l. si inter vir. & vxor. de reb. dub.

d. l. si inter vir.

l. idem est si dos. cum l. sequenti, de rebus dub.

§. ex conditionali, de verb. obli.

in l. si possessor. §. si eod. de religio. & sump. fun. Gl. in l. cum hic status §. si ambo. d. dona. inter vir. & vxor. per illum tex.

De ambiguo ex futuro euentu. Cap. VI.

1 *Et ex cognatis meis, qui primus Capitolium ascenderit, hæres centum dato. Duo simul ascenderunt, quæritur, & huiusmodi plures quæstiones.*

nulla necessitas. Et dilucidè constat utrunque ascendisse. Proindè putāt aliqui, hoc Vlpiani responsum plenum esse iuris rigore. Præterea corona muralis à Scipione Aphricano proposita fuit militi, qui primus muros ho-
3 stium ascendisset. Duo simul ascendere, nec ob id alter alteri fuit impedimento. Sed duæ coronæ singulæ singulis militibus datæ fuere, quia pares fuerunt in virtute. Et in iure ciuili: si qua mihi filia nata erit, hæres meus centum dato. Duæ nascuntur filiæ, non centum, sed ducenta dare oportet. Esto insuper ducis edictum: qui miles primus ingressus fuerit vrbem hostium, aureis centum donatus habito, vel qui primus aquilam e manibus signiferi hostis eripuerit. Duo fortissimi milites simul vrbem ingressi, vno etiam impetu hostilem hastam signifero eripuerunt: nec alter alteri est L qui filiab. §. 1. de leg. 1.
4 impedimento. Sed vterque præmijs donatus abit. Cur ergo diuersum? Placuit semper nobis, aurea illa theoria Bartoli: aut verba sunt distributiua plurium, aut collectiua, aut nec distributiua, nec collectiua. Prima species collectiua plurium distribuit pluribus insolidum, vt quisquis, quicunq; si quis & similia verba, ingressus fuerit vrbem, vel muros ascenderit. Ergo præmia multiplicanda, cum maximè natura actus exigat solidum. Nam si equus vnus, vti præmium fuisset propositus per concursum sibi facerent partem. Secunda vero collectiua plurium, vtputa, omnis qui murum ascenderet, vel omnes qui vrbem fuerint ingressi, capiant aureos centum. Colligit omnes non tamen in solidum, vt si qua mihi filia nata erit hæres cētum dato. Nam si qua distribuit de quacunque in solidum, naturamque actus, vt Bartolus inquit, spectari oportet, an solidi capax sit, necne. Nam ingredi vrbem, & ascendere Capitolium competit pluribus in solidum. Proinde præmia geminanda, siue multiplicanda, nisi lex vel testator singulari oratione fuerit vsus, ei qui primus ex cognatis meis ascenderit Capitolium: id l. hoc arti culo, de hæ re. inst. Solidi natura.
5 Vnicum enim intellexerat testator: Sed eripere hastam è manibus hostiū, non potest duobus militibus insolidum, sed pro parte conuenire. Vnus si quidem hinc, alter indè aquilam trahit, non singuli totam, sed omnes simul. Erat, inquit, Pisanum statutum: Quicunque acceperit vexillum florentinorum, habeat centum. At in exemplo Capitolij non adsunt verba collectiua, nec distributiua plurium, sed singulares orationes, vni ex cognatis meis, qui Capitolium ascenderit. Non mirum igitur, si duobus ascēdentibus de rigore frangitur legatum: Vnde solent animaduertere interpre-
6 tes, quod si duorum alter ab initio perijsset, sustinetur legatum, tanquam remoto impedimento: quemadmodum, si testator duos Apollonios seruos habens, Apollonium instituerit hæredem, altero ante apertas tabulas testamenti mortuo alter sustinetur hæres. Quod si vterque viuat institutionem nullius esse momenti patet, propter legem Aeliam Sentiam, quæ amplius, quàm vnum necessarium hæredem fieri vetat. Hinc tamen malè inferunt L. qui soluendo op. dè hæred. inst.
7 Pontificij iurisćōsulti, id matrimonium, vel postea cum vna sustineri, quod iuuenes cum decem puellis solemniter celebrasset: Vultis esse mihi charissimæ vxores? volumus. Si nouem sponsæ periissent (quod iustè reprehendit Abbas) vtpote cum ab initio non constiterint hæ nuptiæ. Proindè tractu temporis reconualescere non potuisse. Idem iuris esse ostendit Vlpianus in monumento construendo, in legato relicto, ei qui maximus natu est, vel relicto Sempronio cum duo sint Sempronii. Idemque in ipsa libertate vni relicta, si non appareat cui. Hinc possent dirimi quæstiones de natu maiori, deque primo genito. Vt si testator fundum pretiosum prælegauerit maiori natu de familia, vel primogenito. Quid ergo dicemus, ait Vlpianus Abb. & alii in cap. gaudemus in Domino. de diuor. d. l. si fuerit legatum.

pianus, si duo pares ætate sint, duove simul primogeniti, vel si ignoretur qs
8 primogenitus. Ecce enim dum Thamar nobilis Hebræa pareret, callida obstetrix primò exeunti è vulua, & primo manum, brachiumque porrigente præ gaudio gestiens coccinum sericum manui colligauit, & exultans, tu nobis, inquit, primogenitus eris, matre tamen in partu valde laborante, puer iterum sese retraxit, & frater prior in lucem prodijt. Postea is iterum pu-
9 gnum porrexit, & in lucem editus est. Talia quoque de Iacob, & Esaù legũtur, dum mater geminos pareret, Iacob plantam pedis Esaù fratris, ex vtero exeuntis manu stringebat, & apprehendebat, vt gemelli vno partu conrextuque vno simul nascerentur. Cuius etiam primogenituram emit postea lẽtis edulio. Quæritur, vter primò natus, vter primogenitus, cum potuerit primogenitus abditas, & altiores vteri cauernas possidere, & nouissimus nasci.
10 Sed de his hactenus, cum latissimè pateant apud Tiraquellum de iure primogenitorum. Demum ait: si ancilla primum marem pepererit libera esto, eam consequi libertatem, quasi per præsumptionem prius masculo edito, quæ præsumptio maximè fauore libertatis vtique admittitur. Huic similis est ardua quæstio: Rusticus prægnantem vendidit bouem vaccamve suam, pactus, vt si primum vitulum peperisset, is suus esset: sin autem vitulam, vt ea cederet emptori. Sed bos nocte vtrunque peperit, vitulum, & vitulam, & ignoratur, quis prior editus. Quæritur, vtri debeatur vitulus. In qua cõtrarias protulerunt sententias, Bartolus, & Romanus. Ille putauit marem venditori, & fœminam emptori ex contrahentium mente spectare, quod à plerisque negatur. Hic vero emptori potius, eo quia in contractibus dispo-
11 sitio simplex non trahitur ad casum mixtum. Nam stricta debet fieri interpretatio, quamuis in vltimis voluntatibus sub simplicibus compræhendantur casus mixti, quia in eis benigna, & latior fit interpretatio, quod in pari causa potior debet esse conditio possidentis, & casus est omissus, qui relinquitur dispositioni iuris communis, quo fructus cedunt emptori. Quare animaduertendum est, non solum conditionem, sed modum quoque conditionis fore adimplendum. Sæpè igitur dubitare contingit, an & quando cõditio debeat in forma specifica adimpleri? Ecce enim si brabium fuerit pro
12 positum ei, qui ex pluribus primus in equestri cursu metam attigisset, & generosus equus, equite deiecto, nudus celeriori cursu statuta signa fuerit ingressus, quæritur an domino debeatur præmium, quasi tota lege obseruata? Nam si quis obijceret minimè deberi, quia non sufficit conditionem potestatiuam casu vel fato adimpleri, veluti casualem conditionem, sed consulto, & ex industria adimplenda venit. Poterit vtique alter respondere, hic etiam spectandas esse vires, & cursus equorum, proinde mixtam esse conditionem, & satis esse conditionalem, vel mixtam casu adimpleri. Quamobrem Iudices solent in hac quæstione diligentissimè perpendere verba, modos, & formam conditionis. Sic ciues Zamorani negarunt fieri posse, vt fortissimus ille eques equo excussus in arenam rediret, & denuo cum quinto superstite pugnaret, quod extra metam monomachiæ destinatam processisset: cuius historiæ supra quoque facta est mentio.

[Margin notes: l. quicquid a stringendæ, de verb. obl. — l. si ita scriptũ sit fil. ab. de leg. 2. — l. in pari cã, de reg. iur. l. Iulianus §. si fundus. de actio. empti. & vend. — l. 2. de cond. & dem. — l. si quis hæredem. C. de inst. & subst. — d. l. 2. d. l. si quis.]

13 Sudant ergo Iurisprudentes in dirimendis huiusmodi quæstionibus. Nec sufficit nasci marem, sed oportet primo fuisse genitum, & acerrimè de conditione in forma specifica adimplenda contendunt. Semper tamen confugiẽdum est ad mentem legislatoris, vel testatoris. Nam aut sequitur idem effe-
14 ctus ex mente quoque testatoris, vt nihil referat ex æquipollentibus aliquid fieri: tunc enim poterit conditio per æquipollens adimpleri, vt si mulier

[Margin note: l. mulier §. ff ad Treb.]

relinqueret

relinqueret filijs Caij post mortem patris iure fideicommissi, vel alio hæreditatem, ne Caius ea potiatur, & filij fuerint à patre emancipati, vtiq; hæreditatem capiat etiam viuente patre. Item si mater filias instituisset hæredes si emancipatibus sint à patre, & filij à patria potestate liberati fuerint, non per emancipationem, sed morte patris, dubio procul capient hæreditatem, quia mors patris vtique æquipollet emancipationi secundum mentem quoque ipsius matris: Aut non sequitur idem effectus ex mente testatoris, vt maximè referat, non adimpleri per æquipollens, tunc non poterit sic adimpleri, vt si quis iussert Callimacho, cum quo testamenti factionem nõ habebat, dari ducenta, cogitur præcisè dare ducenta, quamuis ea non faciat accipientis: & qui hæredi dare iussus est seruo alieno instituto, seruo, non domino dare debet, quia quæ facti sunt non transeunt ad dominum. Neque enim sequitur idem effectus ex voluntate testatoris, si non dentur incapaci, vel si dentur domino, non autem seruo. Testator namque intellexit deportato, & seruis danda, etiam si ipsis sibi non acquirant, quia saltem mortis capione, licet non ex testamento capere possunt pecuniam, & eam alimentis, & vsui necessario sibi iure naturali irrogare. Quoties itaque non sequitur idẽ effectus ex mente testatoris, quoties inquam plurimum refert, ne quid fiat per æquipollens, tunc ipsa conditio venit in forma specifica prorsus adimplenda.

Plura ne an pauciora sint iuris principia Cap. VII.

1 *Principia primaria quæ sint.*
2 *Principia secundaria, quæ sint.*
3 *Vniuersalia principia.*
4 *Generalia principia.*
5 *Particularia principia.*
6 *An sustineri possint plura iuris principia.*
7 *Regula non potest esse principium iuris.*
8 *Defenditur opinio plurium principiorum.*
9 *Principia sunt tanquam locus ianuæ in domo, quem nullus ignorat.*
10 *Duo tantum esse iuris principia, æquitatem scilicet, & legem ex propria autoris opinione.*
11 *Quæ ab vno emanarunt.*
12 *Quæ ab altero.*
13 *Quomodo prima principia in vnum constringantur.*

1 SVNT qui propemodum infinita constituant iuris principia, ea diuidentes in primaria, & secundaria. Primaria appellant vniuersalia quędam iuris pronunciata, quæ per se nota, nulla indigent demonstratione, veluti sine aliqua dubitatione, aut contradictione ab oĩbus concessa: qualia sunt tria illa iuris præcepta, honeste viuere, alterum non lędere, ius suum vnicuique tribuere. Ex his & illud promanat, Quod tibi fieri non vis, alteri non feceris, ab Alexandro Imperatore summopere celebratum. Hinc iuris ciuilis regulæ nonnullę inter hæc principia ab his connumerantur, veluti turpes hominum dispositiones nullius esse momenti: Natura periniquum esse, cum alterius iactura lucrum facere: alteri per alterum non esse iniquam conditionem

l. iustitia. §. 1. de iusti. & iu. §. iuris præcepta. eodẽ ti. Inst. l. 1. ff. quod quisque iur. c. ponderet. 50. dist. Lãp. in Alex. l. iurisgentium. §. si paciscar. ff de pact. l. conditiones. ff. de cõ

8 Quamobrem, vt hæc omnia euitentur, dicamus, iuriſconſultos non tam
exactè requirere iuris principia, quam apte conſtituuntur in natura. Quam- l. adoptio. ff de adopt.
uis enim lex naturam imitari ſtudeat, non tamen poteſt eam æquare, & ple- l. nam hoc
nius conſequi. Iccirco intellexerunt ipſi, ſua principia cognoſcendi iuris eſ natura. de cond. indeb.
ſe vniuerſales propoſitiones immediatas, ac per ſe notas, quibus ſine dubita-
tione, vel contradictione acquieſcit humanus intellectus, quas dignitates,
ſeu ἀξιωματα conuenit appellari; qualia etiam cuiuſque artis, vel ſcientiæ
9 principia per ſe nota putantur. Sunt enim principia tanquam locus ianuæ
in domo, quem nullus ignorat. Et cum vna eademque res diuerſa ratione Ariſt. metaphi. 2.
poſſit diuerſis etiam modis cenſeri, non erit inconueniẽs, proloquium vnum
modo ſumi vt iuris præceptum, ſiue regulam, aut effectum: modo vero vt di l. eum qui ſedes, de viuc.
gnitatem ac principium, ſi ad alia referatur, quæ profluunt ab eo: & ſic non
erit ius ciuile maiore capite deforme. Nec erit abſurdum, in multigeno ſu-
biecto, quale eſt ius ciuile, tot reperiri huiuſmodi principia, ſi horum opinio-
nem tueri velimus, quod ſi altius penetrare ſat eſt, poſſemus vtiq; dicere, duo
tantum eſſe iuris ciuilis principia, ad quæ cætera omnia reflecti reduciue propria autoris opinio.
poſſunt. Vnum eſt, æquitas ipſa iuſtitiæ obiectum præcipuum, de qua abun
de in capite de iure, & æquitate, ſupra pertractauimus, & hoc principium pro
deſt nobis, non ſolum ad ius non ſcriptum in ipſis rebus conſtituendum, &
cognoſcendum, verum etiam ad ius ſcriptum, dum legis mentem diligenter
per interpretationem quærimus, maximè in ijs in quibus expreſſum deficit
ius ipſum. Alterum principium eſt lex ipſa ſcripta, legem intelligo verba ip-
ſa ſcripta pro eius corpore: & rationem legis pro eius mente, vel anima. Hęc
pariter eſt principium. Nam ſimul ac ſcripta, latave fuit, ſtatim ius conſti-
11 tuit. A primo illo principio, quod quidem ad ius non ſcriptum retuli, ema-
narunt illa tria iuris præcepta: item, Quod tibi non vis fieri, alteri ne fece-
ris. & mille huiuſmodi, quæ ipſi prima principia appellarunt. Ab altero ve-
ro, nempe à lege ſcripta, effluxerunt omnia illa ſua ſecundaria principia, vni
12 uerſalia, generalia, particularia; omnes etiam cuiuſque legis particularis de
cidendi rationes in hoc vniuerſum ius ciuile ſcriptum contineri, omnibus
apparet, legis Senatuſconſulti plebiſcita, principum cõſtitutiones, prætorum
edicta, & interdicta, prudentumque reſponſa. Nodos ac difficultates omnes
ad legem, nempe eius mentem reducere tentamus, vt facile diſſolui poſſint, &
quærimus, quod lege Falcidia ſancitum fuerit, quid prętor edixerit, vel inter-
dixerit, quid iuſſerit princeps. Ecce quamuis tu mihi mille huiuſmodi diſpu
13 tando adduxeris, ego tamen omnia ſemper ad vnicum eorum omnium prin
cipium, nempe ad legem ipſam reflectam. Ex his plura principia poterunt
vtique in pauciora conſtringi.

Quemadmodum iuris interpretes quæſtiones retrahant ad iuris principia, & eas diſſoluant. Cap. VIII.

1 *Titulus erat in ſtatuto, filia dotata non ſuccedat.*
Erat autem ſtatutum: filia dotata non ſuccedat in bonis matris, & auiæ, quæritur, an poſſit in bonis patris ſuccedere.
2 *Pauli Caſtrenſis opinio quod non ſuccedat in bonis patris.*
3 *Iaſonis opinio, quod immo ſuccedat.*
4 *Reſolutitur hæc quæſtio ad ſua iuris principia.*

5 *An*

5 *An creditor ex legato, vel ex delicto ſit propriẽ creditor.*
6 *Quæſtio retrahitur, & reſoluitur ad ſua iuris principia.*
7 *An appellatione bonorum, veniunt bona feudalia.*
8 *Quæſtio reſoluitur ad iuris principia.*

1 ERAT olim quæſtio huiuſmodi ex ſtatuto pendens, cui titulus erat: filia dotata non ſuccedat, ſed in textu ita ſancitum erat, filia dotata non ſuccedat in bonis matris, & auiæ. Quærebatur, an hæc filia poſſet in bonis patris ſuccedere, cum in nigro

2 nec verbũ quidem vllum patris haberetur, eſſet autem titulus

Pau.Caſt. cõſil.83.vol. 2.

ſiue rubrica generalis, vel vt ſupra indefinita, in hoc conſultus Paulus Caſtrẽſis reſpondit, filium vtique non poſſe in bonis patris ſuccedere, tum quod Rubrica generalis non debet reſtringi a nigro particulari: tum quod ſtatu-

Iaſ. & Dec. in rub. ff. ſi cert. pet.

3 tum filia dotata non ſuccedat, debet intelligi in bonis dotantis. Contrariam opinionem Iaſon ſeptem argumentis ſecutus eſt, in quam etiã Decius inclinauit, & hincinde plurima referuntur. Quamobrem Bologn. ingenioſe re-

Bolog. I rub. ff. ſi cert. pet. nu. 18.

trahit quæſtionem hanc ad ſua iuris principia: Aut quærimus inquit, an per

4 extenſionem ex mente ſtatuentium collectam comprehendatur ſucceſſio paterna, an vero ex vi verborum? primo caſu, puto inquit Pauli opinionem veriorem eſſe. Nam ſi ſtatuentes interrogati fuiſſent, ita profecto reſpondiſſent, eam nempe patri ſucceſſuram, ſed id tanquam notius omiſerunt, maior ſi quidem erat dubitatio de ſucceſſione materna. Secundo vero caſu arbitror, ait, opinionem Iaſonis pręferendam. Quamuis enim rubricæ verba generalia ſint, maximas tamen ſecum afferunt difficultates, & incommoda, vt ipſe ibi demonſtrat: & concludit, communem ſententiam vi extenſionis, nõ autem vi diſpoſitionis ſuſtineri poſſe.

Doct. in rub. ff. ſi cert. pet.

5 Solent etiam quærere & acriter contendere, an creditor ex legato, vel ex delicto ſit proprie creditor? Et varia argumenta ex multis varijſque locis deprompta in medium afferunt. Quamobrem ad ſua principia reſoluatur quæſtio.

I. non aliter, de leg. 3.
I. 1. § hęc verba. ff. q quiſque iu.
I. Labeo. de ſupel. lega. l. ſcire ll. ff. de leg.
I. in conditionibus. ff de cõd. & dem.

6 Aut enim quærimus Vel
- Ex propria ſignificatione verborum, quę etiã ſpectanda eſt, vt priuilegium debitoribus, ne infra menſem poſſint conueniri.
- Ex effectu extẽſionis. verba enim cum effectu ſunt intelligẽda, vt debitores à creditoribus in carcerem detrudi poſſint.
- Ex communi vſu loquendi, quem ſequi oportet iuriſprudentes, vel maximè in ſtatutis.
- Ex mente legiſlatoris, quæ eſt maximè inſpicienda.

Quo ad primum, nempè propriam verborum ſignificationem, creditor ex legato, vel ex delicto non eſt vere creditor, vt probat Alex. Nam credere dicimur, cum fidem alienam ſecuti quid ex eo contractu recipere ſperamus.

Dec. in nouiſſima lectura, nu. 32. verſi. concordãdo. in l. 1 ff. ſi certum pet. Dec. ibidem nu. 96.

Quo ad ſecundum ſunt proprie creditores, vt Decius ibidem.

Quo ad tertium vere ſunt creditores, vt Bar. Cur. & alij communiter.

Quo ad vltimum, id erit prout mens fuerit, & ratio, ac materia differens, vel indifferens.

7 Sic reſoluitur quæſtio illa, an appellatione rerum, vel bonorum, veniant

bona

bona feudalia, dum ibidem Decius hæc prospiciens principia, ait, inspecta Dec. in l. 1. si
8 vi ac proprietate verborum vtique feudalia comprehendi, sed ex verisimili cer. peta in
testatoris mente potius excludi, eo quòd proprio nomine exprimi necesse nouissima le
sit. Nam in generali obligatione res prohibitæ alienari minimè compre- ctura, nu. 43.
henduntur. Sic multæ huiusmodi a priscis, & eloquentissimis illis iurecon- Bar. in l. co
sultis dirimuntur passim in Pandectis: quæ quidem ferè omnia, vt in poste- dicillis §. in-
rioribus longe clariora, & solidiora eluceant, latius aperire tentabimus. stituto num. 51. de leg. 2. per l obligatione generali, de pig.

De probationibus, eisdemque plenis, & semiplenis. Cap. IX.

1 *Facti quæstio pertinet ad iurisconsultum, si coniecturas facti ad iustitiam contemplet ur.*
2 *Probatio inter iuris principia connumeranda.*
3 *Quemadmodum quæstio facti pertineat ad iurisconsultum.*
4 *Confessio, iusiurandum, & rei euidentia, non sunt probationes.*
5 *Probatio aut directa, aut obliqua.*
6 *Obliqua triplex, leuis, verisimilis, & necessaria.*
7 *Probatio aut plena, aut semiplena.*
8 *Quæ faciant semiplenam probationem.*
9 *Quo argumento probet Accursius dari semiplenam probationem.*
10 *Ripa dissoluit argumentum Accursij.*
11 *Albericus negat vsquam probari Accursij opinionem.*
12 *Qua ratione Bartolus ostendat dari semiplenam probationem.*
13 *Quibus rationibus probatio possit esse diuisibilis, & indiuisibilis.*

1 QVOTIES facti quæstio in iudicium venerit, coniecturis, &
probationibus iurisconsultum niti oportet, vsque adeo, vt
2 probatio inter principia iuris ea ratione possit connumerari,
quod ipsa ex facto ius exhaurire, & constituere videatur. Ea
si quidem probatione deficiente actus ipse statim euanescit, l. duo sût Ti
veluti, tutela Titio relicta si duo fuerint Titij, nec probari possit vtri eo- tij. de testa.
rum relicta. Et quamuis quæstio facti, & omnis status causæ coniecturalis tute.
3 principaliter ad iurisconsultum spectare minime videatur; ad ipsum tamen
attinet secundario, tum quia iurisperitus sæpe induit personam rhetoris,
vel oratoris; tum quia facti qualitates, & circunstantias contemplatur, &
dirigit ad ipsum ius, ipsamque iustitiam. Probare est rei controuersæ iudici fi Doct. notant
dem facere, vel per testes, vel per instrumenta: nec huiusmodi probationis in l. 1. C. de
4 vocabulo propriè contineri videntur, confessio, iusiurandum, & euidentia eden. & late
rei, licet vim probationis habere dicantur, quod tunc nihil opus sit probatio- disputant.
ne. Solet præterea diuidi probatio in directam, & obliquam: Directa, vt si
5 testibus, vel instrumentis id probetur, de quo controuersia est: Obliqua
vero, vel artificialis fit, cum id quod intenditur non probatur directo, sed
per obliquum, hoc est quando id ipsum consequitur ex eo, quod loquun-
tur testes, vel tabulæ significant, puta, quando consequentias, præsum-
6 ptiones, vel coniecturas aliquas inde elicimus: Quàm sanè obliquam pro-
bationem subdiuidunt in necessarium, verisimilem, leuemque suspitionem. Vt in l. opti-
necessariam, vt si homicidij Patauij perpetrati accusatus probauerit si eo die mam. C. de
Romæ fuisse: Verisimilem potius præsumptionem appellant, quã ꝓbationẽ. contrah. stipula.

Hinc præsumptiones, & coniecturæ. Leuem autem suspitionem, vel præsumptionem leuissimam intelligunt, vt si quispiam vendiderit seruum, qui tum postea aufugerit a nouo domino, emptor agit actione redhibitoria aduersus venditorem, qui seruum sibi fugitiuum vendiderit. Id negat venditor: probat emptor, cum statim ac emptus est, aufugisse. Hæc probatio leuis est: potuit siquidem ex alia causa ad fugiendum impelli. Nam requiritur probatio prioris fugę. Ex his apparent tria probationum genera: apparet præsumptionem modo vehementem, modo grauem, modo leuem haberi posse. Sed non possunt hæc, vt ait Duarenus, in vniuersum per artis præcepta definiri. Sed multo facilius est iudici videre, quanta fides sit habenda. Omnis namque probatio arbitraria dicitur, vtpotè quæ arbitrio iudicis committatur. Sed his omnibus longe difficilior esse videtur diuisio illa

l. cum proba tio. de prob.

l. eum de ęta te. ff. de pb.

7 communiter recepta, quam vulgò ferunt: probatio, aut est plena, aut semiplena. Cuius authorem perhibent & celebrant Accursium. Plenam accipiunt, qua iudici plene est persuasum, & qua actore plenè probante reus condemnabitur: Semiplenam vero qua iudici nondum plene, sed potius semiplenè persuasum esse putant. Quocirca iuramentum deferendum in sup

gl. in l. admonendi, in verbo, exacto de iureiu. & ibi omnes.

8 plementum probationis arbitrantur. Et semiplenam inducere probationē aiunt, scripturam priuatam, apocham, librum rationū, cōparationē literarū, epistolā, famā, fugam, vnicū testē, ac similia, quæ latius apud eosdem; & an & qn̄ semiplenam pariant, diligenter ibidem examinantur. Enimuero hæc par-

Ripa in d. l. admooendi, nu. 175. Bal. nu. 11. Duar. & alij.

Bal. in d. l. admonēdi. nu. 11. l. peculiū. § quadrigę, de leg. 2.

l. 2. & l. 3. §. de duobus reis stip. vel promit.

l. si vnus. C. de testam.

Sali. in d. l. admonendi. num. 7. per l. hæredes. §. an ea. ff. fam. ercis. & l. stipulatio. non diuiduntur, de verb. obl.

9 titio iuris subtilitate facilè subuerti posset. Nam Accursio ibidem in suis glossematis ita argumentanti: si duo testes faciunt plenam probationem, ergo vnus testis faciet semiplenam, Ripa ingeniosè negat cōsequentiam, quia argu-
10 mentatio optima esset, si probatio esset diuisibilis: sed est indiuisibilis, vt Ripa, Baldus, Cyn. & alij ēt ibidem autumant. quare Duarenus rectè, & pleriq; alij existimant, nullam dari semiplenam probationem in iure. Nam aliquid ꝓbari duobus, vel pluribus testibus est forma legis indiuisibilis, vt indiuidua est forma quadrigę legatæ, & qualis est obligatio duorū reorū promittendi in solidū, quæ nullo pacto scindi potest, & qualis est forma testamenti. Nā vno ex septem testibus deficiētibus totum corruit testm̄. Præterea Sal. ibidē, vt probationem indiuisibilem ostenderet, ea vtebatur ratione: probatio cōsistit in intellectu, vt nec videri nec tangi possit, ergo est indiuisibilis. Dinus ēt opponebat: quod semiplena probatio non possit cōiungi iuriiurando, vt plenè probet, eo qn̄ duæ imperfectæ species semiplenæ diuersi generis coniūgi nequeant, vt vnum totum ac perfectum pariant. Et ex his omnes fere ita concludere student, vt quemadmodum, cum a lege plures ad testamentum conficiēdum requiruntur testes, si vnus defecerit, totum irritū redditur: ita cum ad probationē duo tresue exigātur testes, si vnus defecerit, tota corruet ac de

Sal. ibidem num. 8.

l. spadorem §. qui iura multa. de excu. tut.

11 ficiet probatio. Hæc porro satis vrgere videntur aduersus illam Accursianā, & communem diuisionem, quam postremo Albericus negat vsquam cōprobari a legibus per Accursiū, vel Bartolū adductis. Vulgò tamen in scholis, & in foro receptū est, semiplenam dari probationem: Cuius sanè euidentem ra

l. 1. C. q nu. tute.

c. in omni negotio, extra de test.

Bar. in l. admonendi. nume. 20 21. 22 & seq. de iureiur.

12 tionē declarat Bartolus, dum tres constituit gradus, quibus acquiritur perfecta scientia in mente iudicis. primo ex leui suspitione, vel coniectura, quæ minor est semiplena probatione: Secundo ex vehementi coniectura, quæ non suspitionem, sed opinionem in animū iudicis inducit, vt ipse iudex ita opinetur: Tertiò ex plena probatione, qua satis persuasum est iudici, qui ita credit, ita sentit, ita iudicat, & hos gradus persuadendi vnaquęque anima sentit, & iudicat. Quamobrem Ripę, & Baldo, Saliceto, ac cæteris satisfacere

posset

13 posset Bartolus, si confiteretur probationem incorporalem, & aliquo modo indiuiduam, sed quæ tamen diuisionem recipiat, non extra se partium positiuam, sed magis, & minus intensiuam, vt ratio postulat. Sic vnius testimonio intellecto iudex incipit sic opinari & credere: duorum vero magis opinari, magisque credere. & quamuis duæ semiplenæ imperfectæ, diuersique generis copulari nequeant, si tamen fuerint perfectæ ac ad eundem finem tendentes, vtrique coniunctę poterunt probare: sic iusiurandum semiplenę probationi iunctum, integram pariet probationem, quemadmodum latè in posterioribus declarabimus. dantur itaque plenæ, dantur etiam semiplenæ probationes. Propria autoris opinio

An duæ semiplenæ probationes coniungi possint. Cap. X.

1 *Duæ semiplenæ videntur non posse coniungi, vt plenam pariant probationem.*
2 *Duo imperfecta non faciunt vnum perfectum.*
3 *Duo lustra, vel bini sex menses non possunt coniungi.*
4 *Duo testes non coniunguntur, quando singuli non probarunt plenè Titium tranasse fluuium.*
5 *Duo testes non coniunguntur, si vnus mutuum naturale, alter vero ciuile probauerit.*
6 *Duæ confessiones æquales, an coniungantur.*
7 *Duo semiperfecta, an faciant vnum perfectum, & nu. 10. 11, & 13.*
8 *Duæ semiplenæ probant incestum.*
9 *Prospicientes ex foramine fenestræ, vnus post alterum, an sint testes singulares.*
10 *Duæ confessiones æquales coniunguntur.*
11 *Duæ semiplenæ tendentes ad vnum finem probant.*
12 *Tantum probant mille testes singulares, quantum vnus.*
13 *Duæ semiplenæ imperfectæ, aliquid per se operantes possunt coniungi.*
14 *In actu continuo duæ semiplenæ non probant.*
15 *Quando requiritur actus consummatus, duæ semiplenæ non probant, vt in tranando fluuio.*
16 *Dato possibili in natura, nullum sequitur impossibile.*
17 *Duæ semiplenæ diuersæ speciei non coniunguntur.*
18 *Singularitas testium duplex est, vna actus destructiua, altera cooperatiua.*
19 *Contrarietas testium, aut possibilis in natura, aut impossibilis.*
20 *Natura longè melior testis est, quam cæteri omnes.*
21 *Titius vnico ictu vulnerauit leonem in auriculam, & in dextrum pedem.*
22 *Regula Baldi, dato possibili in natura, nullum sequitur impossibile.*
23 *Potuit sagittarius vnico ictu leonem pede posteriori dextero fricantem auriculam suam percutere in aurem, & in pedem.*
24 *Testes Susannæ.*

IAm semiplenas probationes dari ostendimus: nunc disputare
1 conuenit, an duæ semiplenæ coniungi possint, vt plenam pariant probationem: quæ sanè quæstio satis perplexa, & ardua omnibus visa est. Plura enim sunt, quæ indicant, has mi-
2 nimè posse coniungi. Primum, quod duo imperfecta non faciunt vnum perfectum: vt duæ semitegulæ integram non constituunt tegulam, vt plures excusationes imperfectæ, puta, duos

Gl. in l. 1. C. q numc. tuto. in ver. proficiunt. & in l. 2. §. vlti. in verbo, excusantur. de excus. tuto. & l. spadonē §. q iura multa. de excu. tut. gl. in c. quorundam. dist. 23.
Bar. in l. vltima. §. quoties. de pub.
Bal. in l. testium. C. de testi. nu. 18. Iason in l. ad monendi. ff. si cer. petat. nu. 264.
Bal. in l. obseruare. nu. 9. C. quorum appel. non recip.
Ias. in d. l. admonēdi. nu. 260.
Ias in l admonēdi. ff. si cer. pet nu. 256.
Pau. Castr. cōsi. 280. vel 333. volu 2. corrupte adductus a Iasone.
Bart. in d. l. admonendi. nu. 48. Ias. nu me. 253.
c. vlt. de succes. ab intest.
gl. in l. 3. §. 1. de test. in verbo, confirma. glo. in l. 2. in verbo, legitimis. de excu. tut. gl. in c. nihil in verbo presbiteros. 7. q. 1.
Bal. in l. Gallus. § ille casus. de libe. & posth. nu. 12.
Bal. in l. testium. nu. 18. C. de test.
Bal. i d. l. testium. nu. 18.

habere filios, tutelasque duas: Anni præterea sexaginta non pariunt vnam perfectam excusationem ab onere tutelarum. Sic duæ semiperfectę consecrationes non constituunt vnam sacerdotis perfectam consecrationem: nec duæ semiperfectę baptizationes, vnum baptisma. Secundò, vigente statuto, quòd nouissime cœnobium ingressi aliquid soluere teneantur si an-
3 num ibi morati non fuerint, Titius sex mensibus in eo habitauit monasterio Franciscanę religionis, ex quo deinde exiuit: postea reuersus ibidem sex præterea mensibus commoratus est, duo testes primam semestrem intercapedinem affirmant, alij duo secundam; quæritur, an possint coniungi? placuit non posse connecti. item Mæuius quinquennio possedit fundum Tusculanum: rupta præscriptione amisit possessionem, quam postea recuperauit, & iterum quinquennio possedit: intendit probare possessionem decennalem, quæritur an hæc possint connecti? & non possunt, vt vnam decem annorum possessionem comprobant. Tertiò, erat lex prohibens, ne quis belli
4 tempore ab una ripa fluuij ad alteram tranaret, quod si aduersus legem ad alteram vsque tranasset ripam, grauiori afficeretur pœna: testes duo dum illac iter facerent, tranantem iuuenem prospexerunt à ripa occidentis orientem versus, tendentemque ad medium fluuium; alii vero duo testes vltra medium fluuium viderunt iuuenem natantem suamque natationem ad alteram tendentem ac dirigentem ripam. Et Baldo placuit hos testes minime posse
5 coniungi. Quartò, unus testis iureiurando affirmat, uidisse me mutuantem ac numerantem aureos centum Titio. Duo præterea testes dicunt audiuisse Titium confessum fuisse à me centum mutuo accepisse. & hæc etiam imperfecta copulari nequeunt, cum primus testis mutuum affirmet natu-
6 rale, alii uero ciuile. Quinto, & ultimo, si testis vnius affirmauerit Titium ita confessum fuisse Patauii præsente Mæuio creditore, se illi debere centum ex causa mutui Kalendis Martiis, & alter testis itidem affirmauerit, eādem confessionem initam eodem præsente creditore, sed Venetiis Kalendis Augustanis eodēq; anno, uel geminatam hanc confessionē fingamus a pluribus comprobari testibus, Iason putat has minimè posse coniungi, uno reclamante, & in oppositum de iure respondente Paulo Castrense. Econtrario autem existimauit Bartolus, duas semiplenas non solum eiusdem generis, sed etiam diuersorum generum posse coniungi, vt plenam pariant probationem: at duo semiaurei explent aureum vnum coronatum, vt duo semisses assem vnum constituunt hæreditatis, vt duo semidies vnum gignunt diem. & hæc Bartoli sententia à plurimis comprobatur.
7 Primò, quoniam duo semiperfecta simul iuncta præseferunt vnum perfectum: vt si vnus testis confessioni extraiudiciali coniungatur, vel famæ, quando tamē fama semiplenam producit probationem, quādo maximè ambo tendunt ad vnum finem. Nam quæ non prosunt singula, multa iuuant.
8 Secundò, duæ semiplenę coniunctæ probant incestum. ergo semiplenę duę, plenè probant. Antecedēs probatur, Duo dixere testes, Titium, & Męuiā Veneris deliciis pluties coiisse simul. Alii dixere Titium & Męuiam esse sanguinis necessitudine cōiunctos, vtputa fratrem, & sororem, vel consobrinos. Hę simul iunctę demonstrant incestum, quemadmodum si ij iureiurando testentur Titiū esse filiū Caii: & illi, Helenā filiam esse Caii, simul iuncti ꝓbant, Titium ac Helenā esse fratrem ac sororē. & quēadmodū ēt, si dixerint ij, me qnquēnio possedisse fundū Męuianū, illiq; altero qnquēnio me possedisse testati fuerīt, vtiq; simul iūcti vsucapionē decēnii ꝓbabūt. Tertiò, ꝓspexe-
9 rūt duo testes ꝑ foramē ianuę, vel fenestrę, vnus post aliū, Titiū & Seiā, nudū

cum

cum nuda, solum cum sola, in eodem lecto iacentes, & eum non vnà simulq; viderent, sed successiuè vnus post alterum, dubitari contigit, essent ne singula res testes. & Baldo placuit, simul iunctas plene probare. Demum, si unus testis affirmat, confessionem factam à Titio præsente Mæuio creditori vno in loco, & alter testis eandem attestatur, præsente eodem creditore, sed alio tempore, & loco factam, simul iuncti ex Pauli, & aliorum sententia plene probabunt, er Bald. in d. l. testium. nu. 41.
10 go duæ semiplenę vnam explent plenam probationem. Hæc & similia multa, quæ hanc quæstionem difficillimam reddunt, ab interpretibus adducũtur, & Iason quatuor refert uarias interpretũ opiniones in hoc articulo. Ego vero ad methodum diuisiuam, qua iuris fastigia, siue principia scandere valeã, protinus confugiam, vt non modo hæc, sed aliæ multæ huiusmodi quæstiones facile dissolui, decidique possint. Quamobrem has mihi veluti regulas consti-
11 tuam. Prima erit, aut semiplenę sunt diuersi generis, actus, & finis: aut vero diuersorum generum, eiusdem tamen actus & finis. Primo modo coniunctæ minimè probant: Secundo verò optimè confirmant, vt exempla ac iura à Bartolo deducta ostendunt, maxime, quia primo illo diuisionis membro testes sunt singulares. Vnde succedit regula: Tantum probant mille testes singu- Barto in d. l. admonendi. nu 48.
12 lares, quantum vnus testis. Sed dictum vnius, dictum nullius: In ore duorum, vel trium stet omne verbum. Secunda statuatur regula, aut semiplenę sunt imperfectę, nihil per se operantes: aut imperfectę, aliquid tamen
13 per se operantes. Sunt autem imperfectę nihil valentes duobus modis: vel quia non sunt probatæ duobus testibus. Omnis enim coniectura, vel præsumptio, quæ semiplenam etiam arguit probationem, duobus testibus comprobari debet, alioqui prorsus imperfecta, & inanis iacebit, vt nusquam alij coniungi valeat: vel quia sui natura sunt indiuisibiles, vt Ecclesiæ sacramenta, & similia. Primo igitur casu coniungi nequeunt: Secundo vero copulatę, comprobant. Tertia: vel requiritur à lege actus continuus, vel Bal. in l. iurisiurandi. C. de test. nu. 9 per illũ tex. & c in omni neg. de test. & Ias. in d. l. admon.
14 non continuus. Si continuus, tunc duo semestria interpolata, duo quinquennia, siue lustra interrupta coniungi minimè poterunt, propter formam glo. in verbo indicijs. in l. 1. C. famil. ercisc. Ias. in l. admonẽdi. nu. 186.
15 ac mentem legis ita iubentis. Quarta: Vel requiritur actus consummatio, vel sola attentatio, puta vt ex forma legis probetur delictum consummatum, vt puta tranatio continua ab una fluuij ripa ad alteram vsque, uel de loco ad locum, vel ab A. ad B. Tunc si unus, uel duo dixerint, vidisse Titium tranantem ab oriente versus dimidiam partem Nili: & unus, uel alij duo dixerint, uidisse Titium tranantem à medio fluuio ad ripam occidentem versus ad Alexandriæ mœnia, non possunt connecti, ut plenam faciant probationem, tum quod neutri testes delictum affirmant consummatum. Ne- glo in d. c. quorundam dist. 23. Bal. in d. l. testium, nu. 11.
16 que enim viderunt transnantem eum à termino à quo ad terminum ad quẽ: tum quia dato possibili in natura, nullum sequitur impossibile, uel inconueniens. At potuit iuuenis, dum nataret ultra dimidium fluuium remeare, ac renatare orientem uersus, & nunquam ripam Nili Alexandriæ occidentalem tangere. Quinta: duæ semiplenæ, aut sunt eiusdem, aut diuersæ spe- Iason in d. l. admonẽdi. nu. 156.
17 ciei: primæ iunguntur: secundæ minimè, ut si unus testis de mutuo naturali, alter uero de ciuili, ut supra, loquatur.

Sexta firmetur regula de confessione diuerso loco, & tempore facta, qua testes uidentur singulares, & proinde indigni, ut coniungantur, vt forte cum tantum probent mille singulares, quantum unicus testis. Et dicamus: duplicem esse singularitatem, unam actus destructiuam, alteram uero actus cooperatiuam, ut rectè Curtius diuidebat. Curt. in l. admonendi nume. 6.

Prima reddit testes uere singulares, testes inquã Susannæ: ille sub schino,

is vero ſub pino adulterium perpetratum teſtabatur. Tunc nec mille ſingu
lares teſtes probant. Altera vero eſt ſingularitas actus adminiculatiua, pu-
ta, quando teſtes conueniunt in actu, vel ſubſtantia rei, differant tamen in cir
cunſtantijs; nempe loco, & tempore, ſalua rei ſubſtantia, vt in confeſſione de
bitoris diuerſo loco, & tempore inita creditori. Hæc non deſtruit rei ſub-
ſtantiam, quinimmo coadiuuat ac fouet, loco etiam ac tempore geminatis,
vt longe æquior videatur ſententia Pauli Caſtrenſis, quam Iaſonis. Neque
enim vtile per inutile vitiari debet, vt Baldus etiam in hanc ſententiam pro-
cliuis tenuiſſe videtur. Demum, vt teſtes etiam à falſitate, & contrarietate
19 tueri poſſimus, è re eſt vt diſtinguamus, contrarietatem aut eſſe impoſſibi-
lem in natura, aut poſſibilem: quæ natura eſt impoſſibilis, arguit teſtes fal-
ſos, vt minimè probent, nec poſſint coniungi: vt ſi vnus teſtetur Mæuium
vnico ictu vulnus intuliſſe Titio in dorſum, vel humeros, alter vero in fron-
tem. Hanc ſiquidem contrarietatem vnici vulneris contrariis locis ſemel
illati natura non patitur. quæ quidem natura, vt Baldus ait, longè melior te-
20 ſtis eſt, quàm ſint cæteri omnes teſtes. Quæ vero contrarietas prima fron-
te videtur quidem, ſed poſtea res natura poſſibilis elucet, teſtes falſi crimine
illæſos demum oſtendit, ille ait: Vidi Titium vnico ictu leonem vulneraſſe,
21 in aurem nempè: alter inquit, Titium vidi vnico ictu leonem vulneraſſe, dex
terum ſcilicet poſteriorem pedem leonis. Hęc quæ videtur contrarietas nō
deſtruit dicta teſtium, immo poſſibile natura ad veritatem omnia componit,
& dirigit per regulam dignam maieſtate philoſophica Baldi: Dato poſſibili
22 in natura, nullum ſequitur impoſſibile. Sed potuit ſagittarius vnico ictu leo
23 nem pede poſteriori dextero fricantē auriculam ſuam, vulnerare in aurem,
& in pedem. Quare vt teſtes Danielis iudicio falſi ac Suſannei cōuincantur,
opus eſt vt actum vnum teſtificentur loco ita diuerſo, vt natura non patia-
24 tur: Veluti ſtuprum ſub ſchino, ſub pino.

l. iuriſiurā di. C. de teſt. vbi Bal. nu. 9

Iaſon in d. l. admonendi, nu. 256. Bal. in d. l. teſtiū. num. 18.

Bald. in l. teſtium. nume. 14. C. de teſtib.

Bal. in d. l. teſtium. nume. 14. C. de teſti.

Suſānæ hiſtoria, Danie. c. 13.

De argumentis, & præſumptionibus iuris. Cap. XI.

1 *Probatio iuris aut eſt neceſſaria, aut probabilis.*
2 *Probatio neceſſaria quæ ſit.*
3 *Lex & ratio veritatem demonſtrat; veriſimile vero opinionem ſuadet.*
4 *Artificioſæ probationis rationes ſunt argumenta, coniecturæ, ſuſpitiones, præſumptiones, indicia, ſigna, & huiuſmodi veriſimilia.*
5 *Harum omnium rationum ſpecies, vel figuræ ſunt ſyllogiſmus, inductio, enthymema, & exemplum.*
6 *Varij loci, & variæ ſedes, ex quibus hæc oriuntur.*
7 *Eæ rationes diſtinguuntur, & confunduntur.*
8 *Indicia, & ſigna potius procedunt à ſenſu, alia vero ab opinione & intellectu.*
9 *Signa conuertibilia rei notæ appellantur: tonuit, ergo fulgurauit.*
10 *Non adeſt ſynallagma, ergo non eſt contractus.*
11 *Veriſimilia tanquam ſal, & aromata his omnibus ſubijciuntur.*
12 *Præſumptio, vnde dicta, & argumentum ex omnibus deduci poteſt.*
13 *Præſumptio triplex, probabilis, temeraria, & neceſſaria, cum ſuis exemplis.*
14 *Argumenta Iuriſconſultorum ſunt enthymema, & exemplum: loci vero ex quibus oriuntur, ſunt ij.*
15 *Locorum etiam ſedes variæ ſunt.*
16 *Probationes circumeunt decem genera rerum, ſiue prædicamenta.*

Enume-

17 *Enumerantur prædicamenta, Substantia, Quantitas, Qualitas, Relatio, & reliqua, & traduntur iuris ciuilis exempla.*
18 *Quid sit sillogismus, quid inductio, quid enthimema, quid exemplũ, & eorũ exẽpla.*
19 *Leguleiorum error, qui dum possunt per leges rem probare, per probabiles tantum Doctorum autoritates comprobare student.*
20 *Error leguleiorum in locis de sedibus argumentandi.*
21 *Leguleij rusticam sibi fabricant dialeticam, & ingens error. Neuizani.*
22 *Eiusdem Neuizani error in probationibus.*
23 *Leguleij infirmitate intellectus valde laborant.*

IVRIS vniuersi ratio artificiosa, suas vtique habet probatio-
1 nes. Sed probatio ipsa, aut est necessaria, aut probabilis. Eorũ
enim, ex quibus enthymemata fiunt aliqua (vt in Rhetoricis
ait Aristoteles) sunt necessaria, aliqua autem verisimilia. Ne-
2 cessaria probatio ea est, quæ ab ipsa lege sancita est, aut ab ip-
sa ratione maxime legis, aut signo conuertibili, quod rei nota solet appellari.
Probabilis vero quæ ab vniuersali prodit, & opinionẽ inducit. Quamuis.n.
legum subiecta materia, vt in superioribus abundè diximus, tota versetur in
contingentibus, quia tamen omnes homines legi obedire oportet, & lex ni-
hil aliud est, quàm prudentiæ ratio scripta, rectè dici arbitramur, legem ac ra
3 tionem nobis veritatem demonstrare: Verisimile autem opinionem suade-
re. Huius itaque artificiosæ rationis probationes sunt, argumenta, coniectu-
4 ræ, suspitiones, præsumptiones, inditia, signa, & huiusmodi verisimilia, quorũ
aliqua necessariò concludunt, aliqua probabiliter: quemadmodum, vel à si-
gnis, lege, & ratione, vel ab ipsis verisimilibus fuerint deducta. Hęc sanè argu
5 menta omnia suas habent species siue figuras, vt puta syllogismum, & indu-
ctionem, enthymema, & exemplum: & ex uarijs argumentandi locis oriun-
6 tur, & ij loci, ex uarijs sedibus, uel elementis. Quamuis igitur coniectura, su-
spitio, præsumptio, inditium, signum, verisimile, & argumentum subtili, & lo-
gica ratione possint distingui, ea tamen sæpenumero ab interpretibus inuicẽ
7 confunduntur. Coniectura est rationabile uestigium latentis ueritatis, ut si
ex circulo sumatur coniectura, quod ibi sit taberna: & si ex habitu meretri-
cio conijcimus, mulierem esse meretricem. Inditia, & signa potius proueniũt
8 ab his, quæ sub sensum cadunt, vt gladius sanguinolentus, galea capitis, iter
insolitum, scalæ fenestris, aut menianis appensæ, uestigia pedum in niue, & id
genus multa. Cætera vero proueniunt potius ab opinione, & intellectu: hæc
à sensu. Et quædam reperiuntur signa conuertibilia, quæ rei notæ dicuntur,
9 & quæ pariunt nobis certissimam demonstrationem, quia non propter quid,
vt puta, tonuit, ergo fulgurauit: mulier lac habet, ergo peperit. Adest in tabu
lis hæredis institutio, ergo testamentum: inest rogatio hæreditatis restituen-
dæ, ergo fideicommissum: in conuentionibus illis adest synallagma, ergo est
10 contractus; non adest synallagma, ergo non est contractus, sed pactum nu-
dum. Præsumptio uidetur esse opinio ex uarijs coniecturis, uel inditijs con-
11 cepta, & lege approbata. Verisimilia sunt (ut ait Baldus alijque) quæ tan-
quam sal, & aromata subijciuntur his omnibus, coniecturis, inditijs, præsum
ptionibus, argumentis, & similibus. Verisimilia enim dant spiritum, & uitam
his speciebus probatorijs, in quibus spectari oportet, quod magis uerisimile,
adeo ut signa, uel inditia magis simplicia uideantur: coniectura, & præsum-
12 ptio, magis composita. Præsumptio dicta est ante sumptio, quod ante legiti-
mas probationes aliquid asumit pro uero, quæ duplex est, aut legis, aut ho-
minis:

l. pe. C. de necess. ser. hære. instit. l. item apud Labeonem. § si qs virginem. de iniur. Bal. in l. & quidem. nu. 13. C. de accus. & in l. non hoc. C. vnde leg. Arist. 1. Rhet.

Abb. & Inn. in c. quanto. de præsump. Bal. in l. sing. in def. nu. 8. de his, q. sunt sui vel al. iu. Bal. in l. nõ hoc. C. vnde legi. & l. mili. tes §. oportet. de quæst.

minis: præſumptio dicitur tangere factum directè, indicium indiſtinctè. ſuſpitio eſt paſſio animi aliquid firmiter non eligentis. Argumentum ex his omnibus poteſt eſſe deductum atque compoſitum: Veriſimile vero eſt qualitas, vel forma, quæ perfectionem hiſce probationibus præbet.

13 Eſt autem præſumptio in iure ciuili, aut temeraria, aut probabilis, aut neceſſaria. Temeraria eſt, quando omnia ſigna bona ſunt, nulla mala, aliquis tamen malum tantum vult mente concipere, vt illa Phariſęorum, Lucæ cap. 7. Hic ſi eſſet propheta, ſciret utique qualis eſt mulier, quæ tangit eum, quoniã peccatrix eſt: cui obijcitur ea, in qua omnia ſigna ſunt mala, nulla bona: qualis eſt apud Salomonem: Afferte mihi gladium, ut diuidatur infans, dimidius huic, dimidiusque illi detur. Alia eſt præſumptio probabilis, quæ dicitur iuris vel hominis, ex qua ueriſimile, uel probabile, non autem neceſſarium concluditur, ut puta Męuium filium eſſe Titij, quia natus eſt ex Seia vxore eius, uel, ſi probem chirographum, quo me tibi centum daturum ſpopondi, eſſe laceratum, præſumptio erit, me tibi utique ſatisfeciſſe. Quæ ſanè iuris præſumptio aliquando eſt uehemens, & ob id maiorem, ac ſtrictiorem probationem exigit contrariam: quandoque uero eſt minus uehemens, quæ tunc leuiori probatione contraria eſt contenta. Alia uero eſt præſumptio neceſſaria, quæ dicitur iuris, & de iure, ab interpretibus, utpote quæ neceſſario rem ita oſtendit. Fumus eſt in domo, ergo ignis. Amantes iuuenes uiſi fuere, nudus cum nuda, ſolus cum ſola in eodem lecto iacentes, ergo pręſumitur fornicatio. Pręterea Titium ſtricto gladio, & ſanguine madefacto, & ueſte cruenta pallidum ex ea domo exire uicini proſpexerunt, in qua ſtatim Caius pluries gladio trãſfixus, interfectusque repertus fuit. Ecce præſumptum homicidam: Et contractus tecum Patauij Kalendis Auguſti celebratus, arguit te ea die Romæ non fuiſſe. Hæc ſanè præſumptio neceſſaria, & à lege approbata, nullam recipit contrariam probationem, ita lege innuente: Et qualis in l. ſi quis adulteri. C. de adult. Hæ omnes præſumptiones, uel coniecturæ, uel aliæ probationes in-

14 duunt formas argumentorum. Sunt autem argumenta propria, & potiſſima, Iuriſconſultorũ Enthymema, & exemplum. Loci uero ex quibus hæc oriuntur, hi ſunt.

vt in c. afferte mihi gladium. de præſump.

l. filium eũ. de his, q. sut ſui, vel alie. iur.

l. ſi chirographum. de prob. laſ. in l. 3. o. 2 de pac.

Abb. in c 4. de præſump.

Vide Caſtr. in l. ſciant cũcti C. de proba. & in conſil. 399 volu. 2. vbi pulcra.

c. literis. de præſumpt. vt in l. ſi quis adulteri, & authent. ſi quis eum quẽ. C. de adul.

Quintil. li. 5. inſtit. orat. c. 5.

l. optimam. C. de contr. & committ. ſt pu.

late Fel in c. quanto. de præſumptio. nu. 4.

l. antiquo. C. ad Velle.

l. vlt. c. arb. tutel.

A	Genere.	Cauſis.	Proportione.
	Specie.	Effectibus.	Oppoſitis.
	Differentia.	Vſibus.	Tranſumptione.
	Proprio.	Adiunctis.	Caſu.
	Accidente.	Iudicato.	Coniugatis.
	Definitione.	Simili.	Diuiſiuis.
	Toto.	Maiori.	
	Partibus.	Minori.	
		Pari	

Locorum uerò, & enthymematum uariæ ſunt ſedes, veluti prima elemen-

15 ta. Enimucrò à natura deduci poſſunt, à moribus, à conſanguinitate, ab amicitia, & inimicitia, à charitate, & amore, à conſuetudine, à ſubiecta materia, à conuenientibus, ab alia lege, ab arbitrio viuẽtium, à neceſſitate, ab effectu, ab euentu, à rigore, à bono & ęquo, & id genus multis. Complectuntur præ-

16 terea probationes hæ vniuerſam naturam, decem inquam ampliſſima illa re-

17 rum omnium genera, Subſtantiam, Quantitatem, Qualitatem, Relationem, Locum, Tempus, Agere, Pati, Situm, Habitumque. Subſtantiam, ut ſi Stichũ, uel fundum meum ab alio poſſeſſum uendicem, & cum fingunt leges eum natum,

Ariſt. 1. Rhetorico. & l. ſi ſeruus plurium. §. ſi numerus. ff. de leg. 1.

l. 1. de reb. dub. l. rei veo aica. l qui in vtero. de ſta. hom.

tum, qui in vtero est.

Quantitatem, vt si portionem petam hæreditatis, vel legatorum, vel quartam falcidiam, vel similia: sic ager præsumitur tantæ quantitatis, quantę olim fuit, & quantitas pecuniæ præsumitur bis legata, & geminata, si fuerit in testamento, & in codicillis iterum nominata.

Qualitatem, vt legata pura, vel conditionalia. Sic affectus calore iracundiæ præsumitur inconsultè agere. Relationem, vt si filiam liberam esse asseram, quia mater eius libera fuit ante partum: vel, quando leges fingunt eum filium esse, qui non est. Hinc sola naturalis obligatio inter patrem, & filium.

Locum, vt centum Capuæ dare spondes: ratione loci furtum ne, an sacrilegium: sic præsentem in loco interpretamur, quo ad eius commoda, eum qui abest Reipublicæ causa. Econuersò absentem dicimus furoris causa eũ, qui præsens est.

Tempus, an sit modus tollendæ, vel inducendæ obligationis. Hinc stipulationes statis certisque diebus. Hinc cedere diem, venire diem, nec cessisse, nec venisse diem. Hinc annua, bima, trima die, & similia. Et pupillus præsumitur doli capax, quando propius accedit ad pubertatem.

Agere etiam dicimus eum, qui per alienum procuratorem, vel gestorem egerit, si postmodum ratum id habuerit. Sic vxor præsumitur filium generasse ex marito, quamuis alienis potuerit viris commisceri.

Pati videtur ille, & spoliatus præsumitur, qui iniustè fuerit à iudice sua possessione priuatus. Insuper verberato filio patrem pati iniuriam, non autem seruum.

Hominis situm contemplamur ad ius, vel iniuriam augendam, vt si seruus, vel alius dominum suum sedentem, stantem, cubantem, aut dormientem iacentem occiderit, vel si fundum eo situ venditum, quo antea erat, planum scilicet, non procliuem.

Demum quo habitu indutus, proprio, an alieno, honesto, an turpi, armatus, an inermis, & qualia ad legem duodecim tabularum diximus de furto, per lancem, & licium. Qualis enim habitus, talem hominem indicare solet. Hæc pauca, & leuiora cursim ad hæc decem rerum genera quasi obiter redu ximus, vt quis è paruula hac fenestra prospiciat infinita propemodum iuris ciuilis, quinimmo vniuersam iuris prudentiam his claudi liminibus. Iccirco studiosam legum iuuentutem exhortari sæpius consueui, vt Rhetoricam, & Dialecticam cum iurisprudentia coniungeret. Me namque sæpenumero tæduit, plures audiuisse adolescentes in materia, & forma argumentandi valde peccantes, ignorantesq́; quid syllogismus, quid inductio, quid enthymema, quid exemplum, cum tamen satis constet, syllogismum procedere à præmissis
18 notis ad conclusionem ignotam. Quare dicitur esse oratio duabus præmissis constans, ex quibus infertur conclusio: Inductio vero est, quæ procedit à particularibus ad vniuersale: Et hæc duo ad logicam præcipuè spectant. Enthymema verò, quod à Latinis consequentia dicitur, fit quando ex aliquo antecedenti conclusionem colligimus, vt puta, cœlum perpetuò mouetur, ergo est æternum; Titius miles deseruit castra, ergo vt ignauus capite plectendus: vel pepigimus, me non acturum aduersus te iniuriarum, vel furti, ergo pactum hoc non debet seruari, ne hominibus peccandi aperiatur aditus: & quia Prætor edixit, pacta iusta, non autem iniusta seruanda: Caius iuuenis, & diues noctu vagatur, ergo adulter, vel fornicator. Exemplum vero est, quando a singulari ad singulare procedimus, veluti: Dionisius patriæ Tyrannus iure occisus fuit, ergo & Cæsar meritò interfectus fuit: vel Mæuius minor à Præto

re

l. in quantitate. l. i quæ tam, ad l. fal. l. in finalib. ff. fini. reg l. quingẽta. de probat.
l. si q. s 4. solidorum substantiam habens. C. ad l. falcid.
l. 1. de cõd. & demonst. l. quidquid calore. de reg. iur.
l. de anulo. C. de lib. ca. l. 1. & 2. de lib. agnosc. l. frater a fratre, de cõdi. indeb.
l. cẽtũ Capuę, de eo q̄ cer. loco.
l. si quis Titio, ex quib. cau. maior. l. dem. §. pe. de recep. arb.
l. obligationum fere §. placet. de actio. & ob. l. enim qui Kaledis, de ver. obl.
l. cedere diẽ. de verbor. signific. l. 3. de annu. legat. l. apud Celsum. §. quod in turre, de doli. ma. exc. l. licet. de iud. l. miles. §. defuncto. & adul. Alc. in præsump.
l. meminerint. C. vnde vi. §. pariter, & §. seruus. Inst. de iniu.
l. excipiuntur. ad Silla. S. C. Bar. Tyberiad.
l. 1. C. vnde vi. l. vt vim, de iust. & iu. l. item apud Labeonem. §. si quis virginem. de iniu.
l. conuenire, de pa. dot.

re restitutus fuit in integrum quasi lubrico ætatis lapsus, ergo & Sempronius minor restituendus est. Hæc ambo, vel maximè prospiciunt rhetorem, ac iurisconsultum, nec propterea syllogismum, & inductionem iurisconsulto neganda putauerim, vt me sæpenumero in Lyceo Patauino ius ciuile profitentem, & his vtentem audijt studiosa legum iuuentus, quæ iurisconsultis ornamento, & decori cedere, non est ambigendum. Eandem etiam hortari consueueram, vt inter probationes eligerent necessarias & potissimas, & ne homelijs argumentantes vterentur, neve in leguleiorum errores inciderent, qui
19 neglectis etiam necessarijs legum, & priscorum iurisconsultorum probationibus, ad probabilem Bartoli, Baldi, Cępollę, Neuizani, & nonnullorum nouissimorum vilissimam, ne dicam infamem autoritatem; proh pudor, proh dedecus, transeunt. vt, si probare velint fures nocturnos, siue adulteros in flagranti crimine deprehensos, corripi, occidique posse; vel, si quæ sint (quæ plurima sunt) similia, omissa lege duodecim tabularum, neglectaque ob ignorantiam Iulia de adulterijs, per Centurias Euerardi, per consilia Ruini, per responsa Calcanei, per repetitiones Croti, & Maraschi, per tractatus Antonij Rondinelli, Thomæ de Peperata (quos tamen honoris causa nomino) & permille id genus inania, & nugatoria, contingentia in necessaria, & necessaria in possibilia conuertentes, Dei ac naturæ ordine peruerso, nauseam, & stomachum mouentes, mille centonibus id probare, & confirmare contendunt. Graui-
20 ter etiam errant in locis topicis non animaduertentes veras argumentandi sedes, & certis statis numeris communes locos à Dialeticis tradi, vt in vnamquamque artem, vel scientiam congruè referant. Quare philosophum sæpe numero dicentem legimus solum dialecticum, & methaphisicum de singulis artibus, vel disciplinis probabiliter, & communiter differere posse. Hinc fit vt Rhetoricum, vel Dialeticum enthymema conuertatur in mathematicum naturale, morale, vel ciuile. Esto rhetoricum enthymema huiusmodi: Venerandæ obseruandæque sunt leges, quoniam in eis æquitatis salus versatur: Mathematicum, veluti, hæc figura tres habet angulos ęquales duobus rectis. Est enim species trianguli. Vel, si quispiam dixerit: Quæcunque de genere prædicantur, eadem etiam de specie dicuntur. Sed animal est genus, species est homo, ergo quæcunque de animali, eadem quoque de specie dicuntur, erit syllogismus dialeticus. At si dixerit: quicquid suo nutu deorsum ruit, est graue: Terra suo nutu deorsum ruit, ergo terra grauis: erit syllogismus materia physicus, forma dialecticus. Moralis vt si dicamus: virtus est habitus animi, hominem ad beatam vitam inducens: Iustitia est virtus; ergo iustitia est habitus hominem inducens ad vitam beatam.

3. metaphy. comm. 2. & 11. metaphi. 4. c. 5. Arist. Rhetoricorum. 1.

21 Hi sibi fabricant proprio marte, ac rusticano more dialeticam quandam. Ille, inquit, centum esse locos argumentorum: Euerardus centum, & triginta duos: Neuizanus autem in sylua sua trecentos quinque, & viginti locos topicos demonstrare conantur, nec eis finem esse vllum vnquam constitutum. Nam in calce subdit: Certos etiam modos arguendi, prout quisque inuenerit, poterit quotidie addere sub hoc ordine, etiam si cōprehendantur inquit sub prædictis, dummodo per diuersa verba, nec propterea cōmittitur superfluitas. O pulcherrimam, o potentem, ò admirandam, & infinitam Neuizaneam, vel leguleiorum dialeticam, quæ certos, & determinatos non obtinet locos, sed cui semper addi poterit, & longe magis admirandam, cui si infinita addideris, addita nunquam superflua euadant. Ecquis honos igitur, ecquæ laus tandem Aristoteli, & Ciceroni debebitur? Nonne maiora ac infinita Neuizano debebuntur? qui in sylvis etiam infinitos ex arboribus truncauerit

Silua Nupt. in fine libri primi.

cauerit & docuerit argumentandi ramos, quique tam egregia deduxerit. Ecce (inquit) valet argumentum de arbitro ad iudicem, de filio ad seruum,
22 de seruo ad monachum, & petulanter addit de clerico ad asinum, & alia id genus quisquiliarum multa, quæ puerilia enthymemata non solum numero, sed etiam specie differre existimat. Præterea de similibus, inquit, ad similia inferre possumus, idq; probat autoritate Barbaciæ, quinquagesimo consilio, volumine quarto, & Cornei, centesimo iuris responso, libro secundo. quasi non teneat huiusmodi argumentatio à simili, nisi eam probaret Corneus, & Barbacia, viri dialecticæ longè omnium imperitissimi, vt aduersus id genus hominum rectè ac iustè inuehi videatur Agricola. Leguleij perple-
23 xa, inquit, semper & inuoluta disputandi præcepta balbutiunt, laborant insuper intellectus infirmitate siue amentia, dum nota nobis, & naturæ nimium studiosè probare conantur, neque ignem calefacere & vrere, nec mortem corpora dissoluere, nec vsumfructũ morte vsufructuarij extingui, nec filium imaginem esse patris, nec mortuo alimenta minime deberi, nec totum esse maius sua parte arbitrantur, nisi singula hæc mille centonibus, milleq; legum principijs, interpretum nominibus, mille, mille, versiculis, paginis, columnis, intercolumnijs, porticibus, vt opinor, & peristylijs, longe etiam petitis ac impertinenter confirment, & ore sæpius obmurmurent, turpe esse sine lege loqui: quos Christophorus Ehemius non immeritò in principijs iuris ita repræhendit: Nollem, inquit, illud mihi fortasse à quopiam obijci, turpe esse sine lege loqui, quos plerique leguleij faciunt, qui neq; momenta rationum, neque quibus quoque loco vtendum satis intelligunt. Vt enim semper, cum necesse est, reique natura de qua disputatur postulat, sine lege quidpiam pronuntiare, aut statuere periculosum, minimeq; decorum est: ita quælibet præcepta, ac pronuntiata legibus demonstrare velle puerile, & ridiculum est, planeq; ociosum.

Octauo phis. com. 22.

Ehemius de principio iuris lib. 4.

De soluendis argumentis, & nonnullis iurisconsultorum erroribus. *Cap. XII.*

1 *Si turpe est homini, non posse sibi ipsi corpore opitulari, multo turpius non posse semetipsum ratione, vel argumentis iuuare.*
2 *Argumenta refelluntur, vel contra argumentando, vel reprahendendo, & reprahensiones à quibus colliguntur.*
3 *Nonnulli iurisconsulti tribus modis putant solui argumenta.*
4 *Episcopus Capuanus lacerabat priuilegia Doctoribus, quos ineruditos in examine reperijsset.*
5 *Peccant iurisconsulti petitione principij.*
6 *Accidentis fallacia.*
7 *Quæ sit natura cauillationis.*
8 *Quot, & quantos errores commiserint interpretes, ob ignorantiam antiquitatis, & humaniorum literarum.*
9 *Fatetur Paulus Castrensis inscientiam, & ignorantiam suam.*
Ignorarunt interpretes centesimas vsuras, & alias.
10 *Verus sensus Marcelli in l. 3. §. vlt. ad legem Falcid.*
11 *Error ipsorum in l. lecta. ff. si cert. pet.*
12 *Salsamenta quæ sunt, Accursij error, saluia, serpillum.*
13 *Singula singulis peritis in arte accepta, referenda sunt.*

Quæ

Quæ leges præseferant logicam.
14 *Dialectici similes ijs, qui latrunculis ludunt.*
15 *Quæ leges philosophiam redoleant Alpheni. l. proponebatur. de iudic.*
16 *Nemo potest bis eundem fluuium ingredi.*
17 *Forma est indiuisibilis, forma in instanti introducitur.*
18 *Altissima sensa Pauli in l. Plautius. ad l. falcidiam.*
19 *Altissima Vlpiani & Catonis in l. Stipulationes non diuiduntur. de verb. obl.*
20 *Temerarij Ciceronis conatus.*
21 *Catena scientiarum encyclopedia ab ore Iouis.*

Rhet. 1.

Rh ...

SI turpe est homini (vt Aristoteles ait) non posse sibi ipsi corpo
re opitulari, multo turpius erit oratione se defendere non pos
1 se, quæ magis, quam vsus corporis, homini propria est. Nos
itaque decet non solum argumentationes, & fallacias, sed etiã
solutiones percipere. Quamobrem duobus modis argumen
rationes dissolui, vel contra argumentando, vel respondendo idem ostende
bat. Nam si contra argumentemur, partes propositas illidere videmur, quẽ-
2 admodum in arduis quæstionibus iuris ciuilis, hinc inde vrgentibus dedu-
ctis argumentis fieri consueuit. Si vero reprehendimus à re ipsa, à simili, à
contrario, à rebus iudicatis, nihil conclusum probatumve ostendimus, vt
3 quandoque argumenta potius euadere, quam diluere videamur, viri præte-
rea eruditi bifariam argumentum soluere consueuerunt, aut oppositas propo
sitiones negantes, aut quod in eis multiplex fuerit distinguentes, & hisce
duobus præcipuis modis, negando, scilicet vel distinguendo omnem argu-
mentationem penitus dissolunt. Quamobrem non defuerunt iuris interpre-
tes, qui crassiori minerua tres esse modos declinandi soluendique argumen-
ta profiterentur. Primus, vt aiunt, per aliter & aliter: secundus, per aliud & a-
liud: tertius per secundum quid, non simpliciter, vt Baldus hanc farraginem
ab Odofredo mutuatus commemorat. At non licet logicis ipsis derelictis, &
limpidissimo fonte neglecto à riuulis sorde coinquinatis aquam exhaurire,
quare aut neganda erit proposita, si falsa fuerit, aut distinguenda si multiplex
vel æquiuoca, vt dialecticæ præcepta suadent. quæ sanè omnia iuuenes igno
rare minime debent. Nam memoriæ proditum est, Episcopum illum Capua-
4 num reuertentes è gymnasijs candidatos examinare solitum, & eorum igno-
rantia cognita diplomata, siue priuilegia lacerare consueuisse.

Arist. in Elẽchis.

Caccialupus de modo studen.

Bal. in procœ floru. nu. 20.

Cauendum propterea est, ne petitione principij, ne accidentis, neve æqui-
uocationis, ne sensus diuisi, & cõpositi, ne secundum quid & simpliciter, & hu
iusmodi fallacia, in quibus imperiti peccare consueuerunt, aliquando labore-
mus, ne falsa pro veris, ne impertinentia, & aliena à subiecta materia docea-
5 mus, vel addiscamus. Errant petitione principij, quoties rem ipsam per id
probare tentant, quod est inter disputantes principaliter controuersum. Huic
similis est responsio illa: possideo, quia possideo: Scio, quia scio. quo vitio Io.
Bolog. Deciũ carpere nititur in titu. Cod. de edendo. dũ Accursij continua-
tionem Dec. sustinet, supra de magistratibus, per quos iudicia exercẽtur, actũ
est, nunc de iudicijs dicendum. Verum qm̃ materia de edendo est præpara-
toria ad iudicia, meritò præponitur hic titulus de edendo. cui obijciunt oẽs
actionem ad exhibendum esse præparatoriam ad rei vendicationem, fuisse tñ
postpositam illi titulo. Verũ Dec. glossæ continuationẽ optimã esse tandem
concludit, & comprobat. Nam ex regula præparatoria inquit præmitti dẽnt.
Ecce peccat petitione principij. De hoc siquidem principaliter desputamus.

l. qui interrogatus. de pet. hær. vbi Bar, & l. fi. de offi. proc æs.
Dec in rubri. C. de ed. nu. 4. in fi. & Doct.
Io Bologn. ibid. numero 31. 32.

An

An præparatoria sint præponenda, & ipse idem per idem concludit. Accide-
6 tis fallacia, veluti q spirat viuit, folex spirat, ergo folex fabri Vulcani viuit, & vt apud Accursiũ, q ĩ nullius bonis sunt, occupãti cõcedũtur. Res sacræ & religiosæ in nullius bonis sunt, ergo res sacræ & religiosę occupãti cõcedũtur. Homo est aĩal, aĩal est genus, ergo homo est genus. Titius est aliud à Męuio. Meui⁹ est homo, ergo Titius est aliud ab hoĩe, ergo nõ homo. Stichus seruus est hęres, Stichus est tuus, ergo Stichus est hæres tuus. Sic illa deluditur fallacia: quicquid emisti comedisti, leporẽ crudũ emisti, ergo leporẽ crudũ comedisti. neq; n. carnes crudas ea qualitate comedisti qua emisti. Sic iniustũ est aliquẽ locupletari cũ alterius iactura, ergo vsucapio iniusta: aliud n. merò iure naturę, aliud lege ciuili rõne publici boni, ne rerum dñia tãdiu incerta maneãt. Solẽt ẽt æquoca eruditos quoq; fallere. sunt aũt æquoca, quorũ solũ nomen cõe est, substãtiæ verò ratio diuersa. Adulter lege Iulia capite plectẽdus est. Titi⁹ libros adulterauit, ergo Titius lege Iulia puniẽdus. Nulla mulier põt legẽ cõdere: testm̃ ẽ lex, ergo mulier nõ poterit testm̃ facere. Testator legauit vxori suæ taurũ, sed hẽt seruũ noĩe Taurũ, & bouẽ taurũ in stabulo, ecce æquocũ. Hmõi sunt tẽdiculæ illæ, Ex secũdũ q d ad simpliciter, vt puta: Delegatus Pontificis maior est ordinario in cã delegata, ergo simpliciter maior, negat cõsequẽtiã. Sic Virgilius, vt poeta viuit, ergo Virgilius simpliciter viuit, negãda cõsequẽtia. ac pariter facere illæ tẽdiculæ sensus diuisi & compositi. Hęc Azina est mr̃, q a pullũ peperit, hęc Azina est mea, ergo hęc Azina est mr̃ mea. Sic ille pbat in tribus oues quinq; contineri, in ternario numero dualis cõtineri. Sed duo & tria sunt quinq; separatim. n. sumpta duo & tria sunt quinque, nõ aũt cõiũctim, vt in tribus continerẽ. Quãobrẽ ab his ac similibus fallacijs diligenter cauẽdum est. Iulianus itaque, & Vlpianus huiusmodi cauillationes animaduertendas, ac fugiendas existimarunt. Natura. n. cauillationis,
7 vt ipsi aiunt, quam Græci σόφισμα appellauerunt, hæc est, vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio ad ea, quæ euidẽter falsa sunt, perducatur. Cauendum præterea, ne falsa pro veris doceamus, vel addiscamus, quod facilè homini euenire potest, vel maximè, cum noluerit singula à proprijs, sed ab alienis fontibus exhaurire, & disciplinarum genera confundere.
8 Quot. n. & quantos errores commiserint interpretes ob antiquitatis, & bonarum literarum ignorantiam, clarè demonstrant Duarenus in disputationibus, Alciatus in dispũctionibus, paradoxis, & parergis. Budęus in suis an-
9 notationibus, & plerią; alij. Vnde fit, vt Paulum Castrensem non puduerit virum alioqui acutum, & perspicacem, fateri non intelligere Marcelli responsum. Item: si Reipublicæ in annos singulos legatum sit, cum de lege Falcidia quæritur, Marcellus putat tantum deberi legatum, quantum sufficiat sorti ad vsuras trientes eius summæ, quę legata est, colligendas. Ego inquit nunquam vidi textum, de quo non viderim aliquam rationem præter hunc, & fateor inquit, me non intelligere, nec quisquã est, qui eum intelligat, ex aliorum imperitia suam crassam, & supinam ignorantiam excusare conatur. Verum quo
10 niam antiqui interpretes humaniores, & politiores literas aspernati, vel earum prorsus ignari, percipere non poterant, quæ essent centesimæ vsuræ,
11 quæ semisses, quæ trientes, in Marcelli, & aliorum iurisconsultorum sententia exquirenda, & declaranda eos labi necesse fuit. Et in hoc tam ingenti errore antiquos diu versatos fuisse, inde facilè colligimus, quod non solũ Cæ
12 sarei Accursius, & Azo: verum etiam Pontificij, Turris cremata, alijq; falsò docuerint, professiq; fuerint, centesimam vsuram esse, quæ in anno æquaret sortem, vt si centena, pro centum singulis annis soluantur. Bessem verò vsurã fore, quę anno vno, & mensibus sex sorti æquaretur 66. singulis annis. Semisses

gl. in l. ea est natura. de reg. iur.

§. de vsuca.

vt in c. fane. x. de off. del.

gl. in l. quoties. Instit. de verb. obli. & in l. manumissiones. de iustit. & iu. & Bart. in l. si is qui in princ. de reb. dub.

l. ea est natura. de reg. iu. l. natura cauillationis. ff. de verb. sign.

In l. 3. §. vlt. ad l. Falc.

gl in l.eos,in verb. tertiã. C.de vſu. Azo C.de nau. fœn. Tur.e re. in c.quando. diſt.47 gl.in l.1. in fine de his quib. vt indig. l.cẽteſimis. cal. de ver. oblig. in l.lecta ff. ſi cer. pet. l.lecta,ſi certum pe.l.hac edictali. §. his illud. C. de ſecundis nupt. l.vlt.§ propterea. C.de iuriſdi. l.eos. C. de vſur. l. cum quidã. §.vlt. de vſu. l.vlt. §.fin autem. de rei vxor.act.

ſes verò,quæ duobus annis fortẽ explerent,quinquaginta.ſ.annua: Trientes
verò vſuras,quæ tribus annis ſortem imbiberent,vt tria,& triginta pro cente-
nis annuis impenderentur:quę quidẽ oĩa falſa ſunt. Centeſima.n. vſura apud
veteres erat,cũ centeſima pars ſortis ſingulis menſibus ſolueretur. Priſci.n.
ſingulis menſibus,non ſingulis annis vſuras exigebant:& hæc duodecim pro
centũ ſingulis annis impendit, centeſimã ſortis portionẽ ſingulis menſibus,
hoc eſt vnum pro ſingulis cẽtenis. Sic Paulus refert in dies triginta pro dena-
rijs centenis ſtipulatum eſſe Publium Mæuiũ,ſpopõdiſſeq; Lucium Titium:
ſemiſſes verò dicebantur,quæ ſex pro centenis redderẽt in anno,hoc eſt di-
midiũ vnius ſingulis Klẽdis: Trientes verò cum tertia pars cẽteſimæ ſoluere-
tur,nẽpe quatuor pro centum. Sunt.n.quatuor tertia pars duodecim centeſi-
mæ vſuræ. Sic quadrantes cũ tria pro cẽtum exiguntur:ſunt.n.tria pars quar-
ta duodecim centeſimæ vſuræ,& ſic de ſingulis. At in reditu perpetuo, puta
Reipublicæ tm̃ videri legatum dr̃, quantum ſufficiat ſorti ad trientes vſuras
colligendas eius ſummæ, quæ legata eſt. Antiqui.n.pro legatis perpetuis, vel
Reipublicæ trientes vſuras,quatuor nempe pro cẽtenis exigere cõſueuerãt,
& ſi legatus fuiſſet Reipublicæ annuus reditus aureorũ ſex, rectè diceremus
ſortẽ Reipub.legatã fuiſſe aureorũ centum & quinquaginta. Trientes.n. vſu-
ræ quatuor indicant ſortẽ aureorum centũ, & illa duo,quæ dimidium triẽtis
vſuræ ſunt,præſeſerunt dimidiã ſortis illius. ergo quinquaginta. Quare Falci-
dia demẽda erit à centũ & quinquaginta,relictis à teſtatore. Et hæc eſt clara
& certiſſima Marcelli ſnĩa. Sic in centeſimis vſuris lapſi ſunt in Pauli ſnĩa eli-
cienda ex l.lecta,de reb.creditis,in denarios centenos. Denarios ſingulos ſti-
pulatus eſt Publius Mæuius, ſpopondi ego Lucius Titius: quo loco pariter
ignorauerunt,quantam pecuniã ſignificarent quindecim illa ſeſtertia, ignó-
rãtes,quid ſeſtertius eſſet,quid ſeſtertium,quid nũmus,quid denarius. Pacti
nudi ſubſtantiã,& dignitatem nunquã attingere potuerunt,vt publicè in in-
terpretatione edicti de pactis,& ſupra quóq; ego demõſtrabã. Et ꝙ ita filius
poſſit in cauſa patris iudicare,non aũt ius dicere:præterea,in ius vocari & ci-
tari,& id genus multa inuicẽ confundentes,& falſa cõmiſcentes,& ſagariam

l.cum duobus. §.quidã Sagariam. ff. pro ſoc.

ſalis,vel ſacculorum negotiationẽ cũ Accurſio falsò interpretãtes,cũ tñ ſaga-
riam exerceant ij qui ſaga,qui veſtes non quidẽ nouas,ſed potius attritas ve-
nundare cõſueuerunt. Demum cũ quidã hæredẽ dãnaſſet,dare vxori ſuæ vi-
num,oleum,frumentũ,acetum,mella,ſalſamenta,noluerunt ſalſamenta inter-
13 pretari ſale condita ad diuturniorẽ vſum ciborum,ſed barbarè, ac inerudite
cũ Accurſio exponere maluere,ſalſamenta legata.i.materias, vnde conſueue-

gl.in l. quidã hæredem,de trit. vino, & ole.le.in ver. falſam.

runt facere ſalſamenta,quæ ſunt ſaluia, ſerpillum, piper, allia, ſal, petroſelinũ,
ex quibus fit ſalſa,niſi ſit ſnĩa falſa, his cãtilenis propriã ipſorum ignorãtiam
decãtãtes,vt ferè ab oĩbus ludibrio habeãtur. Quãobrem,ne in tot,ac tãtos
errores incidamus,ſingula ſingulis artis ſuę peritiſſimis accepta referre opor-
14 tet. Nã ſi de antiquitate rerũ,aut de politioribus lr̃is agẽt,nobis ꝓfectò cum
15 Hiſtoricis,& Romanis ac Gręcis agẽdũ erit:ſi de argumẽtationib.cũ dialeti-
cis,& logicis:ſi de q̃titate,ac ꝓportione cũ mathematicis:ſi de virtutibus,cũ
morali:ſi de motu,ac natura,cũ naturali: ſi de ente vt ens, cũ metaphyſico:
de valetudine & morbis,ortu,ac ĩteritu cũ medico,Hyppocrate,vel Galeno

l.ſeptimo mẽſe.de ſtat.ho. in l.Labeo. de ſupel leg. l.nam quod. de penu.leg. l. ſi is q. ducenta §.cum ita.& reb.du.

nobis erit ꝑtractãdũ, & oĩa à ꝑitis ea in arte expetẽda, quẽadmodũ priſcos
illos,& eloquẽtiſſimos iuriſcõſultos paſſim obſeruaſſe legimus,& hiſce gradi-
bus vniuerſũ ius ciuile ĩpleuiſſe & illuſtraſſe: à Grãmaticis plura iuriſcõſulti
mutuati ſunt circa verborũ ſignificationẽ & ꝓprietatẽ. Imo Paulus, Nomen
inq̃t,penus mihi traditum eſt oĩbus generib.dictũ,artis logicæ ſubtilitatẽ de
propoſitione vniuerſali, ac particulari Iulianus iure demonſtrat. Cum itaq;

ſtipulationem

stipulationem inquit concipimus, si hominem ac fundum non dederis, centum dare spondes. Oratorum quoq; præcepta obseruant, dum facti quæstionibus respondēt, vel facti qualitates, siue coniecturas ante rem, in rē, & post rem diligenter colligunt, & ad ius ciuile dirigunt. Vtrunque est faciendū, vel: si quid eorum factum non erit, veluti Stichum, & Damam, & Erotem sisti: Si quis eorum non steterit, decem dari. Necesse est enim omnes esse sistendos, vt stipulationi satisfiat. Medicorum quoq; placita ad iuris q̃stiones referūt. Vlpianus quærentibus an is qui ἀρτιάδας habet vitiosus sit, ita respondit, si ἀρτιάδες sunt, quare existimo inueterati, & qui iā discuti non possunt fauciū humores, vitiosus est, & Hyppocrates septimi mensis partum legitimum ostendit. Magni itaq; refert, vtrum ita concipias stipulationem, si illud, aut illud factum non erit, an hoc modo, si quid eorum factum non erit, quæ vt fierent comprehensa sunt. Hoc. n. interest, quod quamuis altero facto, verum sit, hoc aut illud factum esse, non ideo tñ minus verum erit, hoc aut illud factum non esse. Nam simul ea possunt esse vera, quamuis inter se contraria sint: quia cū significatio, non ex vniuerso, sed ex aliquo sumitur, si veri aliquid insit, verā efficit totam orationem, sicut è contrario, duæ orationes pugnantia continētes, simul falsæ sunt, veluti: si qui liberorum, partim puberes, partim impuberes decesserint. Nam & hoc falsum erit, omnes impuberes decessisse, & illud, omnes puberes decessisse. Id accedit, quia significatio, quæ sumitur ex vniuerso, in quo aliquid falsum est, totam orationem falsam efficit. Et quamuis Ar-
16 chesilaus dialecticos his similes esse diceret, qui latrunculis ludunt, eo quod iu eūdē fallerent, vera tñ profitetur, ac arte logica demonstrat Iulianus, iudiciariam Astrologiam Vlpianus à pœna legis Corneliæ de iniurijs exclusit. Si quis astrologus inquit, aliquem furem dixerit, qui non sit, iniuriarum cū eo agi nō pōt, Astronomiam quoq; sibi in iudiciis necessariam auocant peritissimi iudicis, vt vera à falsis testimonia, cū de nocturnis agitur delictis, decernere possint, quod Baldo, Angelo, Oldrado, & Veronensi placuit, sic Alcibiades Athenis hæreseos postulatus, ꝙ statuas Mercurii noctu confregisset à prima tandem iudicū graui sententia eo fuit absolutus, quod nox illa fuisset illunis: vnde ꝑ ꝑ nouiluniū nec colores videri potuerint, vt referente Plutarcho, & astronomica Ephemeridum obseruatione experiri fas est. Sic Oldradus gloriatur reum à capitali iudicio absolutū, & testes falsi condemnatos eius opera, & prudentia fuisse. Morum virtutes, artemque ipsam mathematicam in iure ciuili continuo versari, supra ostendimus, tum vel maximè cum de ꝓportione iustitiæ differuimus. Theologiam etiam in his legibus haberi patet, cum de hæresi, & falsa religione agitur, de summa Trinitate & fide catholica, de episcopis & clericis, de sacrosanctis ecclesiis, & similibus. Naturalis vero philosophiæ, ac methaphisices vestigia clarissimè ostendit Alphenus de iu
17 diciis. Proponebatur, inquit, ex his iudicibus, qui in eandem rem dati es
„ sent, nonnullos causa audita excusatos esse, inque eorum loco alios esse sum
„ ptos, & quærebatur, si singulorum iudicum mutatio eandem rem, an a
„ liud iudicium fecisset? respondi, non modo si vnus, aut alter, sed & si om
„ nes iudices mutati essent, tamen & rem eandem, & iudicum idem, quod
„ antea fuisset, permanere: neque in hoc solum euenire, vt partibus commu
„ tatis, eadem res esse existimaretur, sed & in multis cæteris rebus. Nam
„ & legionem eandem haberi, ex qua multi decessissent, quorum in locum a
„ lii suffecti essent: & populum eundem hoc tempore putari, qui ab hinc cen
„ tum annis fuisset, cum ex illis nemo nunc viueret. Itemque nauim si adeo
„ sæpe refecta esset, vt nulla tabula eadē ꝑmaneret, quæ nō noua fuisset, nihilo-

l. si is qui ducenta. §. cum ita. de rebus dub.
no. 1 l. 1. C. de eden. & in l. dinus. de offic. præsid.
l. quæritur. de ædili. edi.
l. septimo mē se ff. de statu hom.
l. item apud Labeonē. §. si quis astrologus. ff. de iniur.
Barth. Cepo. cōsi. 35. nu. 6.
Bal. in l. Arethusa. de statu ho. gl. in l. si cū exceptione § i hac. ff. quod metus cau. vbi Ange. & Bal.
l. si ꝓponebatur. de iu dic.

„ ominus eandem nauim esse existimari. Quod si quis putaret, partibus com-
„ mutatis aliam rem fieri, foret vt eius ratione nos ipsi non ijdem essemus, qui
„ ab hinc anno fuissemus, propterea quod (vt philosophi dicerent) ex quibus
„ particulis minimis consisteremus, hæ quotidie ex nostro corpore deciderẽt,
aliæq; extrinsecus in earum locum accederent. Quapropter cuius rei species
eadem consisteret, rem quoq; eandem esse existimari oportere. Quam sanè le
gem cum publicè interpretaremur, philosophorum sententijs exornare cõsue-
18 uimus, eadem fluuij labantis specie. Etsi.n. profiteatur Heraclitus, neminem
eundem fluuium bis ingredi: Alphenus tñ rerum naturas altius indagans, ali
ter sentit, illamq; rerum mutabilitatem cum Heraclito minimè admittit, cũ
idem genere, idem specie, idemq; numero detur, & per æquipollentiam idem
conseruetur. Omittamus itaq; altiorem indagationem Parmenidis de vno,
vt subiectæ materiæ oĩa accommodentur. Caius præterea ad legem falcidiã
„ hæc addidit: Quædam legata inquit, diuisionem non recipiunt, vt ecce lega-
„ tum viæ, itineris, actusve: ad nullum.n. ea res pro parte potest pertinere. Sed
„ & si opus municipibus hæres facere iussus est, indiuiduum vr legatum. Neq;
„ enim, aut vllum balneum, aut vllum theatrum, aut stadium fuisse intelligitur,
„ qui ei propriam formã (quæ ex consummatione contingit) non dederit: quo
„ rum oĩum legatorum nomine, & si plures hæredes sint, singuli in solidum te-
nentur: Ecce hic formam in instanti introduci: ecce formam per se indiuisibi-
19 lem, per accidens tñ diuisibilem, vel extrinsecam, vt albedo in pariete. Hu-
iusmodi ostenditur forma balnei, theatri, stadij, vel domus, quæ nec domus
forma dicitur, nisi, vel tum, cum vltima tegula fuerit iniecta. Quæritur, an illu
minatio solis, vel candelę prodeat sine motu (& vt philosophi aiunt) in in-
stanti. Sed quorsum hæc philosophiæ plena? eo nempe, vt Caius ostẽdat sti-
pulationes, quæ in faciendo consistunt, inspecta vltima forma, ac fine, ex ani-
mo contrahentium fore indiuiduas, quamuis labor, pecunia, & corpora sint
diuisibilia. Quorsum hæc? eo nempe, vt ostendat hasce stipulationes parerę
nobis indiuiduas obligationes. Ergo si plures fuerint rei, vel debitores singu-
li insolidum, non pro virili tenebuntur. Quorsum hæc? Nempe vt cum Paulo
20 ostendat dari communionem inter hæredem, & legatarium, iuris ac dñij, &
propterea sustineri legatum in vtroq;, ꝙ vni acquiri, pro parte minimè po-
tuit. Qua de re contrarias protulerunt sententias Sabiniani, & Cassiani hære
demq; posse demere Falcidiam, si res fuerint diuisibiles, secus aũt in rebus in
diuisibilibus. Nam si hæres pro Falcidia capiat partẽ fundi, semper perit via,
siue legatum viæ, si minus est in via, quã sit in Falcidia fundi, & via. Interdum
inquit euenit, vt propter rationem legis Falcidiæ sequens legatum extingua-
tur, veluti, si fundus, & ad eum via legata sit, non põt procedere viæ legatum,
quia pro parte seruitus acquiri non potest. Nã tum demũ via perit, cũ minus
est in via, quàm sit in Falcidia fundi, & viæ: si verò tñ in via sit, quantũ in Fal
cidia fundi, & viæ, vel pluris, via legata non peribit. Hoc.n. casu nulla pars fun
di remanet apud hæredem. Perit.n. viæ legatum, qñ pars fundi remanet apud
21 hæredem. Quibus si addiderim Vlpiani stipulationes, quæ non diuidũtur, &
Catonis pœnas promissas, si quid aliter factum sit, uel amplius non agi, „
uel de his, quæ indiuidua sunt, vel de his, quæ diuisionem recipiunt, „
duo nobis relatu digna emanabunt. Primum, quot ambagibus, quot
Męandris, ac tricis, quot labyrinthis interpretes philosophiæ expertes vana,
hipocentauros, & chymeras commenti, inanes suos, & amentes referse-
rint commentarios: secundum verò, ne garriat Tullius illę, ne iactet,
neve temerarios ostentet suos illos conatus, si mihi semel moueritis
stomacum,

l. quædam legata. ad l. fal.

in l. plautius ff. ad l. fal.

l. stipulationes non diuiduntur. & l. 4. §. Cato. de verb. obl.

ftomacum, triduo non amplius fiam Iurifconfultus. Nam fi primum animus
eius his iu is apricibus obuius factus fuiffet, rimuiffem profecto (fi me ita fa-
ri licet) ne ftatim ob naufeam cibum indigeftum ftomaco euomuiffet, & per
petuò veluti abftemius iuris liquorem abhorruiffet, neve etiam fi Neftoreos
vixiffet annos, iuris ciuilis penetralia ingreffus, tam iucundas, tamque folem
nes iurifprudentiæ epulas vnquam deguftare potuiffet. Ex quibus omnibus
encyclopediam, aureum, inquam, illum fcienriarum omnium ductum, & fe-
riem in iure ciuili oftendere tentabam. Hæc eft enim aurea illa virtutum, fciē
23 tiarumque omnium catena, fingulis aureis annulis contexta, quam ex ore
Iouis ad centrum vfque terræ pendere cecinit Homerus, vt quanto in hono-
re habendi fint ab omnibus qui veri funt Iurifconfulti, clare vbique gētium
elucefcat.

De inani fubtilitate, fingularibus, & φιλαυτία. Cap. XIII.

1 *Inanis eft fubtilitas, fophifticis argumentis omnia implere.*
2 *Quæ non intelliguntur aliquibus ingeniofa videntur.*
3 *Duæ funt fubtilitatis fpecies, vna veritatem altera cauillationem fequitur.*
4 *Baldus cum altè volauerit, vt preceps ruerit.*
5 *Qui fubtilitatum principes habeantur Fulgofius, Francifcus Aretinus &c.*
6 *Eius opinio à fenatu reiecta, qui Aretini fubtilitatem fecutus fuerat.*
7 *Ingenia non fubtilitatibus, fed folida, ac vera doctrina excolenda.*
8 *Errant, qui fingularia quærunt, & affectant.*
9 *Duare. aduerfus eos, qui præfumptiones & cōiecturas inani ftudio cōferūt in libros.*
10 *Medicus amiffo libro, in quo fingularia pharmaca confcripferat, totam fimul perdi-
dit artem medicam.*
11 *Regula iuris ciuilis, an patiantur exceptionis paradoxum.*
12 *Arrogantia vitio laborant aliqui.*
13 *Cogitent, qui ad fcholas doctores non accedunt auditum, an fint Pythagora, & Pla
tone eruditiores.*
14 *Demofthenis vigilia, Euclidis pericula.*
15 *Philautia eo ducit homines, vt fcire exiftiment, quæ non intelligunt.*
16 *Gorgias Leontinus ex tempore de quacunque differebat quæftione.*
17 *Philippus Rhegienfis argumentis & fallacijs Baldi perterritus obmutuit.*
18 *Vterque Philippus fcilicet, & Baldus reprehenfione digni.*
19 *Vulgaris fubftitutio in legato, an vnicum tantum cafum contineat, fi noluerit, non
alterum fi non potuerit.*
20 *Natura vulgaris conditionis femper diuiditur, fi noluerit, fi non potuerit.*
21 *Quomodo Baldus omnia confundebat.*
22 *Quid iuris in hæreditate.*
23 *Distinctio, qua omnia conciliantur.*
24 *Angelus Politianus ignarus fuorum hæredum, fatis infeliciter argumento Mariani
Socini obmutuit.*

IN hoc etiam grauiter peccari à multis afferit Duarenus, vt cæ-
tera, quæ per fe grauia funt errata per hoc vnum leuia,
ac propè contemnenda videantur. nempè, quòd illis im-
poftoribus faris non fit barbarè, & confusè omnia tracta-
re nifi etiam difputationibus fuis fophiftice perpetuò ad-
1 mifceant: fummam enim ingenij laudem effe ducunt, non vera ex-

plicare, sed bonas, vtiles, & receptas aliorum sententias petulanter euertere, quasi ipsos pudeat vsquam cum aliquo consentire, & nihil verum, nisi ipsum diuersum sit, & quia turpe sibi existimant homines plus satis ambitiosi, quæ recta & simplicia sunt, quia scilicet nimium vulgaria, & facilia, sequi. Quibus præstigijs (dij boni) & commentis veritatem obruunt. Hæc quia non
2 intelliguntur à iuuenibus, nec adeo intelligi possunt, videntur plerisque ingeniosa, qui ea sola mirantur, & habent in pretio, quæ non intelligunt, & subtilissimam rem esse arbitrantur, quam ipsi non cernant. Quo igitur nomine horum scholam vocari par est? qui veram germanamq; philosophiam, idest æqui & boni scientiam professi, non tam iustitiæ & æquitatis, quàm litigandi, suis cauillationibus demonstrant viam. Horum omnium impostura nostro seculo omnibus patefacta & explorata est. Et cum duæ sint subtilita-
3 tis species, vna, qua ingenij acumine ad inuestigandam rerum veritatem vtimur; altera verò, quia nonnulli in cauillos, & sophismata assiduè tendunt, quo peccandi genere, ambitionis & subtilitatis Bartolus Vltramontanis dicit dicere videtur, dum eorum subtilitates technas appellat. Idem quoq; Bal-
4 do Paulum Castrensem obiecisse legimus, quod altè volauerit per aera, & ad ostentationem in nubibus sese occultauerit. Idemq; Iasonem eidem obiectasse, tam altè euolasse, vt ab oculis debilium euanuerit, & in multis semetipsum fregerit. Quam sanè ambitionem, & sophisticam subtilitatem etiam è suggestu docentes, nonnulli ambiunt, quos non pudet studiosorum iuuenum simplicitate sic abuti, & in ea re, quæ maximè omnium seria est, maximiq; momenti, & puræ veritatis, tam vanè, tam procaciter, tamq; sophysticè ludere. Eiusdem subtilitatis principes constituunt vtrosque Fulgosios, & Franciscum Aretinum, quem cum studiosus ille nimium insequeretur, fe-
5 runt à Iasone repræhensum, vel admonitum fuisse, Heus amice, hæ subtilitates Aretini tibi vtiles sunt, dum in tyrocinio legum versaris. acuunt enim ingenium: sed quando Doctor versaberis in praxi, tu alias sequeris opiniones magis communes, & solidiori iurisprudentia corroboratas, ipsumq; iurisprudentiæ sacris initiatum in prima causa sibi delegata, sententiam Aretini secutum contra communem tulisse, quæ à Senatu reuocata fuit: ipseq; in expensis condemnatus. Quamobrem postea nimio dolore affectus, vi-
6 tam cum morte commutauit. Studiosorũ igitur ingenia non ambitione, non leuibus, & nouis opinionibus, non cauillis, sed vera, solida, ac recepta doctrina excolenda putamus. Errant præterea, dũ summo studio casus aliquos singulares, numero tamen propemodum infinitos anxiè sectantur, eis longè ma-
7 gis quàm regulis siue theorematibus vniuersalibus, quæ pariunt scientiã, incumbentes. Quamobrem Hippolyti Marsilij, Ludouici Romani, Matthæi Methesilani, & aliorum singularia legunt, relegunt, & memoriæ consecrant: quod vitio vel quammaximo illis vertendum est. Nam quæ nobis doctrinæ pariunt scientiam, sunt vniuersalia ipsa, & quo magis vniuersalia, eo præstantiora. Particularia verò infinita, & ab arte reiecta. Proinde Plato iubebat nos à genere generalissimo descendentes in vltima quiescere specie. Et Duarenus aduersus Alciatum, aliosque, qui singulas pręsumptiones, vel cõiecturas,
8 quiq; singularia ipsa numero multa, ac infinita suis commentarijs congerere, ac complecti sedulo student, merito inuehi videtur, vtpote cum singularium omniumq; rerum collectio homini laborioso potius quàm erudito conueniat. Enimuero satis est in artem omnia ad generalia capita methodica ratione contrahere: mihi certè, inquit, videntur operam suam infeliciter collocasse, quia hæc ex cognitione morum cuiusque hominis, & experientia rerum

Tradit Ias. in l. de quib. de leg. & passim. in l. 1. C. quando non pet. part. Iason in l. edita, in princi. C. de edê. & Silua nup.

Silua nuptia. dubio 5.

Duaren. de probat. c. 3.

rum

rum, & exemplis iudicantur. Et hi profectò non absimiles sunt illi, qui in maris littore sedens conabatur singulas vndas connumerare, donec vndas vndis trudentibus obruerentur, animoque augeretur, quod eas numero cõ plecti minimè posset. Timendum præterea ne idem illis, quod illi Medico,
9 eueniat, quem Galenus testatur, cum nullam vnquam methodum pharmaca componendi didicisset, casu tandem amissis libris, quibus innumeræ huiusmodi compositiones conscriptæ erant, dolore, ac tabe confectum perisse. Hos igitur grauiter errare testantur etiam Salicetus, & Matthæus Afflictus, vtpote qui singularibus magis, quàm vniuersalibus attentum adhibeant animum, & ad inanem ostentationem raris ac peregrinis casibus impleant capita sua: quæ sanè doctrina (vt ipsi aiunt) fallax est, & valde periculosa. Quamobrem si mihi paradoxa afferre liceret, dicerem, me sæpius admiratum, eloquentissimos illos iurisconsultos multas quidem tradidisse nobis vniuersales regulas iuris, paucas verò, immo nullas singulares exceptiones, vel limitationes. Dicerem si mihi liceret, nullam ferè regulam pati
10 in iure ciuili exceptiones, vel limitationes, tũ quia nullæ, aut paucæ traditæ sunt ab artifice in eo titulo de reg. iu. tum, quia si regula est, q̃ rẽ, q̃ est breuiter enarrat, nõ vt ex regula ius sumatur, sed vt ex iure, q est, regula fiat, patet regulã ita sumptã, ex aliquo iure vniuersali promanare, & in eo iure, & fonte vires suas perpetuas veras exercere, quæ simul ac in aliquo vitiata est, hoc est sumpta ex alio iure, vel alijs terminis; perdit officium suum: nec enim rectè stare potest, nisi in eo iure, & fonte, ex quo ipsa fluit. Fit enim regula ex iure quod est, non autem ius facit: Sed magis vniuersaliter sumpta, quã ipsa mereat tot, ac tantas patitur exceptiones, ac limitationes, summo studio ab interpretibus congestas, tacitas vero ab ipso legislatore, qui regulas noluit quatenus nisi regulæ sunt, tradere ac regere, ne à proprijs ad im-
11 propria, neve à genere ad genera transitus saltusve fieret. Accedit, quod fastu tument plerique, & arrogantiæ vitio vacare minimè possunt, dum se omnia perfectè etiam sine præceptore discere, ac tenere, & aliena semper deprimere gloriantur. Sed Cleobulus Lyndius vnus ex septem Sapientibus hominẽ libentissimè audire, & illibenter loqui debere consulebat. Et apud Platonem, Socrates in Phędro disciplinas ex sermone potius, & viua voce, quàm ex lectione hauriendas esse existimauit. Enimuero eas sic magis memoriter teneri, percipi, ac melius intelligi, quod quædam subtiliora quandoque occurrant, quàm vt scriptis commodè tradi possint, quodque viua vox longè magis afficiet. Nam si satis esset ex solis scriptis, solo ve commentario sapere, (quod ignorantiæ vitium hodie per Italiam in publicis etiam Lycęis, inconsulto occupatove ad maiora Principe aliquando serpere visum est) haudquaquam operæpretium fuisset tot philosophos per externas regiones peregrinari, eos auditaros, quorum libros iam in cubiculo le-
12 gissent. Cogitent ergo, qui se domi continent, & scholas minimè frequentant, ne se Pythagora, Platone, Anaxagora, Apollonio, Caio, Pomponio, Alpheno, Vlpiano, Paulo, ac Papiniano sapientiores existiment, qui maximas difficultates summaque incommoda, ac pericula, passi sunt, & vt viua, docenteque voce longe peritiores euaderent, varias prouincias, quinimmo totum ferè terrarum orbem lustrarunt. En cui non sunt Demosthe-
13 nis auditæ vigiliæ? cui non nota à perorante Callistrato acquisita eloquentiæ palma? En cui non sunt Euclidis audita summis laudibus à quocunq; celebranda pericula, qui muliebri stola indutus noctе Athenas, cum id Megarensibus capitale foret, Socratẽ philosophantem auditum accedebat. Et

Sal. in rep. l. quod te. ff. si cert. pet & l. prima. depos. & Matth. de Affli. de iure prothom. in princip.

Pythagoras

Pythagoras non ſcriptis, ſed ore ſcientiā oībus cōicabat. Nulla eſt igitur per
nitioſior ſtudiorū calamitas q̃ ſui ipſius confidentia. Hūc morbū Græci phi-
15 lautiā appellant. Eſt aūt ēt adulatione deterior, eoq; hominē inducit, vt ſe
exiſtimet optime ſcire, quæ nō intelligit, redditq; eū negligentē, ſuperbū, &
aliorum contemptorem. Quamobrem neminem decet oſtentationis gra
tia iactare, ſe totam iuriſprudentiam apprimè callere, nec ſe promptum ex
tēmpore in qualibet iuris materia reſponſurum, nec diſputationis gratia pe-
tulanter ſingularia quæſiturum oſtentare. Quamuis enim ſummis laudibus
ab aliquibus extollatur Gorgias Leontinus, quod qua dē re quiſque voluiſ-
ſet, alacri pomptoq; animo ſe diſputaturum exhibuiſſet; cuique ob id vni-
16 uerſa Græcia in Apollinis templo, ſolido ex auro ſtatuam poſuerit, Philip-
po tamen Rhegienſi id arrogantiæ vitio aſcribitur. Erat magni tunc nomi-
nis Rhegienſis ille, cui diu ius ciuile Patauij profeſſo, ac Ticinum reuerſo
iactitanti, ſe ex tempore in vltimis voluntatibus cuicunque reſponſu-
17 rum, ſurgens Baldus ſatis petulanter obiecit: Quæro, inquit, vbinam in
iure ciuili habeatur, ſubſtitutionem vulgarem factam In legato non compre
hendere, niſi vnicum caſum, ſi noluerit: in hæreditate verò interpretari, ſi
noluerit, vel ſi non potuerit. Cui demum erubeſcenti, & reſpondere ne-
queunti, Baldus aperto libro oſtendit Papiniani reſponſum: Pater Seue-
rinam, de conditionibus, & demonſtrationibus. Ego verò vtrunque repræ-
18 henſione dignum exiſtimo: illum inani faſtu, ac iactantia tumentem: hunc
verò ſingulari petulanti ac fallaci quæſtione glorioſum. Quod vt compér-
tum ſit omnibus, verba Papiniani perpendamus: Pater Seuerinam Philip-
po cognato nuptijs teſtamento deſignauit: eidem filiæ prædiolum legauit
ſi Philippo nupſiſſet: quod ſi non nupſerit, eidem Philippo prædiolum dare
voluit. Nondum viripotens puella diem ſuum obijt. Reſpondi; Cum in
conditionibus teſtatorum voluntatem potius, quàm verba conſiderare opor
teat, Philippo fideicommiſſum ita datum videri, ſi ei Procula defuncti filia
nubere voluiſſet. Quare cum ea prius, quàm viripotens fuerit, vita deceſ-
ſerit, conditionem extitiſſe non videri. Ex hoc textu obijciebat Baldus, vul
garem ſubſtitutionem, in legato vnicum tantum continere caſum, ſi nolue-
rit, non autem alterum, ſi non potuerit. Cui Rhegienſis ille omnia iure op-
19 timo negare potuiſſet. Nam quot ſunt verba in Baldi problemate, tot in-
eſſe peccata manifeſtum eſt. Falſum eſt enim hoc in legato, & non in hære-
ditate locum ſibi vendicare. Falſum eſt etiam, vulgarem hic vnicum tātum
complecti caſum, cum neutrum contineat. Peccat præterea, dum putat hoc
prouenire à vulgari ſubſtitutione in legato. Dico enim id manare a natura
conditionis poteſtatiuæ nondum maturæ, ſiue ſit adiecta legato, ſiue hære-
ditati; non à natura vulgaris ſubſtitutionis. Illa ſiquidem eſt huiuſmodi, vt
20 ſemper ea conditione diuidatur, ſi voluerit, vel ſi non potuerit, ſed à natu-
ra conditionis poteſtatiuæ nondum maturæ. Fingamus enim, Seuerinam
viripotentem, & exemplo rem demonſtremus: ſi Seuerina non nupſerit Phi
lippo, lego prædium Philippo, legatum vtique debebitur legatario vtroque
caſu; ſcilicet ſi noluerit, vel ſi non potuerit: puta, ſi morte præuenta, vel ali-
ter impedita fuiſſet. Papinianus autem in hac ſpecie ita reſpondit, quia non-
dum extitit conditio matura, hoc eſt, quia fideicommiſſum ita demum Phi-
lippo datum videtur, ſi ei Procula defuncti filia nubere voluiſſet. Sed ipſa
priuſquam viripotens fuerit, diem ſuum obijt. Ergo defecit conditio: nam
impubes puella non potuit velle nuptias, nec potuit nolle connubia, quia pri
21 uatio præſupponit habitum. Baldus verò, omnia confundens, ſumit caſum
ſi noluerit,

Paul. Caſt. in l. pater Seuerinam de cōdit. & demō.

l. pater Seuerinam, de cōdit. & demō.

l. 3. C. de hære. inſti. l. Gallus. §. & qd ſi tātum. ff. de lib. & poſth. Vt hic & l. non debere, de leg. 3. & l. cum ita, de condit. & demonſt.

si noluerit, quando posset velle, & sumit etiam alterum casum, si non potuerit, quando impubes decessit,quę non potuit nec velle nec nolle,cum tamen vtrunque casum, si noluerit, si non potuerit, in vno eodemque termino ex mente testatoris, non autem in diuersis spectare oporteat. Alioquin idem
22 iuris erit in hæreditate, quod in legato. Quid enim si testator filiam hæredem etiam pro aliqua parte instituerit, si nupserit Philippo, deinde ita cauerit, quod si filia mea non nupserit Philippo, pro qua parte eam hæredem instituo, pro eadem parte Philippum hæredem facio, quæro an ne idem in hæreditate? Probat per responsum Papiniani. Nam in fideicommissis voluntas testatoris inspicitur. Sed testator hæredem scripsit pro parte Seuerinam, si Philippo nubere voluisset. At non potuit nolle, quia non potuit velle. Nam ante pubertatem nondum viripotens decessit. Ergo non extitit conditio. Ergo deficit fideicommissum. Quamobrem aut loquimur de puella pubere, aut de impubere, aut accipimus casum vnum, vnumve terminum
23 ante pubertatem, & alterum post. Primo modo asserimus vulgarem substitutionem, vel si quid est simile vulgari substitutioni, continere vtrunque, si noluerit, & si non potuerit, tam in legatis, quàm in hæreditate. Secundo neutrum amplecti. Tertia, in vno tantum posse locum vendicare. Ex quibus patet terminorum,& æquiuocationis fallacia, qua satis petulanter nitebatur Baldus, cui mirandum, non omnia negasse Rhegiensem. facile enim ita se ab his tricis ac fallacijs explicare potuisset. Eodem vitio notatur An-
24 gelus Politianus, vir græcæ, latinæq; linguæ peritissimus. Is enim, cum in glossematis iuris ciuilis Senis iactitaret, se vel Accursium superare posse, interrogatus à Mariano Socino iurisconsulto ætatis suæ doctissimo, quisnam suus hæres in iure ciuili diceretur, parum fœliciter obmutuit, vt Cotasius in miscellaneis scriptum reliquit. Quare ab inani subtilitate, à tot singularibus, & à philautia nobis est summopere cauendum. 3. Miscella. cap. 13.

De Iurisconsultorum demonstratione, maximè in fideicommissis. Cap. XIIII.

1 *Philosophus extollitur demonstratione: Mathematicus certitudine demonstrationis: Orator suasione: Iurisconsultus leuioribus coniecturis.*
2 *Eminent quædam in singulis admiranda: in Euclide ordo: in Aristotele methodus, ac demonstratio: in Platone idea: in Iureconsultis memoria, & ingenium.*
3 *Iurisconsulti, & Plato in Timæo non vtuntur demonstratione potissima.*
4 *Substitutio quid sit, non est laborandum in definitione, quando ipsa est nota.*
5 *Substitutio diuisa in directam, & obliquam, & species eiusdem.*
6 *Substitutionis directa diuisio, & species.*
7 *Quid vulgaris, quid pupillaris?*
8 *Quid exemplaris, quid compendiosa, breuiloqua, & fideicommissaria?*

1 Extollitur Philosophus, summisq; laudibus ab omnibus celebretur, quòd in posterioribus demonstrationē simplicem, ac potissimam ediderit: audeāt mathematici acribologia, rerumue certitudine, exultent oratores facundia, & vi persuadendi maxima, lætentur poetæ alijq; iudicio, ac rerum inuentione præclari. Sed non inglorij profectò erunt Iurisconsulti, qui leuioribus coniecturis tacitam legislatoris, vel testatoris mentem aperiunt. Eminent. n. quædam

2 quædam in singulis admiranda : in Euclide ordo : in Aristotele methodus,
ac demonstratio : in Platone Idea, diuinorumque contemplatio : in Gale-
no diuisio : in Archimede æqualitas sphæræ cum cylindro, sepulchro suo in
scripta : In Homero vehemens affectus : in Virgilio grauitas : in Cicerone
commiseratio, & propria, ac profluens eloquentia : in Demosthene maxi-
ma dicendi vis : in Iurisconsultis memoria, & ingenium. Quamobrem iu-
3 risprudentes Platonem in Timæo æmulati, qui de cœlo, & Deo non exactis-
simam demonstrationem, sed probabiles tantum rationes se allaturum pol-
licetur, Iurisprudentiæ subiectam materiam, & eius vires contemplati, le-
uioribus etiam iudiciis, siue coniecturis, legum sensa, testatorumque vo-
luntatem patefacere student, vt per eos mortui resurgere, & in testamentis
loqui, & muti, ac surdi, in pactis, & contractibus etiam alloqui, audire, audi-
riq; videantur, haud secus, ac excelsi ingenii Papinianus, aut fideicommis-
sum, fideicommissique conditionem, sola sanguinis, ac pietatis coniectura
tacitus defecisse respondit, ac demonstrauit: Satis enim factum (vt ibidem
ait Plato) putare debetis, si non minus probabiles, quam quiuis alius, ra-
tiones attulerimus : & æquum est meminisse, & nos qui disserimus, & vos,
qui iudicabitis homines esse, vt si probabilia dicentur, nihil vlterius requi-
ratis, cum nihil vlterius patiatur res ipsa. Quam sanè iuris interpretationé,
quamve Iurisconsultorum leuissimam, sed verissimam demonstrationem pas
sim in iure ciuili, maximè vero in fideicommissis, veluti imagines, & exem
pla, quibus studiosi valeant in aliis etiam intima iurisprudentiæ loca pene-
trare, ostendere tentamus. Ad quam, vt euidentior nobis pateat aditus,
tum substitutionem hæredum, vt materiam, tum interpretationem, vt eius
perfectionem diuidimus, & patefacimus. Sit igitur substitutio, hæredis in
secundo, vel ulteriori gradu facta institutio, quam innuit Modestinus. Hæ-
redes aut instituti dicuntur, aut substituti. Instituti dicuntur primo gradu,
substituti secundo, uel tertio. Et quamuis alii alias sibi definitiones ueluti
exactiores excogitauerint, cum tamen res ipsa sine definitione dialectica sa-
4 tis intelligatur, non est laborandum, nec tempus in definitione uenanda
conterendum, ut rectè sentit Galenus de differentia pulsuum, qui taxat phi
losophiam medicorum suæ tempestatis, qui dialecticam definitionem in om
nibus rebus etiam notissimis requirebant. Quod peccandi genus nonnul-
lis etiam Iurisconsultis uitio uerti potest. Nec puerilia obiiciantur: quod si
pater pupillo filio suo substituat, ea non sit secunda filii institutio, sed prima.
Nam si unum spectatur testamentum paternum, & hæreditatis, de quibus
pater utique disposuit, ea profectò comparata patris institutioni, erit secun
da institutio, quemadmodum in linea transuersali, secundus gradus dicitur
habita relatione ad lineam ascendentum, cum tamen in linea transuersali
5 nullus sit primus gradus. Substitutio itaque diuiditur in directam, & obli
quam, siue fideicommissariam. Directa, aut est simplex, aut duplex, aut
tacita, aut expressa, aut reciproca, aut non reciproca. Communis inole-
uit opinio, substitutionem fideicommissariam non esse propriè substitutio-
nem, uno tamen reclamante Alexandro, ut refert Decius, & alii sequuntur.
Ratio communis est; quoniam obliqua uendicat sibi locum post aditā hæ-
reditatem, directa uero ante. Hæres enim capit manu propria hæreditatem,
& directas habet actiones, ac semel hæres nunquam definit esse hæres. Fidei
commissarius autem capit manu aliena, & non est hæres. Præterea, nullā
6 detrahit Trebellianam. Directa uero substitutio scinditur in uulgarem, in
pupillarem, in exemplarem, compendiosam militarem, ac breuiloquam,
siue

l. item quia. de pact. l. 1. de verb. obl. §. si quis ita. vbi Bar.

l. 1. de vulg. & pup.

l. Papinian⁹. §. sed neque impuberi. de inof testam. ⁊ astr. in l. 1. in 2 not. de vulg. Dec. in l. precib nu. 5. C. de imp. & al.

l. 1. de gradib. affin.

l. precibus, C. de impu.

l. 1. de vulg. & l iam hoc iure. de vul.

Dec. in rubri. de imp.

7 siue reciprocam. Vulgaris substitutio fit per hæc verba, si Titius institutus mi
hi non fuerit hæres, Caius hæres esto. Hæc facta extraneo, vel adulto est sim- l. 1. de vulg.
plex, sed facta pupillo in potestate est duplex, quia continet etiã pupillarem & Instit. eo.
tacitam, vt si Titius fuerit hæres, & moriatur in pupillari ætate, Caius sit hæ-
res. Est igitur simplex, est etiã duplex, vt Modestinus declarat: dicta vulgaris,
quòd vulgo cuilibet, & à quolibet fieri potest, vt differat à pupillari exempla
ri, militari, & alijs. Et per eã succedere quis dicitur testatori, & in bonis eius. l. 2. de vulg.
Pupillaris autem concipitur in hæc verba, si filius meus in pupillari ętate & pup. Instit.
decesserit, Caius hęres esto. Hæc fieri debet filio impuberi, & in potestate de pup. subst.
existente, vnde mater non potest filijs pupillariter substituere. Hoc etiam ta-
citam vulgarem continet, scilicet, si filius meus hæres non erit, Caius hæres
8 esto. Exemplaris, vel quasi pupillaris in hunc modum: si filius meus furiosus l. humanita-
perierit, Caij hæres esto. Sperat, si resipuerit, vt pupillaris sperat, cum pupil tis, C. de im
lus adoleuerit. Compendiosa militaris ita fit: Quandocunque filius meus de- pub. & al. In-
cesserit, Męuius hæres esto. Potest enim fieri directis verbis à milite etiam stit. de pup. §.
post pubertatem. Sed à pagano fieri non potest alicui post pubertatem ver- qua ratione.
bis directis, sed communibus, vel obliquis. Breuiloqua, seu reciproca: Ca- l. Centurio,
ius, & Sempronius hæredes sunto, vosq; inuicem substituo. Hæc facta duo- de vulg.
bus inęqualibus, nempe puberi, & impuberi, cõtinet vtranque, scilicet vul- l. iã hoc iu-
garem, & pupillarem: vna siquidem determinatio æquè respiciens plura re. de vulg.
determinabilia, ea pariformiter determinat: Obliqua vero substitutio: Te l. 2. C. de im-
hæredem facio, teque rogo, si sine liberis decesseris, vel quandocunque, uel pub.
pure hęreditatem meam Caio restituas. Hinc verba, aut directa, vt hæredem toto. titu. ff.
facio, hæres esto; aut communia, vt substituo: Obliqua, vt rogo restituas, & ad S. C. Tre
similia. Hæc quamuis trita, sunt tamen solidissima Iuris fundamenta, quæ bel. & in l. pre-
nobis strata parataq; via, ad sublimiora iurisprudentiæ fastigia iter aperiunt, cibus. C. de
nosq; ad iuris demonstrationem, siue interpretationem ab his facilioribus impub. & d. l.
ad difficillima tandem reuocant. Centurio.

l. verbis ci-
uilib. de vul-
ga. & pup.

De iuris interpretatione declaratiua, & extensiua, deq; nobilissima illa quæstione inter Scæuolam, & Crassum diu Romæ agitata. Cap. XV.

1 *Interpretatio duplex, declaratiua, & extensiua.*
2 *Statuta non recipiunt interpretationem extensiuam.*
3 *Quæstio celebris Romæ diu agitata inter Scæuolam, & Crassum.*
4 *De Posthumo q. & plures aliæ similes.*
5 *Fundamenta Scæuolæ à verbis deducta, & à casu omisso.*
6 *Testamenta non valent, nisi ab ipso testatore disposita.*
7 *Celebre Oldradi responsum 21. si sine liberis.*
8 *Dictiones, tunc, & eo casu, restringunt.*
9 *Argumenta, aut à scripto, aut à mente sumuntur.*
10 *Lucij Crassi enthymemata, vti argumenta à voluntate testatoris deducta.*
11 *Voluntas spectanda tanquam regina hanc quærit Iurisconsultus vt venator feram, & qui solis verbis vtuntur, mouentur ad instar harundinis vento agitatæ.*
12 *Natura substitutionis vulgaris est, vt extendatur de vno casu expresso ad alterum tacitum.*
13 *Cum in substitutione adsunt verba significantia mortem, vel tractum temporis,*
illa

illa est substitutio compendiosa.

14 *Verba inuenta sunt non vt impediant, sed vt indicent voluntatem.*

15 *Constitutio Diui Marci postea lata fuit, quæ similes quæstiones dirimit.*

16 *Ardua quæstio, an tacita pupillaris excludat matrem, de qua in sequentibus capitulis.*

17 *Mutij Scæuolæ argumenta à scripto deducta diluuntur, & longe facilius extenditur substitutio, quàm institutio.*

18 *Fideicommissa inducuntur per tacitam voluntatem, soloq; nutu, & per solas coniecturas.*

19 *Extenditur substitutio per declarationem extensiuam.*

20 *An extensiua declaratio fieri debeat in ciuitate, in qua adsit statutum?*

21 *Testatorum verba esse ad literam intelligenda.*

22 *An substitutiones contentæ in reciproca, veniant ex interpretatione declaratiua.*

23 *Substitutionis vulgaris plures sunt gradus, si hæres non erit, si fuerit, & in pupillari ætate decesserit, vel si noluerit, si non potuerit esse hæres; item, si alium non fecerit hæredem, dominum, vel patrem.*

24 *An dominus, vel pater, vel monasterium excludat substitutum.*

25 *An suus hæres præferatur substituto ex conflictu legum?*

26 *An substitutus excludat coniunctum?*

Dec. in l. 1. num. 3. & l. 2. C. de impub.

1 IN iure ciuili declarando consueuerunt præclari iuris interpre
tes geminam sibi præparare viam, duplicem asserentes esse
iuris interpretationem, vnam declaratiuam, alteram verò
extensiuam. Declaratiuam interpretationem intelligunt,
quando verba declarantur, vel sensa ex verbis exhauriuntur.
Exempli gratia: Miles Hispanus, in Italia commilitoni Germano in castris
legauit aureos ducentos, nec expressit, an coronatos aureos, an Rhenenses
legauerit? Mortuo Hispano legatarius petit aureos coronatos. Hæres offert
Rhenenses. Tunc sumitur interpretatio à moribus Hispani testatoris, & con
suetudine regionis, vt coronati aurei declarētur legati. Extensiua autem dici
2 mus, quando verba non sufficiunt, vel potius repugnant, vnde fit extensio
de casu ad casum. Quare Bartolus ait, statuta recipere interpretationem de-
claratiuam, vt si obscura verba interpretemur ad sensum, qui non abhorret
à natura verborum, non autem extensiuam, quæ fit contra verborum natu-
ram, quod non patiuntur statuta. Et ratio est: Nam qui declarat, nihil no-
ui facit. Testator enim cum legauerit centum Titio, & plures sint Titij, po-
test vtique sine solennitate testamenti declarare, quem Titium intelligat.
Sed qui extendit, noui aliquid inducit. Proinde, si testator vellet protrahe-
re testamentum ad casum, in quo verba repugnarent, id facere minimè po-
test sine testamenti solennitatibus: statuta igitur non recipiunt interpreta-
tionem extensiuam. Tunc enim sic interpretantes, casum nouum, nec à sta-
tuentibus cogitatum inducerent. Iam plures sese offerunt egregiæ, & vtiles
quæstiones, in vulgari, & pupillari, ac in alijs per huiusmodi interpretationē
3 resoluendæ. Quarum prima fulget nobilissima illa quæstio Romæ diu in
Centumuirali iudicio agitata, & à Scæuola iuris peritissimo, & ab eloquen-
tissimo Crasso acerrimè disputata: Thesis erat huiusmodi: Posthumum fi-
4 lium meum mihi nasciturum, hæredem instituo. Quod si posthumus mihi
nasciturus morietur, antequam in sui tutelam peruenerit, Curionem ami-
cum meum substituo. Sed nullus unquā natus est posthumus, controuerti-
tur Curio, ne substitutus, an verò potius proximior ab intestato capere de-

Bar. in l. omnes populi. nu. 56. & 60.

l. hæredes palam. §. siquid post. ff. de testam.

Cicero in Rhetoricis in orat. & pro Aulo Cecin. pro Mil. lib. 9. 10. c. 7. Alcia parergon c. 24.

beat

beat hæreditatem? Huic ſanè contraria micat ſpecies illa; Cum quidã prægnantem habẽs coniugem ſcripſit hæredem, ipſam quidem hæredẽ ex parte, ventrem verò ex alia parte; & adiecit; ſi non poſthumus natus fuerit, aliũ hæredem eſſe. Poſthumus autem natus impubes deceſſit. Dubitatur, quid iuris ſit? Ad harum ſimilitudinem aliæ in alijs terminis referuntur. Nobilis Leonardus Porto Vicentinus filios ſibi naſcituros hæredes ſcripſit, & eis decedentibus ſine filijs ſubſtituit Simeonem, & fratrem, & perpetuum cõſtituit fideicommiſſum. Quæritur nullis natis filijs, an locus ſit ſubſtitutioni? Ioannes quoque Compoſtilla Baſſanenſis teſtator Antoniũm & Bartholomęum filios ſibi inſtituit hæredes; quod ſi deceſſiſſet ſine filijs maſculis legitimis, & naturalibus, ſubſtituit proximiores de familia Compoſtilla in infinitum. Bartholomęus, qui ſupremus perijt, filios procreauit, qui periere ſine filijs. Quæſtionis eſt, an proximiores ſuccedant, veluti ex fideicõmiſſo, cũ ipſa fideicõmiſſi conditio defeciſſe videatur, utpote cum ſupremus genuerit filios?

5 In celeberrima, & Romana illa quæſtione, Mutius Scęuola apud Centumuiros enixè vrgebat, ſubſtituũ minimè admitti, his fortaſſe rationibus: Caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni Iuris communis. Cõmodiſsime enim poſthumus ita hęres inſtituitur, ſiue viuo me, ſiue mortuo natus ſit, vel ſimpliciter. Quod ſi alterum tantum caſum expreſſerit Teſtator, & alterum omiſerit, eo caſu qui omiſſus eſt, natus rumpit teſtamentum, & ſuccedunt uenientes ab inteſtato. At hic caſus fuit omiſſus, ſi non naſceretur poſthumus. Si filij filiorum perierint ſine filijs, ergo reſidẽt diſpoſitioni iuris cõmunis, ergò ſuccedunt ab inteſtato, quia teſtator ſi voluiſſet, id vtique exprimere

6 potuiſſet. Præterea teſtamenta, ipſique hæredes fieri ſcribiq; debent à teſtatore, & non ab alijs, clariſsimis verbis. Iubemus, inquit Imperator, omnino teſtatorẽ nomen hæredis ſcribere, uel nuncupare, vt ſit manifeſtum ſecundum illius voluntatem hæreditatem eſſe tranſmiſſam. Quod ſi non fuerit obſeruatum, inane erit teſtamentum, nec fieri debent ad arcana alienæ voluntatis, ſed ſubſtitutiones ſunt & ipſę inſtitutiones; ut ſupra declarauimus. Et hiſce caſibus non fuerunt ſcriptæ, iuſſęve à teſtatore, ergo omnino corruunt. Hinc Baldus dicere cõſueuerat, quod teſtator non loquitur, velle non præſumitur. Et Decius aiebat; ſubſtitutio de hoc non loquitur. Inſuper ea eſt natura conditionis, ut debeat adimpleri in forma ſpecifica, qua ita non adimpleta corruat actus. Sed hic non fuit adimpleta, quia nullus natus eſt poſthumus, vel quia perijt ſuſceptis liberis. Nec poteſt dici mortuus,

7 qui nunq̃ natus eſt, nec mori, qui non vixit. Celebre eſt etiam Oldradi reſponſum iuris; ſubſtitutionem factam alicui, ſi deceſſerit ſine filijs, euaneſcerẽt, ſi tẽpore mortis filios reliquerit, quãuis ipſi filij poſtea deceſſerint ſine filijs. Nã ſubſtitutio, quæ ſemel deficit, nunquã reuiuiſcit. Sufficit.n. uel momento temporis adimpletam fuiſſe, proinde natos filios, quamuis ſtatim ſine filijs poſtea perierint. Præterea oſtendit, & ponderat naturam, & emphaſin eorum verborum, Tunc & eo caſu. fingamus.n. teſtatorem ita locutum, quod ſi poſthumus mihi naſciturus ante perierit, quàm in ſui tutelam peruenerit, tunc & eo caſu Curionẽ ſubſtituo. Hæc ſiquidẽ verba teſtatoris diſpo

8 ſitionem ad illum tñ caſum reſtringunt, & includunt, cæteros vero penitus excludũt. Ergo nõ eſt perpendendus admittendusq; caſus, ſi poſthumus nõ naſcatur. Demũ à contrario ſeſu, ſi ſine liberis filijs deceſſerint, vocatur ſubſtitutus: ergo ſi filij perierint, procreatis relictisq; liberis, excluditur ſubſtitutus; at ſi naſcatur poſthumus, admittitur. Ergo ſi nõ naſcatur, reijcitur. Nam legata ſub una conditione, ſub contraria cenſentur adempta. Cum itaque

l. vlt. C. de inſtit. & ſub.

Merzarius cõſi. 1. nobilis Leonardus Porto.

Ioãnes Cõpoſtilla.

l. commodiſſime, de libe. & poſthu. l. ſi extraneus. de condict. cau. data.

l. vnica. §. ſi autem. C. de cadu. tol.

l. iubemus. C. de teſtam.

l. captatorias. de hær. inſtit.

Bal. in l. vnica. §. ſi autẽ deficiẽte. C. de cadu. tol.

Dec. conſil. 513. nu. 21.

l. Męnius. l. qui hære. de condi. & demon. l. legata ſub conditione. eod.

Old. cõſ. 21.

l. cum uxori. C. quando dies leg. ced.

l. ex facto. §. ſi quis autem ſuſceperit. ad S.C. Trebel.

l. 4. §. vlt. de cõdi. & dem.

l. huiuſmodi. de verb. obl.

l. aliquando in fine. l. legata ſub conditione, de condi. & demon.

9 Catonis interpretatio, & argumentatio rectè secundum Rhetores sumatur,
aut ex scripto, aut ex sententia viri, vt Iurisconsulti aiunt, aut à verbis legis,
vel testamenti, aut à mente legislatoris, vel testatoris, quod nobis operępre-
tium fore pro comperto habendum est, satis constat Mutium Scæuolam, ut
causæ suæ inseruiret, potius à verbis testamenti sua deduxisse argumenta.
10 Econuerso eloquentissimus Crassus hisce potuit iuribus, taliq; vti enthyme
mate: Curio substitutus ad hanc hæreditatẽ admitti debet, quia talis est vo-
luntas testatoris. Probatur, nam clarè apparet in casu Romano enixa mens
testatoris. Quoniam si iussit posthumo moriente infra pubertatem admitti
Curionem substitutum, vtique prætulit cæteris omnibus Curionem, posthu
mum verò Curioni. Ergo non nascente posthumo, si interrogatus fuisset te-
stator, dubio procul Curionem hæredem futurum respondisset propter ean

l. tale pactũ, de pact.

dem affectionem, vel rationem voluntatis. In alijs etiã præfatis casibus sca-
tent coniecturæ tum fideicõmissi in masculis perpetuò cõseruandis; tũ, quia
iussit testator mulieres dotari. Ex quibus tacitè inducitur fideicõmissum. Et
satis oĩbus constat, regium esse in iure ciuili principium à lege xij. tabularũ
deductũ, vti quis rei suæ legassit, ita ius esto. Quæ sanè testatoris voluntas,

l. vnum ex familia. de le. 2. l. hæredes mei. §. cũ ita, ad Trebell. l. verb. l. xij. tab. de verb. sign. l. in con di. primũ locum, de condi. & demon. l. 3. C. de lib. præter. l. cum delanionis. §. de fundo. ff. de fun. instru. instrumẽ toq; leg.

11 tanq̃ domina, & regina locum, quinimo imperium sibi vẽdicat in omnibus,
& vt venator feram, sic iuriscõsultus hanc sedulo venari studet. Hæc ver-
bis præfertur, & qui solis verbis nituntur, ad instar arundinis vento agitatæ
moueri omnibus videntur. Præterea ad inducenda fideicommissa tacitę
sufficiunt coniecturæ, tacita voluntas. Deinde in uulgari substitutione, & in
vulgari etiam contenta sub compendiosa, ut puta, si filij mei decesserint sine
filijs, Caium substituo, semper illi duo casus continentur, si institutus nolue-
rit esse hæres, vel si non potuerit. Quæ sanè impotentia pluribus considera-
tur modis: si testamentum rumpatur, si substitutus non nascatur, vel si ante
aditam hæreditatem moriatur. Ergo non nato posthumo, neq; natis filijs,

l. cum proponebatur. l. unum. ex familia. §. vlti. de leg. 2. l. j. ex l. Cẽturio. vbi Bart. de vulg. & pupil.

12 vel ortis, & sine liberis mortuis, admittitur substitutus. Natura insuper vul-
garis substitutionis est, ut extendatur de vno casu expresso ad alium similem
non expressum, & de vno casu impotentiæ ad omnes impotentiæ casus, etiã
ex vi verborum. Ergo multomagis ex voluntate testatoris, vt Bartolo, Bal-
do, Castrensi, & alijs placuit. Deniq; quoties in substitutione facta est men-

l. cum proponis, de hæ. instit. in l. Gallus. §. quidam recte, & §. & qd si tantum, de lib. & posth.

13 tio mortis, vel adsunt verba intercapedinem, tractumvè temporis significã-
tia, illa est substitutio cõpendiosa, quę vulgarem, pupillarẽ, & fideicommissa-
riam continet, vt puta, quandocunque filij mei decesserint sine liberis, Caiũ
substituo: sed vulgaris, sed pupillaris vtrunque continet casum, si noluerit, si
non potuerit. Ergo substitutus hæreditatem potius ex mente testatoris, q̃
ex verbis capiet. Rectè igitur Cicero pro Aulo Cęcinna: Quid igitur, in-
quit, ualuit voluntas, quæ si tacitis verbis intelligi possit, verbis omninò non

gl. in l. in testa. de testa. mil. Iason in l. verbis ciuil. lib. nu. 10. de vulg. & pup.

14 utemur. Verba inquit reperta sunt, non quæ impedirent, sed quæ indica-
rent volũtatem. In hac itaque celeberrima quæstione Romæ primum fuit
latum à Centum viris iudicium: Postea lata fuit Diui Marci Imperatoris
15 constitutio, siue lex à Modestino his verbis relata: Iam hoc iure utimur ex
» Diui Marci, & Seueri constitutione, ut cum pater impuberi filio in alterum
» casum substituisset, in utrunque casum substituisse intelligatur, siue filius
» hæres non extiterit, siue extiterit, & impubes decesserit. Quod ius ad ter-
» tium quoq; genus substitutionis tractum esse uidetur. Nã si pater duos filios
» impuberes hæredes instituat, in utrunq; casum reciprocã substitutionem fa-
» ctam uideri Diuus Pius constituit. Sed si alter pubes, alter impubes hoc
» communi verbo, eosque inuicem substituo, sibi fuerint substituti, in vul-

garem

» garem tantummodo casum factam videri substitutionē, Seuerus, & Antoni-
» nus constituerunt. incongruum enim videbatur, vt in altero duplex substitu-
» tio, in altero sola esset vulgaris. Ex qua sanè constitutione similes lites iam
» decisas, sopitasq́, esse constat, mētemq́; ipsam legislatoris, vel testatoris ver
bis esse præferendam, & hanc esse potissimam Iurisconsultorum demonstra-
tionem. Quibus tamen adhuc etiam altera sub Iudice ardua disputanda re
16 mansit quæstio, An tacita pupillaris substitutio matrē excludat. de qua infe
17 rius sermonem habebimus. Quamobrem Mutij Sceuolę argumenta à scri-
pto exhausta facilè dirimi possunt. Primum enim legis, commodissimè, lo-
quitur de extendenda institutione, de casu ad casum: Nos vero loquimur de
substitutione, quæ longè facilius extenditur, vt Bartolo, Baldo, Castrēsi, & cō
muniter omnibus placuit. Præterea hic casus non est omnino omissus. Nam
si fuit verbis omissus; non fuit mente præteritus, sed tacitè conceptus. Se-
cundum etiam de institutionibus hæredibusq́; scribendis à testatore, pariter
corruit: Nos enim de substitutione fideicōmissaria disputamus, qua sanè fi-
deicommissa tacitis coniecturis, tacita mēte, soloq́; nutu eliciuntur, inducun
18 tur, constituuntur. Nec obstat conditionis tertium: Aliud enim iuris est in
conditione potestatiua, aliud in necessaria, qualis est nostra. Et præterea, ni-
si appareret enixa voluntas testatoris, quæ hic maximè fulget, & per quam
Odbardi responsum interpretes passim limitare consueuerunt. Non quar-
tum: nam dictio taxatiua nō excludit casus similes, maximè promanantes à
mente testatoris, cum verba, ad eam flecti, reflectiq́; debeant. Nec officit vl-
timum, tùm quia non licet argumentum à contrario sensu deducere; si se-
quatur absurdū, si testamenta subuertantur: nec à sensu contrario rectè vn-
dequaque colligitur. Nam huic conditioni, si decesserit sine filijs, contraria
erit conditio, Si decesserit procreatis filijs, vel cū filijs, non aūt si nō nascan
tur filij. Sed in his omnibus præponenda voluntas testatoris, quæ diligen-
ter in singulis substitutionibus venit non sine maxima vtilitate perpēdenda.
Primo aiunt, Vulgarē expressam porrigi ad tacitam pupillarem, cuius exem-
19 pla ab initio relata veluti notissima, non repetimus. Hoc autem summoperè
admirandum est fieri per interpretationem extensiuam, non autem declara-
tiuā, in quibus versari interpretationē, siue Iurisconsultorum demonstratio-
nem ostendere tentamus. Hoc ēt terminis disparibus non esse perpetuū ius-
serunt Imperatores. Vulgaris siquidem substitutio facta duobus imparibus;
nempè puberi, & impuberi, non potest ad tacitam pupillarem extendi. Sub-
stitutus itaq; vulgariter tm̄, non autem pupillariter admittetur. Vna enim
determinatio æquè respiciens duo terminabilia, ea pariformiter sancire, ter-
minareq́; debet, vt supra ostensum fuit: quod & in reciproca obseruari sanci
tum est, ne scilicet imparibus facta ad pupillarem tacitam extendatur, vt Se-
» uerus, & Antoninus rescripserunt: Hæreditatē quidem aiunt defuncti inte-
» stati filij delatam tibi dubitare non oportet: Substitutio enim testamento
patris facta ad pubertatis tempora porrigi non potest, quia ipso, & alijs non
eiusdem conditionis hæredibus institutis, & inuicem substitutis, p̄p eorum
personam, quibus in vnū duntaxat casum substitui potest, ēt in filio idē debe
re seruari, & ratio suadet, & Diuus Marcus pater constitit, idque etiā mini-
mè seruandum putant ea in ciuitate, in qua statutum esset testatorum verba
ad literā intelligenda, prout iacent, vt Baldus; & Alexander (vno reclamāte
Imola) autumarūt. Ille. n. obijcit statuta reijcere debere interpretiones pra-
uas & ineptas, nō aūt legitimas, quę à lege, vel testatoris mente proueniunt:
Iura. n. municipalia semper recipiunt passiuā interpretationem à iure ciuili:

in l. Gallus. §. & qd si. de lib. & posth.

ita Rip. in l. 1. num. 93. de vulg. & pup.

l nutu. de le. 3. l vnum ex familia. l. cū proponebatur. de leg. 2. l. hæredes mei. §. cū ita. ff. ad Se. Trebel.

l. 1. 2. l. conditiones extrinsecus. de condi & demonstr.

Glo. in l. ob æs. C. de pd. min. nō alie. sine decr. lud. l. si voo. ff. locati. cū vulgarib.

l. 2. C. de impub. & all.

Bal. in l. precibus. 5. col. C. de impub. & Alex.

Imola in c. Rainutius. de testam.

R 2 sed

l.2.C.de noxali. act. Bar. in l. oẽs populi. de iust. & iure.

sed Iason, & Decius ibidem distinguũt: Aut sancitũ est verba testi, ad litte-
ram intelligẽda: id siquidem dr̃ ad litterã, quod põt corporis oculis videri,
qa verba non patiuntur hãc interpretationẽ, & statuta huiusmodi recipiunt
20 solã interpretionem verbalem: Aut decretũ est testi verba seruãda, prout ia-
cẽt sine vlla interpretatione; Tunc.n. intelligi debẽt sine vlla interpretatione

l. 1. de his, q in test. delẽ. Dec. in l. 1. num. 3. C. de impub. Iason, & Lsc. d. l. 3. C. de impub. Bar. in l. omnes populi. de iust. & iure. l. hęredes palam. §. siquis post. de testa.

21 actiua, vel extensiua, nõ autem passiua, quæ à lege facta esset, ut in hoc uno
casu vna sit sententia Imolę, in altero Baldi, idq; dicitur prouenire ex inter-
pretatione declaratiua, quod menti testatoris congruit, & verbis non repu-
gnat. Sed quando verbis reluctatur, conuenit autem menti testatoris, tunc
id fieri dicitur per interpretationem extensiuam. Quare si statuta reijciant
interpretationem, intelliguntur reijcere interpretationes extensiuas, non de-
claratiuas. Qui enim declarat, nihil noui addit. Hinc inferunt: substitutio-
nes contẽtas in reciproca venire sub interpretationem declaratiuã, eo quo-
22 niã mens, & verba ea patiũtur, quę sanè interpretationes post diui Marci, &
Seueri constitutionem (nam hoc iure vtimur) magis à lege prouenire viden
tur, quam ex certa testatoris volũtate, vel à simili eademvè testatoris volun-
tate, quæ lege adiuuatur. Et hæc prima substitutionũ species vulgaris in se
23 plures habet diuisiones, siue gradus: veluti, filium meum hæredẽ instituo.
Si filius meus hæres non erit, Caium substituo, intelligitur, si hæres non erit,

l. cũ ppõnis. C. de hære. inst. l. quãuis. C. de impub. l. si patrfa. de hær. inst.

idest si noluerit esse hęres, vel si nõ potuerit. Itẽ si fuerit hęres, sed impubes
decesserit. Continet.n. tacitam pupillarem. Præterea si hęres non erit, hoc
est, si alium non fecerit hæredem. Nam si testator sciens Titium esse seruum,
illum instituerit, & ei substituerit, si hęres non erit, intelligitur substituisse, si
nõ erit hæres, & si alium non fecerit hæredem, tunc si dominus adierit hæ-

l. vlt. §. vl. C. de bon. quæ lib. l. is qui hæres § 1. de aquir. hæred.

24 reditatem, vel seruus, iussu domini excluditur substitutus. Nam vt Iulianus
ait, qui scit aliquem seruum esse, & eum hęredem scribit, & ita substituit, si Ti
tius hęres non erit, Sẽpronius hæres esto, intelligitur tale quid dicere, si Ti-
tius neque ipse hęres erit, neq; alium fecerit hæredem. Idem si filius hæres
non erit, verti debet, uel si patrem, in cuius est potestate non fecerit hæredẽ.
Nam & pater repudiante filio, adire potest hæreditatem filio delatam, vt si-
bi acquirat vsufructum, licet iure Pandectarum filius possit inuito patre hę-
reditatem repudiare. Idque fieri videtur per interpretationem extensiuã, nõ
declaratiuam, ex vniuersali testatoris mente magisquã ex verbis. Ex his pa-
tet, patrem, vel dominũ adeuntem excludere substitutũ. Sic cęnobium Mo-
nachi, sic fiscus indigni adita hæreditate excludit substitutũ. Sic quęritur, an

l. apud hostes C. de his, qui ante apert. tab. l. 3. l. cũ antiquiorib. C. de iure delib.

hæres hæredis suus præferatur substituto in casibus illis trinis in quibus iure
seruitutis, iure sanguinis, & iure deliberandi hæreditas nõ adita transmitti-
tur ad hæredes, puta, si filius hæredis instituti petat hęreditatem tanquã ad
25 se trãsmissam, vnde ex conflictu leges inuicem reluctari videntur. Vna est;
hęreditatẽ non aditam transmitti ad proximum hęredẽ, altera est: substitu-
tum mortuo instituto admitti ante aditionẽ. Vnam igitur cum alterius exce

l. vnica. §. cũ autem. C. de cadu. toll.

ptione intelligere operępretium erit. Et probabilior vtiq; est cõis sententia,
transmissionem potiorem esse ipsa substitutione, q̃ vulgaris: si hęres non erit,
intelligatur, si alium non fecerit hęredẽ. Talis est igitur Iustinianea illa san-
ctio de caducis tollendis: Hęres itaq; hęredis substitutũ excludit, & in quę-
26 stione, an substitutus excludat coniunctum, certũ est substitutum coniuncto

l. post aditũ. C. de impub.

esse potiorẽ, quia coniunctus coniunctũ, ita nõ facit hæredem, vt hęres hęre-
dem suum, vt filius patrem, vt seruus dominum: & post aditam hæreditatem
spirat oĩs vulgaris substitutio. Hinc mature perpendenda ratio erit; Quare
tacite vocatus præferatur uocato expresse, vt pater, uel dominus filij, uel ser-
ui sub-

ui ſubſtituto: expreſſè tamen uocatus, nempe ſubſtitutus pręfertur cõiun-cto,cui tacito iure accreſcendi,accreſcit hæreditas. Sed cuiuſque propria ſuperius declarata,huius rei rationem ſatis congruam reddere uidentur.

De varijs iuris demonſtrationibus, quæ in duas præcipuas ſpecies artificioſe reduci poſſunt. Cap. XVI.

1 *An tacita pupillaris matrem excludat? & non excludit niſi ſit expreſſa pupillaris, & quid in alijs ſubſtitutionibus?*
2 *A quibus coniecturis colligatur, tacitam pupillarem non excludere matrem.*
3 *Has Iuriſconſultorum demonſtrationes quærimus.*
4 *Tacita vulgaris excludit matrem,& qua ratione?*
5 *Tacita pupillaris contenta in reciproca,vel cõpendioſa matrẽ excludit, & quare?*
6 *Reciprocæ ſubſtitutionis, mirabiles, & vtiles effectus quinam?*
7 *Breuiloqua imparibus facta cum nõ contineat pupillarem, an ſaltem fideicommiſſariam contineat? Baldus putauit fideicommiſſariam contineri. Huic obſtat cõis.*
8 *Effectus reciprocæ eſt, vt partes expreſſæ in inſtitutione, cenſeãtur eadem repetere in ſubſtitutione per coniecturas à præcedentibus ad ſequentia.*
9 *Coniectura nominis proprij, & oneris hæreditarij, & copulæ.*
10 *Coniectura à nominibus appellatiuis, & ab ordine ſcripturæ.*
11 *Ratio differentiæ nominis proprij, & appellatiui.*
12 *In teſtamẽto nũcupatiuo ſubſtitutio cenſetur potius facta nominibus appellatiuis.*
13 *Subſtitutio, quibus caſibus ſola vulgaris interpretetur.*
14 *Duplex ordo ſucceßionis: Ordo charitatis & affectionis, & ordo neceßitatis.*
15 *Ordine ſucceßiuo vocati intelliguntur hi, quos inter cadit ordo neceßitatis, vt eſt communis opinio.*
16 *Ab hac communi receſſerunt ſummi viri. Galiaula teſtatur communem carere efficaci ratione.*
17 *Quod ſi plures vocentur per alternatiuam, vel quos inter cadit ordo charitatis; & aliæ egregiæ diſtinctiones, & ſpecies.*
18 *An hæc noſtris temporibus ſint obſeruanda, ſi teſtator, & notarij ignorent differentiam verborum directorum, communium, & obliquorum.*
19 *Interpretatio reducitur ad hæc principia, ad mentem, vel ad ſcriptum legis V. L. teſtatoris. Item variæ perpenduntur coniecturæ à nomine proprio, ab appellatiuo, ab ordine ſcripturæ, ab ordine charitatis, à ſerie neceßitatis, à gradibus, à qualitate verborum, & à mille ſimilibus.*

PLVRES quidem varięq; ſunt iuris interpretationes, quas tamen ad duas tantum ſpecies præcipuas iure optimo reducendas arbitramur, quod vt nobis clarius eluceſcat, liceat tãdem in fideicõmiſſa, & ſubſtitutiones quaſque vlterius progredi: Et huic nobili quæſtioni Romanę iam prælibatę proximam aggrediamur, an tacita pupillaris matrẽ excludat, vt puta, ſi filius meus hæres non erit, Caij hęres eſto. Nam ſi filius fuerit hęres, & in pupillari ętate
1 deceſſerit, quæſtionis eſt, vtrum ne mater, an vero potius ſubſtitutus ad hęreditatem admitti debeat? Idem quęritur de tacita vulgari contenta in pupillari: Si filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Caij hęres eſto. Quid enim, ſi nec fuerit hęres? Eadem agitur quæſtio de tacita pupillari contenta in compendioſa, deque compręhenſa in reciproca. Quamobrem iuris prudentes; vt propius accedant ad mentem teſtatorum, diſtinguunt pu-

pillarem, expressam, & tacitam, quæ in figura vulgari inuoluitur. Et ex-
pressam pupillarem affirmant excludere matrem, & omnes abintestato ve-
nientes, solumque substitutum admittere, quia talis colligitur etiam ex ver-
bis euidens voluntas testatoris. Tacitã verò pupillarẽ aiunt non contineri in

l. 1. C. de impub. in fine. auth. defuncto. C. ad Tertul. omnes in l. precib. C. de impub.

vulgari, vel contentam non esse impedimento matri, quominus mater ipsa
ad successionẽ filij admittatur. Quæ sanè interpretatio non solum ex eo col-
ligitur, quod minor sit virtus taciti, q̃ expressi, verum etiã à coniectura cha-
ritatis, & amoris, qua conijcitur, testator voluisse vxorẽ substituto præferri,
& à iure materno, quo mater à lege vocatur ad luctuosam filij sui successio-

gl. in l. vl. C. de inst. & substi.

3 nem. Hæ sunt enim Iurisc̃osultorum demonstrationes, quas indagamus. At
vulgaris tacita, contenta in expressa pupillari (quod mirandum est) matrem
excludit, ea nempe ratione, quod per vulgarem succeditur testatori, in pupil-
lari autem pupillo, in cuius hæreditate ius prætendit mater. Pupillaris uero
tacita contenta, vel in reciproca, vel in compendiosa, matrem penitus exclu
dit, & substitutum admittit, quia non est vere tacita, sed potius expressa, ma-
ximè in genere: in reciproca duobus impuberibus facta, constat pupillarem
esse expressam, diciq; reciprocam, quia non simpliciter, sed mutuò concepta
fuit, quod vt rectè Duarenus sentit, non inducit nouam speciem, sed recipro

Gl. in l. vltima. C. de impub. Cast. & omnes in l. precibus. C. eodem.

4 cam qualitatem. In compendiosa verò, quandocunq; filius meus decesserit,
Caium substituo, quia intercapedinem diuturnam temporis continet, vulga
ris pupillaris, & fideic̃omissaria contineri satisq; exprimi videtur: vel saltem
ita mediæ putandæ sunt, vt potius expressę, quã tacitæ habeantur. Mirabiles
insuper, ac vtiles videntur effectus substitutionis reciprocæ, Eosq; inuicem
substituo. Nam primò vocãtur coniuncti hæredes, & his deficientibus ij, qui

l. cohæredi. §. q discretis. de vulg.

disiuncti, & separati sunt; Titius, & Sempronius hæredes sunto, Caius hæres
esto, eosq; inuicem substituo, Titio decedenti solus Sempronius succedit. At
vtroque repudiante Caius succedet. Est enim ius accrescendi quodammo-
do simile huic substitutioni. Secundus est, vt facta verbis generalibus non

d. l. cohęredi. §. qui patrẽ.

extendatur ad casum specialiter expressum. Testator instituit patrem, & filiũ
pro parte hæredis, & eos inuicem substituit. Deinde instituit Titium & Mę-

l. 1. C. de impub.

uium ex æquis portionibus, & subijcit verba generalia, eosq; inuicem substi
tuo. Hæc verba ad filium & patrem non referuntur. Tertius est, vt hæredes
videantur substituti ex eisdem portionibus, quibus fuerũt instituti, vt latius
infra declarabimus. Vltimus est, quòd pupillaris in reciproca matrem ex-

An breuiloqua, vel reciproca imparibus facta cõtineat fideicommissariã.

5 cludit, vt supra ostensum est. Hæc autem breuiloqua facta imparibus non
contineт pupillarem propter eorum inęqualitatem, vt iam dictum est. Sed
non ab re dubitare contingit, an breuiloqua imparibus facta, cum non conti
neat pupillarem, an saltem fideicommissariam possit complecti, quasi ille im-
pubes sit rogatus, vt si moriatur post aditam hæreditatem, eam alij restituat,
cuius maximus esset effectus. Nam si fideicommissaria esset, hæres impube-
ris restitueret quidem hæreditatem, sibi prius Trebelliana detracta. Videtur

gl. in l. generaliter. §. cũ autem. C. de inst. & subst. omnes in l. precib. & in l. uerbis ciuilib. & uulg. Bal. in l. humanitatis. C. de impub. vt in c. si pater, de te. i 6.

vbique obliqua, siue fideicommissaria in reciproca contineri propter æqua
litatem, hoc est, quia æquè potest fieri puberi, & impuberi, & quoniam eius
verbum est commune, vosq; inuicem substituo. Ergo commune directæ, &
fideicommissariæ substitutioni. quare Baldus in hanc inclinauit sententiam,
6 vt in breuiloqua fideic̃omissaria contineatur. Huic obstat communis inter-
pretum sententia, tùm quia substitutio, si directa potest intelligi, non debet
flecti in obliquam. Substitutiones enim in dubio semper sunt rectè intel-
ligendæ. Sed huic impuberi directò substitui potest, ergo directa intelli-
genda: tum quia testator præsumitur minus velle grauare hæredẽ quam fię

possibile

possibile: nisi tamen in breuiloqua contineretur compendiosa, quæ longum temporis cursum significat, veluti vos inuicem, quandocunque aliquis vestrum morietur, alterum alteri substituo. Tunc enim defert fideicommissariam substitutionem, nõ vtique propter reciprocæ, sed propter adiectæ compendiosæ naturam: & nisi facta fuerit in codicillis, in quibus directa verba flecti solent in obliquam. Ecce voluntatem declaratam à natura substitutio-
7 nis, & à proprietate verborũ. huius sane reciprocæ substitutionis præcipuus ille videtur effectus, vt partes declaratæ in institutione censeantur repetitæ in substitutione. Quod comprobat Aelius Antoninus Imperator, cum hæredes ex disparibus partibus instituti, & inuicem substituti sunt, nec in substitutione facta est vllarum partium mentio: verum est, non alias partes testatorem substitutioni tacitè insٍruisse, quam quæ manifeste in institutione expressæ sunt. Ergo disparibus portionibus instituti, & inuicem vocati, eisdem inæqualibus portionibus substituti censentur. Quod si quispiam quæsierit per quam interpretationem? respondebo per declaratiuam, de qua abundè supra, & per coniecturas, quibus à præcedentibus declarantur sequentia. Et quemadmodum testator hæredes dilexisse videtur in institutione, eos pariter cẽsetur amasse in substitutione, nisi substituti fuerint per nomina propria. Ex quibus scatet coniectura oneris & hæreditatis æqualiter iniunctæ. Nam
8 quando substitutio fit nominibus proprijs, necesse est fieri per copulam, vt puta Titio Seium, & Mæuium substituo. Sed copula aliquibus adiecta distribuit æqualiter, vt si Titium, & Seium iussérim mihi extruere monumentum, æqualiter profectò distributa videtur monumenti structura: quod ęquè non accidit nominibus appellatiuis, veluti substituo hæredes, vel descendentes, & similia. Hinc Paulus Castrensis existimauit, si testator Titios substituisset, quamuis Titiorum nomen sit proprium: tamen quia deest copula, ambos Titios nõ æqualiter substitutos, sed pro disparibus portionibus, pro quibus fuissent instituti. Quæ sanè coniectura, differentiaq́; nominis proprij, & appellatiui, cessare vtique videtur in legato, & in donatione. An quia vocantur ad legatum, vti diuersum ab hæreditate. hic autem in eadem hæreditate substituuntur. Quod si vocati fuerint, vel substituti per vtraque nominà, appellatiua scilicet & propria, vt puta, substituo dictos hæredes Seium & Mæuium. Intelligo enim appellatiua omnia, quæ non sunt nomina propria, ne cum Grãmaticis disputare videamur: vel ita, Seium & Mæuium prędictos hæredes substituo, ab ordine scripturæ per coniecturas sumitur inter-
9 pretatio. Nam si à nominibus proprijs ipsa incipiat institutio, Seium & Męuium prædictos hæredes substituo, æqualiter vtique succedent. Si verò ab appellatiuis exordiatur, suprascriptos hæredes Seium & Mæuium substituo, succedent partibus, quibus instituti fuerint, etiam inæqualibus: quemadmodum vt Pomponius ait, Si Geta seruus communis Titio & Sempronio ita fuerit stipulatus, Titio & Sempronio, dominis meis cẽtum dare spondes. Si tu spoponderis, intelligitur stipulatio facta æqualiter vtrique, vt pro virilibus partibus centum dari debeant singulis quinquaginta. Si verò dixerit: dominis meis Titio & Mæuio nonaginta dare spõdes, & tu spoponderis, pro parte, qua domini sunt eis acquiri videntur. Igitur si vnus duas haberet dominij partes, alter vnam, huic triginta, illi verò sexaginta debentur. Ratio est, quia in nominibus proprijs accedit copula, vel quia nomina ꝓpria æqua
10 liter singulorum personas ostendunt. Quare si Mæuio rectori ecclesiæ fuerit causa delegata, quia eius nomen fuit præpositum, existimatur magis industria personæ, quàm officium electum, vt subsequẽti rectori delegata minimè videatur.

l. Titia. §. qui in vita. de lega. 2.
Ias. in l. verbis hæred. nume. 10. de vulga.
Castrensis & Alex. in l. 2. C. de impu.
Bar. in l. Lucius. § pe. de vulg. & pup.
L. 1. C. de impub. §. si ex disparib. de uulga. l. quoties. ad Trebel.
Bar. & Cy. in l. 1. C. de impub. & l. si seruus pluriũ. §. vlt de le. 1.
gl. in l. 1. C. de impu. per l. nõnunquã. ad Treb. cum l. præced.
l. reos. §. cum tabulis de duobus Titijs. l. q duobus. in princ. de leg. 1.
Cast. in l. 1. C. de impub.
l. vnica. §. sin autem legatarij. vbi glo. C. d cad. tol.
l. si communis seruꝰ ita, de stipul. ser.
c. quoniam Abbas. de offic. deleg.

Dec. in l. extra territorium. nu. 53. de iurisd. om. iud. Bar. in l. qui plures. 1. ff. de vulg. & pup. l. post adita. C. de impub.

videatur. Et in dubio putauit Bartolus, si factum fuerit nuncupatiuum testamentum, & testes non meminerint, substitutionem incepisse potius à proprijs, quàm ab appellatiuis, præsumi conceptam potius verbis appellatiuis, vt substitenti intelligantur illis partibus, quibus fuerint instituti. Præterea substitutio à prudentibus aliquando solet interpretari, vt sola fit vulgaris, ita vt substitutus liberam capiat hæreditatem ab onere fideicommissi. Hæc. n.
12 vulgaris spirat semper post aditam hæreditatem. Primus est casus, quando reciproca substitutio facta est imparibus, puberi aio, & impuberi: neque. n. tunc pupillarem amplecti potest, cum debeat vtranque pari iure complecti. Secundus, si pater filios, & nepotes instituerit. Nepotes enim necessariò instituit, ne præteriti rumperent testamentum. Vnde intelligitur vulgaris tantum substitutio, vt si filio non fuerit hæres, sint nepotes hæredes, non autem fideicommissaria. Et filio adeunte, spirat vulgaris, vt ordine successiuo, non autem simul, & semel vocati videantur. Quemadmodum si filium, & nepotes ex altero filio quis instituerit, creditur eos pariter vocasse. Quamobrem
13 eleganter solent iurisconsulti distinguere duplicem dari successionis ordinē, vnum charitatis & affectionis, alterum necessitatis. Ordo charitatis & affectionis est, quando vocati sunt positi in diuersis gradibus ab intestato, puta, quia instituo fratrem meum, & eius filios, vel huiusmodi. Ordo autem necessitatis est, quando personæ, quas testator instituit, erant necessariò instituendæ, alioqui præteritæ irritum dicerent testamentum. Quando itaq; plures vocantur per copulam, quos inter cadit ordo charitatis & affectionis, absque vlla necessitate constituendi, vel substituendi, puta Titium fratrem meum, & eius filios instituo, huiusmodi personæ putantur vocari simul, & semel ex recepta ferè omnium opinione aduersus Bartolum. Si verò cadit inter eos ordo necessitatis, puta filium, & nepotes, tunc ordinē successiuo vocari censentur, vt primò filius, deinde nepotes post eum succedant per vulgarē tantum, non autem per fideicommissariam. A qua tamen communi senten-
14 tia recesserunt Iacob. Salic. Imola, Antonius Rubeus, & alii relati à Didaco, ea profectò naturali ratione, quòd ex necessitate filius est quidem in primo gradu, sed propterea non abhorret sibi alium simul hæredem habere. Quare communis sententia, Gabriela teste, nullam videtur habere efficacem rationem. Ideo venandæ erunt nobis sedulo aliæ etiam coniecturæ, si quę in ta-
15 bulis reperiri potuerint. Insuper si plures vocati fuerint per alternatiuam, inter quos cadit ordo charitatis, veluti, instituo Titium, vel eius filios, illi videbunt vocati non simul & semel, sed ordine successiuo, primò Titius, deinde eius filij per fideicommissum. Item si quis instituerit filios, vel nepotes. Nam inter eos stat propriè alternatiua. Quod si plures, quos inter viget ordo charitatis, vocentur per dictionem cum, Instituo Titium cum Mæuio eius filio, Titius, & Mæuius admittentur simul & semel, non autem ordine successiuo. Quod si plures sub nomine collectiuo cum alio scripti fuerint, puta, instituo Titium, & nepotes Mæuij, hi plures quoad Titium habentur pro vno tātum, vt in duas partes diuidi debeat hæreditas. Et perpendebat Decius, quod si testator instituerit fratrem, & filios natos, simul, semelq; venient ad successionem. Si verò scripserit hæredes fratrem, & eius liberos, vel descendentes, succedēt ordine successiuo ea ratione, quia nomen filiorum est collectiuum plurium personarum, & eiusdem gradus. Sed in nomine liberorum comprę henduntur plures diuersorum graduum, vt in nomine hæredum, & descendentium, in quibus omnibus collectiuis, charitatis ordo inducit successionis ordinem. Quæ sanè ratio cessat, quoties testator instituerit extraneos nomine

l. iam hoc iure. de vulg. glo. & Lanc. in l. 1. C. de impub. Bal. & Ias. in l. Gallus. nu. 10. de lib. & posth.

Ordo duplex charitatis, & necessitatis. Iulius Clar. sentent. li. 3. §. testamētū. Cōtra Bar. in l. Gallus. §. quidā recte. de lib. & pos.

Deci. consil. 205. 245. Castr. in d. §. quidam recte.

Dida. in c. Raynu. §. 2. nu. 4. de testam.

Deci. cōs. 95. nu 4. Parisi. consil. 21. nu. ... li. 3. Ias. & alij in d. §. quidam recte.

Soc. cōs. 204. nu. 15. lib. ... Deci consi. 205. ... in d. § quidā recte.

Cranetta cōsil. 32. nu. 2. Alex. in d. §. quidā recte.

mine collectiuo. Tunc enim eos simul succedere, non autem ordine succes-
siuo putauit Bartolus. Præterea, si testator instituerit fratrem, & suos vel li-
beros, vel descendentes, qui ob affectionem, & charitatem ordine successiuo
cẽsentur vocati, frater primò institutus succedit si voluerit, vel potuerit, aliàs
succederent eius liberi per vulgarem tantum. Nam verbum ciuile directum,
instituo, non potest præsferre fideicommissariam substitutionem, secus si
tractum temporis mortem, vel commune verbum substituo, quandocunque
decesserit, & similia contineret, tunc siquidẽ apta esset ad inducẽdam fidei-
commissariam. Quæ quidem alta videntur sensa iuris ciuilis, valde profectò
frequentia, & vtilia. Sed vereor, an tam subtiliter hæc nostris temporibus
16 sint obseruanda, quibus nec notarij, nec testatores forsan cognouerunt vn-
quam, verba ciuilia, communia, vel obliqua, cum omnia debeant a mente te-
statorum emanare, vtcunque res sese habeat, interpretationem iuris diuidi-
mus peripateticè in duo tantum membra. Aut enim interpretatio dirigitur
17 ad scriptum, nempe ad verba legis, aut ad sententiam, siue nomen eius. Hæc
est communis thesis, ad quam innumeræ propemodum reduci possent argu-
mentationes, vel coniecturæ, quales supra declarauimus a præcedentibus ad
sequentia, a nomine proprio, ab appellatiuo, ab ordine scripturæ, ab ordine
charitatis, a serie necessitatis, a gradibus, a qualitate verborum, & a mille
similibus.

Bar. in l. si cognatis, in fi. de reb. dub.

gl. & omnes in d. §. quidã rectè. l. verbis ciuilibus. l. in substitutione. de vulga. & pup. Castr. d. §. quidã rectè.

De iuris interpretatione verbali ac mentali in compendiosa, & obliqua substitutione à milite, vel pagano facta, & de viribus earum:

Cap. XVII.

1 *An tacita pupillaris contenta in compendiosa, excludat matrem, & excludit secundum communem.*
2 *Vno reclamante Alberico contra communem, cuius sententia irrefragabilis videtur.*
3 *Communis opinio Alberici versatur, & quæ sint eius fundamenta, quòd ardua sunt, si vera sunt pro fratre.*
4 *Omnes difficultates pendent à l. precibus. C. de impub. & à l. Centurio. de vulga. & pupill.*
5 *Opponitur l. Centurio. l. precibus. ardua profectò antinomia.*
6 *Has leges conciliare est clauam è manibus irati Herculis eripere.*
7 *Accursij conciliatio.*
8 *Fulgosij compositio.*
9 *Duareni, & Alberti temperamentum declaratur.*
10 *Alij alias referunt lectores.*
11 *Quæ obstent Accursio.*
12 *Quæ obstent Fulgosio.*
13 *Quæ Duareno, & Alciato. Duareno adhæret autor.*
14 *Tres inde egregiæ quæstiones. Prima, an compendiosa substitutio facta à milite vel pagano verbis directis impuberi, post pubertatem flectatur in fideicommissum, an vero spiret. Secunda, an compendiosa facta à pagano verbis obliquis intra pubertatem sit directa pupillaris, & post pubertatem obliqua, an verò semper obliqua. Tertia, an compendiosa facta verbis communibus à pagano semper sit fideicommissaria tam ante, quàm post pubertatem.*

15 *Pontificij*

15 *Pontificij contrarias partes professi sunt, quorum fundamenta preferuntur. Maximum fundamentum Cesariensium.*

17 *Soluitur questio per formam legis tanquam per suum principium.*

18 *Communis non procedit, si posita fuisset in testamento clausula codicillaris.*

19 *Clausula omissa, an pro adiecta haberi debeat?*

20 *Diluitur potissimum fundamentum Ioannis Andreæ à mente testatoris deductum.*

21 *Compendiosa facta à pagano per verba directa impuberi, vel maiori, quandocunque pubes decesserit filius meus Caius hæres esto, vertitur in fideicommissariam.*

22 *Qua ratione?*

23 *Compendiosa facta à pagano verbis communibus impuberi, an semper valeat, vt obliqua, an ante pubertatem directa, post vero obliqua?*

24 *Baldus putauit semper obliquam esse, & Accursius.*

25 *Communis opinio, & Accursius sibi contrarius asserit ante pubertatem esse directam, post pubertatem obliquam.*

26 *Quia verba communia potius directa, quàm obliqua sunt interpretanda, &*

27 *Quia quando verbum plura respicit tempora, debet intelligi secundum id tempus, quo casu euenerit.*

28 *Substitutio facta per verba obliqua, semper est obliqua. epilogus omnium.*

COMPENDIOSAM substitutionem à milite, vel à pagano fieri in hunc modum diximus: Quandocunque filius meus decesserit, Caij hæres esto, vel Caium substituo. Obliquam itidem: Quandocunque filius meus sine liberis perierit, rogo eum, vt Sempronio restituat hæreditatem. Quæ sanè substitutionum species, (quod attinet ad iuris interpretationem) magnum negotium interpretibus facessere videntur. Summopere enim laborant, & concertant, primum, an tacita pupillaris contenta in compendiosa excludat ma-
1 trem? Secundò an, & quando, quibusque verbis facta compendiosa teneat post pubertatem? De quibus ardua in Diocletiani, & Maximiani Imperatorum rescripto, necnon in Papiniani responso. Quod spectat ad primum, diximus, pupillarem tacitam in compendiosa matrem excludere, vt putant omnes, vno tamen reclamante magno Alberico, & obijciente, matrem quoad legitimam, minime posse de iure excludi. Cuius argumenta indissolubi-
2 lia, cuiusve sententiam irrefragabilem putarūt aliqui, cum quia filij non possunt priuare parentes legitima sibi iure debita, ergo multo minus pater pro filio testatoris poterit matrem ea defraudare, tum quia legitima iure naturali debetur, & iura naturalia iure ciuili labefactari non possunt, & nullum recipit ipsa grauamen, diem aut conditionem. Nec obijciatur absurdum, quod rumperetur testamentum, & pro parte minimè teneret. Nam mater petit non ab intestato legitimam, sed cōditione ex lege, & petit separationem hæreditatis filij & patris, quia mater excluditur à bonis viri, non à bonis filij. Communis huic aduersatur ferè omnium sententia, existimantium tacitam
3 pupillarem in compendiosa latentem matrem prorsus excludere, etiam à legitima. Cuius ratio secundum aliquos potissima ea fulget, quoniam legitima non debetur iure naturæ parentibus, prout liberis à parentibus debita est: sed iure quodam positiuo. Nam parentibus debetur piè, & commiseratione in solatium filiorum amissorum, ergo tolli potuit. Ergo cadunt aduersa tela. Et hæc ardua sunt, si vera sunt. Præterea vrget Papiniani responsum,

l. precib. C. de impuber. l. Cēturio. de vulg. & pup. l. Papinianus. §. quoniā. 4. de inoff. testa. & l. nam & si parētibus. eod. l. 1. 2. de vul. c. si pater. de testam. in 6. §. sed naturalia. de iu. nat. gen. & ciu. l. quouiam in prioribus. l scimus. §. repletionē. C. de inoff. test. l. scripto. in fi. ff. vnde lib. l. nam & si parentibus. de inoff. l. Papinian⁹. §. sed neque impuberis. & inoff & l. precibus. C. de impub.

sum, & plura similia iura. Impuberi enim substitutus totam capit hæreditatem matre quoque prætcrita, quæ nec inofficiosè agere potuit. Sed nec impuberis filij, inquit Vlpianus, mater inofficiosum testamentum dicit, quia pater ei hoc fecit. Et ita Papinianus respondit; nec patris frater, quia filij testamentum est, ergo nec fratris impuberis, si patris non dixit. Demum ius hæreditatis indiuisibile est, & ius nostrum non patitur quenquam pro parte testatum, & pro parte intestatum decedere. Qua in re dicere possumus, durum est hoc, lege tamen cauetur, hanc tacitam pupillarem in compendiosa inclusam, expellere matrem à successione. Probat sanctio Diocletiani, & Maximiani in hæc verba. Si verò substitutio facta fuit in secundo casu, vel expressa vel compendiosa, secundum casum appellat pupillarem, si intra pubertatem, inquit, habeat eos hæredes, quos pater sibi instituit, si adierit hæreditatem. Si verò post pubertatem, tunc eius successionem te obtinente, veluti ex casu fideicommissi bona, quæ cum moreretur, patris eius fuerant, à te peti possunt. Quod verò attinet ad secundum, an, & quando post pubertatem valeat compendiosa, tam à milite facta, quàm à non milite, quæritur, inquam, quid iuris. Et quoniam pendent omnia à sensu responsi Papiniani, & rescripti imperialis, prius germana

4 na sensa harum legum exponamus. Erat enim supplicantis mulieris species huiusmodi. Miles filio suo impuberi compendiose ita substituerat: Quandocunque filius meus perierit, Caium hæredem facio, qui deinde post pubertatem mortuus est. Rescripserunt Imperatores, quod si filius impubes decessit, substitutus excludit matrem, & sic pupillaris tacita, compendiosaq; expellit matrem. Si verò post pubertatem decesserit, tunc veluti ex fideicommisso, possunt peti à matre bona ipsius. quasi innuat textus: in ætate pupillari hæc substitutio compendiosa valuit, vt directa pupillaris, sed post ætatem pupillarem verba obliquantur, & sic inducunt fideicommissum. Sed huic obstare videtur responsum Papiniani, quo huiusmodi sub-

5 stitutio facta impuberi, si mortuus fuerit impubes, valet iure communi vti directa pupillaris. Si verò mortuus fuerit maior, valet adhuc vti directa, sed iure militari. Sunt enim verba Papiniani huiusmodi; Centurio filio, si intra vigesimumquintum annum ætatis suæ sine liberis vita decesserit, directò substituit. Intra decimumquartum annum etiam propria bona filij substitutus iure communi capiet. Post eam autem ætatem ex priuilegio militum patris duntaxat cum fructibus inuentis in hæreditate. In qua sanè antinomia concilianda, magna profectò est interpretum disputatio, & contentio, vsque adeo vt hoc acerrimum, & indissolubile contrarium soluere, nihil aliud esse videatur, quàm velle clauam è manibus irati Herculis enixè

6 eripere. Accursius itaque in glossematis, præter alias inanes responsiones ait, etiam probabilius militem posse directò substituere maiori, quando mater in medio inter filium, & substitutum non existat, sed ea viuente tantus

7 est eius fauor, vt verba communia obliquentur, tum maximè propter legitimam, quasi à Centurione fuerit facta per verba directa. Et hanc plures communiter secuti sunt. Fulgosius verò putauit idem vtrobique statui in l. precibus, & in l. Centurio, nempè substitutionem compendiosam factam

8 à milite filio impuberi, post pubertatem valere directò iure militari, & quod in l. precibus dicitur, hanc directam militarem esse veluti fideicommissum, idest, habere quædam similia fideicommisso. At nullum propterea simile est idem. Simile inquam est. Nam sicut in fideicommisso succeditur tantum in bonis testatoris, non autem pupilli, vt in textu Centurionis habetur,

l. ius nostrū. de reg. iur. l. prospexit. ff. qui & à quibus.

l. Centurio. de vulg.

gl. magna in l. precibus. C. de impub.

l. cohæredi. §. cum filio. de vulg.

l. in fideicommissariam. ad Trebell. eod. l. Cẽturio. de vulg.

tur, & sicut rogatus restituere per fideicommissum restituit etiam fructus
non perceptos, nisi testator prohibuerit, sic etiam in directa militari: Dua-
9 renus autem disputationum secundo, cap. septimo, & Alciatus parerg.
decimo, capite primo declarant, Papiniani responsum non esse contrarium
rescripto Diocletiani, vtriusque verba, & sensa perpendentes. Deinde
ait Duarenus: multum refert, an filius decesserit impubes, an verò post
pubertatem. Nam si impubes decesserit, substitutus per Papiniani respon-
sum capiet iure communi bona propria, tanquam ex pupillari substitutio-
ne, quæ pupillaris ad bona impuberis pertinet. Si verò post pubertatem
diem obierit, substitutus propter priuilegia militis, bona capiet tantum pa-
terna. Substitutio enim militaris ad alia bona quam militis non porrigitur.

l. cum filiusf. de mili. testa.

Quod autem Papinianus respondit, substitutum bona testatoris capere cum
fructibus inuentis in hæreditate, argumento est hanc substitutionẽ fideicom
missariam non esse, cum fructus inuenti in hæreditate, non restituantur fi-

d. l. in fideicommissariã.

deicommissario. Magna tamen est, inquit, contentio Doctorum Schola-
sticorum propter subobscura Diocletiani verba. Si verò, inquit, post pu-
bertatem te eius successionem obtinente, veluti ex causa fideicommissi, bo-
na quæ cum moriretur, patris eius fuerunt, à te peti possunt. Sensus est,
inquit (vt reor) hanc substitutionem, quæ directa est, perinde valere, ac

l. cohæredi. §. cum filio. de vul. & pu.

valeat iure fideicommissi, si verbis fideicommissi facta esset. Nam fidei-
commissum valet post pubertatem. Sed quia verbis ciuilibus substituerat
testator, dubitabatur, an post pubertatem valeret? Et Diocletianus, ani-
maduertens testatorem esse militem ostendit, non minus directo substitue-
re potuisse post pubertatem, quàm ex causa fideicommissi. Hæc autem
verba, te successionem eius obtinente, sic accipienda sunt, vt mater succe-
dat filio, substitutus verò bona testatoris capiat, quia non iure communi,
10 sed militari ex priuilegio succedit. Alij leuiores afferunt responsiones in
lege, Centurio, substitutionem factam fuisse verbis directis, in lege, preci-
bus, verbis communibus. Quod esse qui potuit? Cum Diocletianus in-
quiat, secundum fecit hæredem. Nonnulli, quòd hic quandocunque, ibi
verò, si intra vigesimumquintum obijsset, facta fuerit, respondent: Quæ
leuiora prorsus omittenda sunt. Quamobrem contra Accursium, commu-
nemq; intelligentiam obstant verba illa, secundum scripsit hæredem. Ergo

l. verbis ciuilibus. de vul. c. si pater. de testam. in 6. l. in fideicõmissariam. ad Trebell.

11 directa erat substitutio, & directa nunquam trahitur in obliquam. Secun-
do ait: veluti ex causa fideicommissi, Ergo non est fideicommissum, pro-
pterea fit restitutio cum fructibus inuentis in hæreditate, ergo non est fidei-
commissaria. Contra Fulgosij interpretationem obstant verba illa, te legi-
12 timam successionem obtinente, & illa, à te peti possunt. At ipse, vt supra
respondet; & mihi magis placet Duareni sententia, a qua ego in substantia
non dissentio, sed in declaratione illorum verborum, veluti ex causa fidei-
commissi, reor hanc substitutionem compendiosam directo factam à milite,
& post pubertatem comparatam fuisse fideicommissariæ, vel obliquæ, non
vt innueret, compendiosam directam militis post pubertatem ita valere, vt
valet obliqua facta à pagano, vel fideicommissaria verbis communibus,

d. l. cũ filiusf. de mil. testa.

vel obliquis, vt ipse putat Duarenus, sed vt ostenderet, substitutum non
capere nisi bona tantum patris, quia miles directo post pubertatem filij te-
stari non potest, nisi de bonis ipsius militis, & propterea bona filij spectare
ipsi matri. Et hoc dicetur, veluti ex causa fideicommissi. Nam quemad-
modum ex fideicommisso detrahitur quarta, & residuum hæreditatis resti-
tuitur authoritate Senatusconsulti Trebelliani: Ita mater hic, quæ obti-

nuerat

nuerat bonorum possessionem, retentis bonis filij, tenetur alia paterna restituere, quæ substitutus capit iure proprio, & integra, sine vlla quartæ detractione. Ex quibus sane ambabus celeberrimis legibus, scatent illæ
14 vtilissimæ, & quotidianæ quæstiones. Prima, an compendiosa substitutio à milite, vel à pagano facta impuberi verbis directis, post pubertatem flectatur in fideicommissum, an verò potius penitus expiret? Secunda, quid si facta fuerit puberi, & maiori, an compendiosa facta à non milite verbis obliquis, infra pubertatem sit directa pupillaris, post pubertatem obliqua? an verò semper obliqua? Tertia, compendiosa facta verbis communibus à pagano, an semper sit fideicommissaria tam ante, quàm
15 post pubertatem? Quo ad primam satis vrgere videtur, quòd maiori nemo potest directis verbis substituere. Quamobrem glossatores, ac interpretes tenuere, compendiosam verbis ciuilibus factam impuberi, directò valere intra pubertatem, vt valet substitutio pupillaris, sed post pubertatem penitus euanescere, & irritam fieri. Ratio est, tum quia ea forma est tradita à iure ciuili verborum directorum, tum quoniam vna, eademque dispositio non debet diuersimodè censeri, cum maximè contraria sint æquum, & obliquum. Cæsarei iurisconsulti eas secuti glossas communiter professi sunt, eam post pubertatem penitus euanescere, & irritam fie-
16 ri. At Ioannes Andreas, cæterique Canonistæ, iuris ciuilis, apicibus neglectis, & sola imaginaria æquitate nixi, audenter contendunt, compendiosam hanc in pupillari ætate directam valere; post pubertatem verò minimè euanescere, sed flecti in obliquam, vt valeat per fideicommissum. Nam plura sunt, quæ pro varijs temporibus diuersimodè, & vario iure accipiuntur, quemadmodum tutor, modo vt tutor, modo vt curator. Deinde testatoris voluntatem diligenter examinant, qui si dixerit, quandocunque filius obierit, te Cai hæredem facio, vtique voluit cum omni tempore fore hæredem, tam ante, quàm post pubertatem. Quandocunque enim dixit, sed huius voluntas semper domina, ac regina habita fuit, etiam tacita in fideicommissis. Nec refert, inquiunt, quibus verbis directis, vel obliquis facta fuerit substitutio, vt actus sustineatur potius, quàm pereat. Quæ sanè sententia propter summam eius æquitatem à Canonistis communiter est recepta, & fortasse seruanda in terris Pontificis, non autem Cæsaris. At Cæsarea aduersa opinio maximè iuuatur,
17 & corroboratur per speciem illam serui alieni. Seruo enim alieno nemo potest directo substituere, vt valeat legatum libertatis, cum tamen ea sibi relinqui possint per fideicommissum, vel obliquè. Ecce igitur strictissimas formulas, & subtilissimas figuras in iure ciuili, quæ tamen ab emphasi, & proprietate verborum, quæ à mente proficiscuntur, emanant, per quas deciditur quæstio, veluti per sinum principium legis, ita solenniter iubentis, & quæ eam nobis interpretationem peperere, quam nos quærimus: quæ inquam communis sententia non procedit, si in te-
18 stamento fuerit apposita clausula codicillaris, quæ solet directas flectere substitutiones in obliquas, cum testamenta, si non potuerit valere, vt testamentum, sustineatur, vt codicilli. Quæ clausula licet inserta minimè fuerit, si tamen poni consueuit, idem profectò operabitur. Sim-
19 plicitas enim, & imperitia notariorum, qui consuetas clausulas omiserunt, (vt Accursius ait) obesse minimè debent. Idem iuris, si iusiurandum fuisset adhibitum, & si testamentum inter liberos celebratum fuisset,

S vel,

l. verbis ciuilibus l. an pupil. de vul. & pup.

d. l. verbis ciuilibus. l. cũ qui ædes. de viucap. l. iam hoc iure. de vulg.

Io. And in c. si. de testam. in 6. & alij.

l. pſ Seuerinam §. conditionum de cond. & dem.

l. in condit. primũ locũ. de condit. & demonst.

l. 1. C. cõmunia. de leg. l. Sceuola. ad Trebel. l. vel necaſ. ff. quẽadmo. test. aper. l. si vno. ff. locati.

l. Seruius. ff. manumiſ. testa. l. si seruus leg. §. si seru⁹ alienus. de legat. 1.

Bar. i l. 1. de iu. codi. & l. Sceuola. ad Treb. Ceph. in l. Cẽturio. num. 468. de vulg.

gl. in l. vlt in verbo, simplicitas. C. de fidei. l. cum pater. §. filius matrẽ. de lega. 2. l. cohæredi. §. cum si lig. de vulg. l. in testam. de fideic. lib.

vel, si pia ageretur causa, vt interpretibus visum est. Nec illud potissimum Ioannis Andreæ vrgere videtur argumentum, à mente testatoris deductum, quod tunc militare creditur, cum legitimè apparet ea voluntas. Sed leges prohibent alicui directo post pubertatem substitui. Et in quolibet actu duo potissimè requiruntur, voluntas scilicet, & potestas. Nec sufficit velle testari, sed ipsa etiam exigitur potestas, ne videlicet ætas, aut leges sibi sint impedimento. Nemo enim potest facere, quin leges habeant locum in suo testamento. Compendiosa verò facta puberi, vel maiori per verba directa, veluti, Quandocunque filius meus pubes obierit, Caij hæres esto. Quæritur facta à pagano, an sustineatur saltem, vt obliqua. Et communiter receptum est per hanc induci fideicommissum. Dubium tamen acerrimum

20

l. si quamus. de testam. l. nemo pôt. de leg. 1.

vt in l. Sceuola. ad Trebe. & in l. vlt. C. de iure cod. l. vbi repugnātia. de regu. iur. l verbis ciuilibus. de vulg. c. 1. de testa. in 6.

21 esse videtur à repugnantia, quæ actum maxime labefactare videtur. Est autem ea cum puberi quis voluerit directo substituere. Item verba directa non possunt flecti in obliquum. Sed nulla profectò videtur repugnantia, si admittimus verba directa, tunc minime posse obliquari, cum aliquid directo potuerit operari: sed cum nihil operantur, non inconuenit eadem inflecti, vt actus potius valeat, quàm pereat. Compendiosa verò facta à pagano verbis communibus hoc modo,

Cæph in d. l. Centurio.

22 Titium filium meum impuberem mihi hæredem instituo, & ei, quandocunque decesserit, Caium substituo, quæstionis est, an semper valeat directo, an verò semper obliquè? an potius ante pubertatem di-

gl. in d. l. pre cibus. & d. l. Centurio.

23 recta sit, & post pubertatem obliqua? Baldus hæc testatur fore vtilissima, & frequentissima. Accursius in glossematis ait, hanc semper fore obliquam, tam ante, quàm post pubertatem, & proinde induceere fideicommissum. Mouetur, quoniam hæc interpretatio verbi communis, inducit actum perpetuo validum pube tenus, & postea. Probatur simili. Nam & reciproca facta puberi, & impuberi solam continet vulgarem, cum tamen apta sit etiam tacitam includere pupillarem, & quia sub vna oratione, non debet induci varietas voluntatis. Diuideretur enim voluntas testatoris, vt modò directè, modò obliquè, eadem ante, & post pubertatem obseruaretur. Hæc ab omnibus vulgo recepta est. Huic tamen contraria altera videtur glossa, quam plures secuti sunt, Cynus, Baldus, Salicetus, Paulus Castren-

l. quamuis. C. de impub. l. iam hoc iure. de vulg.

glo. in §. qua ratione. de pup. substit.

24 sis, & Alexander, asserentes itidem, hanc communem, & in praxi seruari, nempe compendiosam factam impuberi per verbum commune, puta, substituo, modo esse directam pupillarem, eo scilicet obeunte impubere, per quam omnia bona tam testatoris, quàm pupilli, nulla prorsus detracta Trebelliana, perueniunt directo in substitutum, modo obliquam, siue fideicommissariam, eo pubere decedente: Nulli igitur dubium est, hanc post pubertatem fore obliquam. Sed punctus difficultatis est, an ante pubertatem sit directa, an vero

25 potius obliqua. & potior communis ea videtur sententia, quod compendiosa hæc verbis communibus concepta in impubere valeat, vt directa, non autem vt obliqua, ea ratione. Nam quandocunque verba, vti communia, possunt effectus directos, & obliquos produce-

C. de testa. in 6.

26 re, potius sunt intelligenda, vt directa, quàm vt obliqua. Et quando verbum plura respicit tempora, debet intelligi secundum id tempus, quo casus euenerit. post pubertatem verò, ne sit inanis substitu-

Bar. in l. 3. in princ. de adimen. leg.

tio,

tio, vtque aliquid operetur, inducit fideicommissum, cum directe sustineri nequeat. Nec inconuenit eandem rem variari diuerso tempore, & diuersa ratione. Reciproca verò eadem ratione, & mutuo nexu coniungit vtrunque. Substitutio verò compendiosa facta per verba obli-
27 qua, Fili rogo, vt restituas hæreditatem, semper est obliqua, tam ante, quàm post pubertatem, vt sentit glossa, quam omnes secuti sunt. Quam obrem compendiosa facta à milite impuberi verbis directis, semper valet gl. in l. verbis ciuilibus. de vulg. & pup.
28 directò quocunque tempore, iure militari: à pagano verò concepta infra pubertatem directa est, post pubertatem verò euanescit: sed facta puberi sustinetur, vt obliqua: facta verò à pagano verbis communibus infra pubertatem directa est, postea verò obliqua, vt communes, siue medium participet natura vtriusque extremi. Compendiosa verò a pagano scripta verbis obliquis, semper est obliqua, qualem ipsa verborum proprietas demonstrat. Quæ sint autem verba directa, quæ communia, quæque obliqua, superius declaratum fuit. Quid autem nostris quæso temporibus, quibus hæc multigena verba testatoribus, ac tabellionibus, vt plurimum sunt incognita, si a mente testatoris omnia veniunt moderanda? Cuncta igitur diligenter erunt examinanda, mens testatoris, formula verborum, qualitas personarum, ac temporum, legis potestas, & huiusmodi alia, quæ variam nobis, sed tamen certissimam pariunt iuris interpretationem.

An pluralis oratio in substitutionibus resoluatur in plures singularitates, & quando plures simpliciter, vel collectiuè vocati habeantur loco vnius.

Cap. XVIII.

1 *Pluralis oratio in substitutionibus, modo resoluitur in plures singularitates, modo in vnam tantum.*
2 *Si vterque filius meus impubes decesserit, Caium substituo, vel si ambo filij mei in pupillari ætate obierint, Caium substituo. Vno prius decedente non succedit substitutus in eius portionem.*
3 *Sabinus putauit substitutum non succedere, nisi vterque decesserit, quia cogitauit testator patrem potius fratri successurum, quàm extraneum.*
4 *Sanctio. l. cum quodam. C. de impub. & ali.*
5 *Huic sententiæ refragari videtur species Pauli in l. falsa demonstratio, in fine, de condit. & demonst.*
6 *Refellitur etiam species l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell.*
7 *Declarantur dictæ species; & primum ratio Sabini, quia testator cogitauit.*
8 *In specie Pauli non sunt coniuncti sub vna conditionis figura.*
9 *Examinatur Papiniani responsum, & ratio.*
10 *Non autoritatibus, & centonibus; sed rationibus in hoc opere struendo, autor oblectatur.*
11 *Si filij mei decesserint impuberes, Caium substituo: Vni prius pereunti Caius non succedit, & sic pluralis oratio non vertitur in plures singularitates.*
12 *Varia species varium solent construere ius ciuile.*

13 *In vulgari, substitutus non admittitur nisi post mortem omnium, quia non spirat vulgaris, nisi post aditam hæreditatem, & ante aditam locus est iuri accrescendo.*

14 *In pupillari, substitutus non admittitur, nisi post mortem omnium, quia testator censetur voluisse seruare ius legitimæ successionis inter suos, nisi, & cætera.*

15 *In fideicommissaria, substitutus statim succedit vni pereunti, & hoc resoluitur in plures singularitates.*

16 *Ratio cur diuersum in vulgari.*

17 *Et nisi in fideicommissaria adesset persona apta excludere substitutum.*

18 *Et si duo fratres fuerint instituti, & vnus pereat, alter succedit excluso substituto.*

19 *Idem si vir, & vxor fuerint instituti.*

20 *Plures vocati nomine collectiuo vna cum alio habentur loco vnius, puta Titius vnà cum filijs, & Sempronius hæredes sunto: dimidiam hæreditatem capiet Titius cum filijs suis, alteram dimidiam Sempronius.*

21 *Quod si pœna, vel quid creditum fuerit rectori, vel vniuersitati, priori, & cœnobio.*

22 *In interpretatione spectanda est vis nominis proprij, & distributiui, & collectiui, & personarum.*

POSTEAQVAM de singulis substitutionibus sermonem habuimus: par est, vt videamus, qua interpretatione pluralis oratio in substitutionibus resoluatur in plures singularitates, vel non, nisi pluraliter siue vniuersaliter intelligatur. Deinde quando plures vocati, aut simpliciter, aut collectiuè loco
1 vnius habeantur. Exempli gratia in prima quæstione, si testator ita dixerit: Si vterque filius meus mihi hæres institutus impubes decesserit, Caium substituo; vel, si ambo filij mei in pupillari ætate obierint, Caium substituo. Vel ita: si filij mei impuberes perierint, Caium hæredem facio. Vnus tantum horum filiorum tunc perijt. Controuertitur, an substitutus ad successionem huius admittendus sit, ad eius portionem hæreditatis, ita vt singulis portionibus succedat, an verò teneatur expectare mortem omnium, vt supremo tantum morienti succedens omnibus succedat, necne? Egre-
2 gia sanè, & vtilissima quæstio, in qua Iustinianus Sabinum secutus sanxit, substitutionem locum non habere, nisi cum vterque decesserit, & sic pluralem substitutionem non verificari in singulis substitutionibus. Rationem reddit Sabinus. Cogitasse enim patrem credimus primo decedente fratrem suum in eius portionem succedere. Iam emicuit in iure ciuili speciosa

l. cum quidã; C. de impub.

„ hæc Iustinianea sanctio his verbis, Cum quidam duobus impuberibus filijs
„ suis hæredibus institutis, adiecit, si vterque impubes decesserit, illum sibi
„ hæredem esse; dubitabatur apud antiquos legum autores, vtrum ne tunc
„ voluerit substitutum admitti tantummodo, cum vterque filius eius in pri-
„ ma ætate decesserit, an altero decedente, illico substitutum in eius partem
„ succedere. Et placuit Sabino, substitutionem tunc locum habere, cum
„ vterque decesserit. Cogitasse enim patrem primo decedente, fratrem
„ suum in eius portionem succedere. Nos eiusdem Sabini veriorem
sententiam existimantes, non aliter substitutionem admittendam esse

censemus, nisi vterque eorum in prima ætate decesserit. Huic tamen
3 sententiæ duo potissimum refragari videntur. Primum, species illa Pauli: Stichum, & Pamphilum Titio do, lego, si mei erunt, cum moriar. vnum ex his alienauit, an vel alter possit à legatario vindicari, quæritur. Et placet vindicari. Nam hunc sermonem, licet pluralis sit pro eo oportet accipi, atque si separatim dixisset, Stichum, si meus erit, cum moriar. Pamphilum, si meus erit, cum moriar. Ergo pluralis elocutio resol-
4 uitur in plures singularitates, fracta etiam natura copulæ. Stichum & Pamphilum do, lego, si mei erunt cum moriar. Deinde aduersatur huic opi-
,, nioni Papiniani quoque responsum, Cum ita fuerit scriptum, fidei filiorum
,, meorum committo, vt si quis eorum sine liberis prior diem suum obierit,
,, partem suam superstiti fratri restituat. Quòd si vterque sine liberis diem
,, suum obierit, omnem hæreditatem ad neptem meam Claudiam perueni-
,, re volo. Defuncto altero, superstite filio nouissimo autem sine liberis, ne-
,, ptis prima quidem facie propter conditionis verba admitti non videbatur.
,, Sed cum in fideicommissis voluntatem spectari conueniat, absurdum esse
,, respondi, cessante prima substitutione, partes nepti peritionem denegari, quam totam habere voluit auus, si nouissimus fratris quoque portionem suscepisset. Ecce Claudia neptis ambobus filijs substituta fuit, si vterque sine liberis decessisset. Vterque non perijt sine filijs, sed vnus tantum, & vni succedit. Ergo pluralis sermo conuertitur in singularem. Quamobrem quæ-
5 stionis, & harum legum sensa altius sunt perpendenda. Nam in specie Sabiniana pupillaris substitutionis, extraneus fuit substitutus, & creditur cogitasse testator fratrem fratri potius in portione eius succedere, quàm alios. Proinde non esse locum substitutioni, nisi vterque filius perierit, vt conditio, si vterque filius sine liberis decesserit, ex nutu testatoris vtrunque conditioni potius, quàm coniunctioni adijciat, hoc est, non sufficere, si vnus sine prole perierit, sed exigi sub conditione vtrunque, vt si vterque sine liberis obierit, locus sit conditioni. Altero verò obeunte sine liberis, non sit locus conditioni, nec substitutioni. Et hæc omnia à sensu, & mente testatoris elicimus, & interpretamur. At in specie Pauli: Stichum, & Pamphi-
6 lum tibi do, lego, si mei erunt, cum moriar; non sunt coniuncti sub vna, eademq; conditione: neque enim adiecit, si vterque meus fuerit cum moriar, sed simpliciter copulati, vt nulla prorsus ratio reperiri possit, qua pluralitas pluraliter tantum, & non singulariter possit ex nutu legantis adim-
7 pleri. At Papiniani responso vt satisfaciant interpretes, sudant profecto & algent: si vterque, inquit, diem suum sine liberis obierit, omnem hæreditatem ad neptem meam Claudiam peruenire volo. Primus superstitibus filijs relictis mortuus est, secundus sine prole perijt. Hic non est extraneus, sed neptis ipsa prædilecta, quæ perit successionem. Vnde cessare videtur ratio Sabiniana, cum maxime sit cognita, & vocata ab auo. Et in hac specie hæc verba, Si vterque sine liberis decesserit, non vtrunque nectunt sub ea conditione non generandæ prolis sub vera figura conditionis, sed potius simpliciter coniungunt: perinde ac si testator dixisset, si alter eorum nouissimus sine prole decesserit omnem hæreditatem ad neptem meam Claudiam peruenire volo. Probatur coniectura, & ratione Papiniani. Nam si voluit testator, totam hæreditatem primi, & secundi filij coniunctam, ad neptem, non autem ad extraneum, vt procul absit ratio Sabini, peruenire, absurdum erit, eum noluisse vno liberorum moriente sine liberis, saltem partem eius ad neptem non peruenire. Quæ ratio à toto ad

l. falsa demō stratio. §. fi. & condi. & demonst.

in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Tre.

l. cum quidā. C. de impub.

l. quæ de toto de rei ven dic. l. si duo. de adminiſtr. tut.

partem probabiliter deducitur. Et quamuis vterque Claudia, & nepos
ſit æque teſtatori auo coniunctus, Claudia tamen nominata, & prælata
eſt. Longum porro tædioſumq́; eſſet, varias omnium ſententias referre,
8 eaſdemq́ue vel reflectere, vel confirmare, ſatis eſſe duximus probabiliores
candidis textibus, & legibus ipſis perplexis ob oculos ponere, & applicare.
Neque enim centonibus, & inanibus expoſitorum autoritatibus, verum ſo-
lis rationibus legitimis in hoc opere conſtruendo oblectamur. Quod ſi te-
9 ſtator non fuerit vſus nomine collectiuo, ſed ſimplici, & in hunc modũ adie-
cerit, ſi filij mei deceſſerint impuberes, Sẽpronius hæres eſto, communiter
receptum eſt, hanc pluralem ſubſtitutionem minimè conuerti in ſingularem,
hoc eſt ſi primus perierit impubes, ob id ſubſtitutum ei nõ ſuccedere, nec ſe-
cundo, nec tertio pereunti, ſed vltimo tantum pereunti, vt omnibus tunc ſuc-
cedere videatur, ea ratione, quia credibile eſt teſtatorem voluiſſe inter filios
ſuos ſeruari ius legitimę ſucceſſionis, & noluiſſe extraneum filijs præferre.
Qua ratione nixum Sabinum audiuimus ita reſpondentem. Verum quoniã
10 variæ ſpecies varium ſolent conſtituere ius ciuile in ipſa iuris prudentia, è re
eſt theſes magis vniuerſales, arteṁq; ipſam ita componere. Quare deducen
da erit quæſtio per ſingulas ſubſtitutionis ſpecies, ad vulgarem nempè, ad
11 pupillarem, ad compendioſam, & fideicommiſſariam. In vulgari dicimus,
quòd ſubſtitutus non admittitur, niſi poſt mortem omnium collectiuè vo-
catorum, ſi filij mei, vel ſi affines mei mihi hæredes non erunt, Caij hæres e-
ſto. Ratio colligitur, quia non ſpirat vulgaris niſi poſt aditã ab aliquo hæ-
reditatem. Ergo ante aditam hæreditatem, ſi vnus repudiauerit accreſcet
alteri cohæredi. Ius ſiquidem accreſcendi vendicat ſibi locum ante aditam
hæreditatem. Et ſic ſubſtitutus per naturam vulgaris ſubſtitutionis exclu-
12 ditur, ut ſingulis ſucceſſiuè ſubrogari nequeat. In pupillari vero, quæ ſem-
per ſit filijs in poteſtate, nunquam ſuccedit ſubſtitutus extraneus, niſi poſt
mortem omnium. Rationem ſupra Sabini retulimus, quia præſumitur, te-
ſtatorem voluiſſe, ius legitimę ſucceſſionis ſeruari inter filios ſuos, & ſuę pro-
geniei alienigenã minimè præferri, niſi ſubſtitutus eſſet de liberis, cui faueãt
iura ſanguinis, & iura ſubſtitutionis, & niſi vnus decedat poſt pubertatem
filiis non relictis; alter vero in pupillari ætate. Tunc enim ſubſtitutus admit-
teretur, cum non reperiatur perſona, quæ ex tacita mente defuncti exclu-
13 dat ſubſtitutum. In compendioſa verò, ſiue fideicommiſſaria, ſi teſtator ſe-
paratim, & particulariter ſubſtituerit, veluti Titium, & Caium hæredes ſcri-
bo, & eos grauo, vt poſt mortem, vel quandocunque deceſſerint, reſtituant
hæreditatem Seio, Vno eorum tantũ prædecedente admittitur ad eius por-
tionem ſubſtitutus, ea ratione, quod regulariter, & in compendioſa maximè,
pluralitas reſoluitur in plures ſingularitates. Nec mirum cuiquam videri
debet oppoſitũ in vulgari obſeruari. Nam vulgaris ante aditam hæreditatẽ
vires ſuas exercet, & poſt aditam ſpirat, vt ſupra diximus. Quare in dubio
14 cenſetur teſtator ius acreſcendi inter hæredes affectare. Sed in fideicõmiſ-
ſaria nullum viguit vnquam ius accreſcendi, vtpote quæ viuat ſolum poſt a-
ditam hæreditatem. Quare ſubſtitutus in portione vnius deſcendentis ex-
cluſo inſtituto ſuccedit, Hæc vera ſunt ſi compendioſa hæc, obliqua facta
ſit inter extraneos, non autem inter liberos, vel deſcendentes, quoniam tũc
adeſſet perſona, quæ ex tacita voluntate defuncti apta eſſet excludere ſubſti
tutum. Ideo ſubſtitutus non admittitur, niſi poſt mortem omnium, niſi ſub
15 ſtitutus & ipſe ſit de liberis, vt in Papiniani reſponſo. Ex quibus inferunt,
ſi teſtator duos hæredes fratres, vel conſanguineos inſtituerit, & eos graua-
uerit,

vt in l. cum quidam. C. de impub.

l. poſt aditã. C. de impub.

vt in l. re cõiunc̃ti. de le. 3. & Barto. in d. §. cum ita.

d. l. cõ quidã. l. qui duas impuberes. de reb. dub. vt in d. §. cũ ita.

Bar. in d. §. cõ ita, col. fi. l. Lucius. §. Caio, ad Trebell. l. vlt. § fi liani. de le. 2. d. l. falſa demon. in t. de condi. & demonſtr.

l. penult. C. de impub. l. ſi is, qui ducẽta §. item ſi. & l. qui duas, de reb. dub. Bart. in d. §. cum ita.

uerit, quandocunque decesserint extraneo hæreditatem restituere, substitutum non admitti post mortem vnius, sed post mortem omnium: Ius enim legitimæ successionis ab intestato inter eos seruandū est, & proximior pro-
16 pellet extraneum. Idem ergo iuris, si vir, & vxor fuerint instituti, & eis extraneus ita substitutus. Quid ergo, si compendiosa ita fuerit concepta, quandocunque vterque sine filijs perierit, grauo hæreditatem Mæuio restitui. Et
17 ex prædictis omnia patent. Animaduertendum tamen est, quòd si plures uocati fuerint nomine collectiuo, ad hæreditatem vnà cum alio, ij plures loco vnius habebuntur, vnamq; partē præferent, nisi adiecta fuerit dictio æquè, vel distributiua, quisquis, vel similes. Vnde si quis Titio, & hæredibus suis vsumfructum legauerit, dimidiā Titius, & dimidiam hæredes eius habebūt. Quod si ita scriptum fuerit, Titio, & Mæuio cum hæredibus, tres partes fiēt. Primam hæredes, secundam Titius, tertiam Mæuius capiet. Quid ergo, si duobus hæredibus institutis filio impuberi hæredes substituo hoc modo: Quisquis mihi hæres erit, & Titius filio meo hæres esto, Vtrum ne illi duo priores in dimidiam uocentur, & Titius in alteram dimidiam: an vero potius tres substituti, vt vnusquisque trientem capiat? Alia itidem excitatur
18 quæstio: Titius vnà cum filijs suis, & Sempronius hæredes sunto; Vtrum ne Titius in dimidiam vnà cum filijs suis vocetur, & Sempronius in aliam dimidiam, an vero omnes in virilem portionem? Quibus sanè quæstionibus Iustinianus ita respondit: Nobis in prima specie videtur, vnumquemque in trientem vocari, in secunda verò specie, cum natura pater, & filius eadem esse persona intelligātur, dimidiam quidem portionem Titio cum filiis suis, alteram autem partem Sempronio assignari. In prima vnusquisque pro vi-
19 rili propter distributiuam, quisquis. Ex his inferunt Iason, & alij ad varias quæstiones, si pœna, uel præmia adiecta fuerint Rectori, & vniuersitati, dimidiam rector, alteram dimidiam vniuersi capient. Ergo nominis proprie-
20 tas in interpretatione iuris ciuilis spectanda, vel nominis proprii, uel distributiui, vel collectiui, & personarum coniunctio, vt hi præferantur; illi pro virili, & separatim: isti collectiuè, & coniunctim uocari censeantur.

Imola, & alij in d. §. cū ita.

Ias. in l. vlt. C. de impub.

l. si quis Titio, de hære. insti.

in l. vlt. C. de impub.

De interpretanda fideicommissaria substitutione, quando vigeat, quandovè spiret, & de clausula codicillari. Cap. XIX.

1 *Fideicommissa durant, & spirant, quatenus vixerit testator.*
2 *Fideicommissa intellego non nuda, sed cum causa.*
3 *Spirant fideicommissa modis quatuordecim: decimoquinto perpetua sunt.*
4 *Primo spirant, quoto gradu voluerit testator.*
5 *Secundo, morte hæredis ante aditam hæreditatem.*
6 *Tertio, morte fideicommissarij.*
7 *Quinto, pacto fideicommissariorum.*
8 *Sexto, per subauditam conditionem, si sine liberis.*
9 *Septimo, si res semel facta fuerit alienabilis.*
10 *Octauo, si hæres grauatus fuerit proximioribus, vel affinibus restituere: nam semel verificatum expirat prima vice.*
11 *Nono spirant in quarto gradu familiæ.*
12 *Decimo spirant in decimo cognationis gradu.*
13 *Vndecimo in vltimo di familia, vel de grauatis.*

Duodecimo,

14 *Duodecimo, durant annis centum, postea seuanescunt.*
15 *Annuum legatum Republica est perpetuum: Vsusfructus Reipublica spirat centũ annis, ne proprietas inanis sit domino.*
16 *Tertiodecimo, in casu dotis, & contradotis constituenda, & restituenda.*
17 *Quartodecimo, longi temporis prascriptione.*
18 *Quintodecimo, perpetua, & infinita sunt.*
19 *Clausula codicillaris fauet fideicommissaria substitutioni.*
20 *Prudentissimum Aretini responsum de clausulis notariorum.*

SVBSTITVTIO fideicommissaria, & legata fideicommissaq́ue
ipsa, vel perpetua infinitaq́; vigent, vel certis statisq́; gradibus
1 & diebus, quemadmodum vel à legibus sancitum, vel à testa-
toribus iussum fuerit, tandem expirant. Fideicommissa autẽ
intelligo, non quæ pura sint, & omni prorsus causa denudata,
2 sed quę vel tacita non careant causa, veluti, ne turris, ne ędes, neue castrũ
l. filiusfam. §. diui, de leg. j.
alienetur, & id genus multa. Vigent itaque & spirant legata, fideicommissa,
3 & hæreditatum successiones primo, secundo, vel vlteriori gradu, quoto scili-
cet iusserit testator; Secundò pereunt morte hæredis: Tertiò eius obitu,
cui restitui debent: Quartò deficiente conditione: Quintò conuentione,
vel pacto fideicommissariorum: Sextò, per subauditam conditionem, si si-
ne liberis decesserit: Septimò vbi res facta fuerit alienabilis: Octauò, in
primo propinquorum, vel affinium gradu: Nonò, in quarto familiæ gra-
du: Decimò extinguuntur in cognationis decimo gradu: Vndecimò, in
vltimo de familia: Duodecimò euanescunt centum annorum curriculo:
Tertiodecimò, irrita fiunt in casu dotis, & contradotis constituendæ, resti-
tuendęque: Quartodecimò, longi temporis præscriptione tolluntur:
Quintodecimò quædam perpetua nobis per infinitum ęuum (si quod tamẽ
nobis accidit ęternum) delata dicuntur. Quæ singula nobis tùm propter
ordinem, tùm propter summam rerum vtilitatem, diligentius erunt declaran
4 da. Primum igitur expirant primo, secundo, vel vlteriori gradu, vt placue-
l. 2. de vulg.
l. In annalibus. C. de le.
rit testatori: hæredes enim (vt Modestinus ait) instituti dicuntur primo gra
du; substituti vero secundo, tertio, vel vlteriori; &, vt Iustinianus ait, in an-
» nalibus legatis, vel fideicommissis, quæ testator non solum certæ personæ,
» sed & eius hęredibus præstari voluit, eorum exactionem omnibus hæredi-
bus, & eorum hæredũ hæredibus seruare pro volũtate testatoris pręcipimus.
Secundò morte hæredis, quando ipse ante aditam hæreditatem perierit.
5 Hinc Vlpianus: dicendum erit hæredem cõpellendum adire, ne prius hæres
l. ille à quo. §. si de testa. ff. ad S.C. Trebel.
6 decedens fideicommissarium decipiat. Tertiò, fideicommissarij obitu. Nã
prius decedente eo, cui hæreditas, vel fideicommissum restituendum est, id
profectò quasi caducum corruit. Quartò deficiente conditione: legata enim
l. vnica. §. sin autem. & §. & cum tripli ci C. de cad. toll.
7 sub conditione relicta, non statim, sed cum conditio extiterit deberi inci-
piunt. Ideoq́; interim transferri non poterunt. Et legata, si nauis ex Asia
venerit, deberi non incipiunt, nisi nauis in portum appulerit, vt conditioni
l. legata sub condi. & l. 2. de condi. & demonstr.
8 satisfactum videatur. Quintò tolluntur pacto fideicommissariorum, qualis
est species cõstitutionis primæ Seueri, & Antonini Imperatorum de pactis,
l. 1. de C. pact.
conditionis incertum, aiunt interpretes, non iniquis rationibus conuentio-
ne finitum est. Cum igitur verbis fideicommissi petitum à patre tuo profi-
tearis, vt si uita sine liberis decederet, hæreditatem Licinio Frontoni resti-
tueret, pactum eo tempore de sextante Licinio Frontoni dando, cum liberos
Phelinus non sustulerit interpositum, non iccircò potest iniquum videri,
quod

quod facta ficut placuit diuifione, diem fuum te filio eius fuperftite functus
9 effet. Sextò, per fubauditam conditionem, fi fine liberis deceſſerit. Cum auus à nepote petiſſet, vt fi intra annum trigefimũ moreretur, hæreditatem patruo fuo reftitueret, nepos liberis relictis inter ætatem fupraſcriptam vita deceſſit, coniectura fanguinis, & pietatis Papinianus reſpondit, fideicõmiſſi conditionem defeciſſe, quod minus fcriptum, quam dictum fuerat, inueni-
10 retur. Septimò vbi res femel facta fuerit alienabilis, per regulam illam, res facta alienabilis, femper eft alienabilis, ea ratione (vt aiunt) quod perfonale fit, non autem reale fideicommiſſum. Quod Papinianus demonſtrauit, Quindecim inquit libertis, quos nominauerat, prædiolũ ſuũ cũ taberna legauerat, & adiecerat hæc verba, fibi eosq́; habere poſſidere volo ea lege, & conditione, ne quis eorum partem fuam vendere, donare aliudve quid facere alij vellet. Quod fi aduerfus ea quid factum erit, tunc eas portiones prędiumve, cum taberna ad Rempublicam Tuſculanorum pertinere volo. Quidam ex his libertis vendiderunt partes fuas duobus colibertis fuis ex eodẽ corpore: Emptores Caium, & Seium extraneum hæredem reliquerunt. Quæfitum eft partes quæ venierunt, vtrum ad Caium Seium extraneum hęredem, an ad fuperftites collibertos fuos, qui partes fuas non vendiderunt, pertineant. Reſpondit Papinianus fecundũ ea, quæ proponerentur, ad Caiũ Seiũ pertinere, an quia vnuſquiſq; prohibitus fuerat partẽ fuam, non, quam à collibertis emiſſet, diſtrahere? Idem quæfiuit, an partes venditæ ad Rempublicam Tuſculanorum pertinerent? Reſpondit non pertinere, quia non
» poſsidentis perfona, qui nunc extraneus eft, reſpicienda eft, fed emptorum,
» qui fecundum voluntatem defuncti ex illis fuerant, quibus permiſerat testa-
» trix venundari, nec conditio extitit dati fideicommiſſi Reipublicæ Tuſcula-
» norum. Octauò, fi hæres grauatus fuerit hæreditatem reſtituere familiæ,
11 agnatis, deſcendentibus, proximioribus de domo, vel agnatione, femel delatum proximiori amplius non durat, fed tunc extinguitur. Nam fideicommiſſarius ille femel admiſſus, non tenetur amplius alijs fequentibus agnatis fideicommiſſum reſtituere, nifi aliundè euidens appareat voluntas teſtatoris, vt rectè Cumanus fentit, fequunturq́; alij, vtpote cum fufficiat femel, primoq́; gradu adimpleri. Nonò, in quarto familiæ gradu expirant fideicom-
12 miſſa, ne bona alienentur extra familiam, quamuis adiecerit teſtator, & ita iuſſerit, bona in mea familia perpetuari volo, & nunquam egredi dę nomine meo. Quod mirandum eft, ut apud Iuſtinianum de fideicõmiſſaria reſtitutione legitur, ut mihi difficile videatur rationẽ inueſtigare. Nifi dicamus, nomen familię in fideicommiſſis non excedere quartum gradum, quemadmodum dicimus, cognationem in feptimo gradu euaneſcere, & in vlterioribus minimè poſſe cõſiſtere, & perpetuum, nobis continuum potius, quam æternum fignificare, vt opto mihi hunc annum perpetuum; atq; ita fancitũ fuiſſe à Iuſtiniano hæc fideicommiſſa quartam non excedere progeniem. Quæ fanè fententia à Didaco, & ab alijs temperari folet, nifi teſtator uſus fuerit verbis clarè fignificantibus tempus infinitum: Volo bona hæc in familia mea femper, ac perpetuo, infinitoq́; tempore, & donec mundus durauerit conſeruari, idem ferè contendentes, ac fi dixiſſet, inter deſcendentes meos, inter hęredes meos, in deſcendentibus, in familia, & fimilibus formu-
13 lis. Decimò, extinguuntur in cognationis decimo gradu, fi teſtator agnatos, affines, cognatosvè ad fucceſſionem vocauerit his verbis, quibus vocantur à lege ab inteſtato. Agnationis enim iure admittitur aliquis, & fi decimo gradu fit, fiue de lege xij. tabularũ quæramus, fiue de edicto Prætorum.

l. cũ auus. de condi. & demonſtr.

Cuma. l l. cũ ita §. io fidei cõmiſſo, de leg. 2. Alciatus, & alij ibidẽ, Menoch. confi. 81. nu. 54 67. io 1. Cęph. confi. 88 nu. 34. & confi. 269 nume. 6. Crau. 180.

Iaſon in l. voluntas. 2. notab. C. de fideicommiſſ. Auct. de reſti tu. fideicom. & nomine familiæ §. nos igitur, & per totum, Ripa, & alij in l. filius fam. §. diui. de legat. 1.

l. nõ facile. de gradib. af fin. l. octaui. ff. vt de cogn.

Didac. reſolutio. 3. ca. 5. § hoc loco, de fucceſſ. cognat. Dec. cõſi. 321. Dida. d. c. 5.

rum. Et hodiè sublata differentia agnationis, & cognationis, vocantur à de-
cimo gradu. Ergo huiusmodi fideicommissa decimum non excedent gra-
dum. Vndecimò spirant in vltimo de familia, vel de grauatis. Nam cum
omnium supremus sit, non habet alium, cui hæreditatem restituere possit.
Duodecimo putarunt (& consuluerunt aliqui) fideicommissa quædam vltra
annos centum minimè perseuerare, existimantes, etiam verbum perpetuũ
centenis includi annis, nec vlterius egredi. Cuius opinionis autor videtur
Bartolus, qui vsumfructum etiam legatũ Reipublicæ non esse æternum, sed
centenis finitum annis suo marte contendit, & perpetuum vltra centum nõ
protrahi annos, quòd ea sit meta longissimæ vitæ. Sed hæc non in fideicom
missis, sed in legatis potius annuis Reipublicæ relictis spectanda perpendẽ-
daq; sunt. Quare satis eruditè eam refellit Didacus, dum maximam aperuit
14 differentiam annui legati Reipublicæ, & annui vsusfructus eidem relicti, &
demonstrauit, annuum legatum Reipublicæ esse æternum, prout etiam pri-
uatis annuum legatum potest esse æternum: vsumfructum vero etiam Rei-
publicæ relictum centum expirare annis, ea ratione, ne proprietas fundi a-
pud hæredem semper sit vacua, inanis, & inutilis, vt Caius iurisconsultus aie
15 bat. Tertiodecimo in casu dotis constituendæ, & restituendæ. Nam si pa-
tri non sufficiunt legitima, bonaq; libera pro dotanda filia dotandisvè filia-
bus, & neptibus, leges permittunt, res subiectas fideicommisso alienari, vel
obligari, pro modo honestati personarum congruo. Etenim, quæ commu-
niter omnibus prosunt, ijs, quæ specialiter quibusdam vtilia sunt, præponũt
legislatores. Quod interpretantur omnes obseruandum quoque in dote re-
stituenda nurui, item in contradote, siue in donatione propter nuptias pro
filijs, & nepotibus, vt honesto nubant pro dignitate, & honestate personarũ.
16 Quartodecimo longi temporis præscriptione extinguitur particulare fidei-
commissum decem annorum spatio inter præsentes, & vicennio inter absen
tes, & oportet hæreditatem prius esse aditam ex testamẽto, vel ab intestato,
vt res ipsa particularis legata, vel fideicõmissa præstanda venit, nihil in hoc
ipsa suitate operante: neque.n. antea fideicõmissario potuit oriri actio, quẽ-
admodum Corneus, & alij declarant. Quamuis enim res per fideicommis-
sum relicta, præscribi nequeat, maximè antequam existat conditio fideicõ-
missi: tamen vbi cesserit, veneritq; dies fideicommissi, præscriptione vtiq;
longissimi temporis acquiri potest, præscriptionemq; ipsam decurrere co-
tra fideicommissarium, antequam is agnouerit, vel acceperit fideicommis-
sum, non impedit scientia, malaq; fides hæredis grauati, vel alterius possiden
tis, cum dominium eidem fideicõmissario nondum sit irreuocabiliter acqui-
17 situm. Quintodecimo, quædam sunt fideicomissa perpetua, & infinita, vt
si adiecerit testator velle bona sua à descendentibus in descendentes, ab hæ-
redibus in hæredes suos perpetuo infinitoque tempore peruenire. Quæ sa-
nè æterna fideicommissa nobis per æternum æuum labentia, si qua nobis in
hoc orbe datur æternitas, indicantur ab illis verbis, perpetuitatẽ, ac tẽporis
infinitatẽ significantibus, posteri, hæredes, descendentes, & similia. Prete-
rea reciproca substitutio aliquando fideicõmissaria, & hæc fideicõmissaria
interdum reciproca inducitur, vt si testator duobus, vel pluribus filijs hære-
dibus institutis, dixerit, Committo fidei filiorum meorum, vt siquis eorum
prior sine liberis perierit, partem suam fratri superstiti restituet: Vel si dixe-
rit, eosq; inuicem substituo per fideicõmissum. Item quando substitutio fi-
deicommissaria facta fuit vltimo morienti, intelligitur inter eos, qui sunt ho
norati, tacitè reciproca facta fideicommissaria substitutio. Nam si testator
voluit

l. qui solidũ. § 1. de leg 2. Dec. consilio 378. in fi. Ceph. cõsi. 268. nu. 26. Barto. in l si vsusfructus 2. de usu fruc. leg. & in l. annua. §. vlt. & in l. vl. de ann. lega.
Dida.. res. l. 3. c. 9.
l. cum quidam. l. ann. legat. l. in annalibus, vbi gl. C. de legat.
in d. l. si usus fructus 2. de vsufruc. lega.
aut. res que, C. cõmunia de fideicom.
in d. aut. res que.
l. cum post. §. igitur. de iu. dot.
vt in l. Sticho abest, in verbo statuto, de vsufr. leg. Bal. in l. 2 in fine. C. de vsucap.
Co. in cons. 97. lib. 2. & consi. 304.
Al. cõs. 59. num. 8. lib. 3. Cur. consil. 304. Dec. cõsilio 202.
tradit Anc. in c. si posses. de reg iur. in 6. Soc. consi. 163. lib. 1.
l. in annalibus. C. de le. l. vlti. C. de suis, & leg. Bart. l. liberorũ. de verbo. sign. Ias. in l. cum ita. §. in fideicõmisso, de leg. 2. & passim.
l. Titia. §. Seia libertis. de leg. 2. vbi Dyn. & Bar. Paris. cõsi. 43. num. 8. & 25. vol. 2.

voluit totã hæreditatem ab vltimo decedente restitui, intelligitur etiam voluisse totam ad eum peruenire, quoniam aliter non potest totam restituere, & si testator voluit totam hæreditatem post mortem vltimi decedentis, ad Titium substitutum peruenire, multomagis voluit totam hęreditatem peruenire ad vltimum superstitem, quia is fuit magis dilectus. Hinc coniecturalis etiam quæstio habetur, quando post mortem pluriũ facta est substitutio vltimo morienti simpliciter: neque enim dixit testator in tota hæreditate, vel in toto fundo. Quare ad inducendum tacitam, & reciprocam fideicommissariam substitutionem, tria requiri asserunt interpretes. Primũ, quòd omnes illi sint à testatore honorati, inter quos facta dicitur tacita, & reciproca fideicommissaria substitutio: Secundum, quòd substitutio facta sit vltimo morienti: Tertium, quòd sit facta in tota hæreditate. ab hac tamen communi sententia facile receditur, si coniecturis patet, testatorem rationẽ habuisse conseruandæ agnationis. Prętere, si testator filijs hæredibus institutis interdixerit bonorum alienationem, vt de hæredibus in hæredes perpetuo deuoluerentur, putarũt aliqui inter eos inductum fuisse reciprocũ fideicõmissum. Huic demum fideicõmissarię substitutioni adeo fauet clausula illa codicillaris; si hoc meum testamentum non ualet iure testamenti, ualeat
18 iure codicillorum, vt eius virtute omnis substitutio etiam verbis directis facta possit flecti in fideicommissariam, ut testantis voluntas aliquo modo sustineatur. Nam in codicillis nudam etiam amplectimur voluntatem defuncti. Hæc multas dirimit, subtilesq; substitutionis quæstiones: hęc operatur, vt succedentes abintestato, Trebelliana retenta, scriptis hæredibus restituant hæreditatem. Quæ sanè clausula sępe numero potius ex consuetudine notariorum, quàm ex mente testatoris inseritur, vel inserta subauditur,
19 quemadmodum asserit Bartolus, quem mordicus aliqui carpunt. Vnde pru dentissimum legitur supremum Aretini responsum iuris: sunt qui mordent, & lacerant inquit Bartolum, asserentem has clausulas à testatoribus ignorari, & ego ipse sum expertus hoc esse verum. Nam intelligens testatorem subinuolucro verborum generalium posse à notario decipi, interrogaui eum specialiter, qui oppositum se sentire, & velle respondit eorum, quæ verba sonare, ac significare videbantur. Interroget autem, inquit Aretinus, vnusquisque seipsum, & conscientiam suam secundum rationem naturalem, & videat, an conueniat pietati paternæ, quod pater velit hæreditatem filio auferri, & eam extraneo, vel remotiori deferri? Talia prudenter, & egregia obmurmurat Aretinus.

l. ad rẽ mobilem. de procur. l. illud. de acq hær. l. Publius. §. vlt. de condi. & demonstr.

Ias. in l. potest num. 12. de vul. & pu. & in l. penul. de impub. & testator magis cõmunẽ Cran. consil. 161. nu. 7. & consi. 113.

Cra. consil. 113. Soc. iun. cõsi. 115. nu. 7. volu. 3.

Paris. consi. 55. nu. 1. vol. 2. Soc. iun. cõsi. 188. vol. 2.

l. Scæuola. ad Tre. DD. in l. verbis ciuilibus, de vulg. Bart. in l. 1. de iure codic.

l. nutu. de leg at. 3.

Aretin. cõsilio 165. in fine. Bart. in d. l. 1. de iur. codic.

Quo iure quave ratione hæreditates per gradus cognationis deferantur. Cap. X X.

1 *An filius ingrediatur locum patris, siue gradum, & in gradu pariter succedant, sæpè dubitari contingit.*
2 *Gradus dicti sunt ad similitudinem scalarum. Hinc successorium edictum.*
3 *Ius succedendi primo promanauit à lege xij. tabularum, à*
4 *Media Iuris prudentia, à Senatusconsulto, à iure Pretorio, & à Iustiniano.*
5 *Lege xij. tabularum agnatus proximus familiam capiebat: quo mortuo, vel non admisso, succedebat fiscus: agnati post proximum erant exclusi.*
6 *Prætor vocabat agnatos, unde cognati, unde error Iasonis detegitur.*
7 *Media iuris prudentia, quid innouauerit?*

Iustinia-

8 *Iustinianus è medio sustulit differentiam agnationis, & cognationis vocatis vsque à decimo gradu.*

Quinque modis acquiritur nobis hæreditas, vel successio, altero deficiente, à lege, nempe iure transmittendi, successorio edicto, iure accrescendi, iure non decrescendi, & iure consolidandi.

9 *Hæreditas non adita tribus modis iure ciuili trasmittitur: iure ciuitatis, iure sanguinis, & iure deliberandi.*

10 *Per successorium edictum, quomodo nobis acquiratur, de capite in caput, de gradu in gradum, de persona in personam, de linea ad lineam.*

11 *Differt successorium edictum à transmissione.*

12 *Per ius accrescendi acquiritur nobis hæreditas, & declaratur ratio.*

13 *Coniuncti tripliciter, re, & verbis, re tantum, verbis tantum, vbi surgit ius accrescendi, ibi dormit ius transmittendi.*

14 *Per ius non decrescendi acquiritur nobis hæreditas.*

15 *Per ius consolidandi acquiritur nobis.*

16 *Gradus, vel finiti, vel infiniti.*

17 *Prior in gradu, potior in successione, pares in gradu, pares in successione.*

18 *In pari gradu magis coniunctus præfertur, vt vtrinque coniunctus.*

19 *Hæreditas adita fit proprium patrimonium adeuntis.*

20 *In bonis paternis consanguineus, in paternis vterinus præfertur.*

21 *Aspera Iustiniani lex, præferens vtrinque coniunctum vterino fratri in bonis communis fratris.*

22 *Veneti à dura lege Iustiniani recesserunt in eorum iudicijs.*

23 *Quid in statuto, existentibus masculis fœminæ non succedunt, an vtrinque coniunctus excludat consanguineum tantum.*

24 *Communis est opinio cotra Romanum, quod excludat natum ex patre tantum.*

25 *Qua ratione vtrinque coniunctus excludat consanguineum tantum.*

26 *Statuta non sustulerunt cognationem cum agnatione coniunctam, sed cognationem solam.*

27 *Statuta intelliguntur, secundum ius commune, & tantum excepto casu, in quo expresse corrigit.*

28 *Verba statutorum diligenter considerande sunt.*

29 *In fideicommissis, ratione familiæ conseruanda aquè admittitur vtrinque coniunctus, & consanguineus tantum.*

1 PER varios gradus deferuntur hæreditates, & fideicommissa, & nonnunquã de gradibus dubitare cõtingit, filius ne patris gradum ingrediatur: Vtri duarum eodem gradu existentium magis sint deferenda bona? Præterea proximiori ne, an longinquiori potius, testatori scilicet, & grauato, & huiusmodi multa, quæ exactam, & prudentissimam exigunt Iurisconsulti interpretatio-

2 nem. Gradus igitur, qui nam sint, satis omnibus constare arbitror. Gradus enim, vt inquit Paulus, dicti sunt ad similitudinem scalarũ, locorumve procliuium, quos ita ingredimur, vt à proximo in proximum, idest in eum, qui quasi ex eo nascitur, transeamus. Quamobrem successorium edictum iccirco propositum fuit à Prætore, tum ne bona hæreditatis vacua, sine domino diutius iacerent, & creditoribus longior mora fieret: Nam vocati ad successionem adire, vel repudiare coguntur, vt sequentibus in gradu succedendi pateat aditus: tum quia lex xij. tabularum causam dedit huius condendi edicti: Ius etenim succedendi primum promanauit à lege xij. tabularum,

L.iurisconsultus. §. gradus sűt. de grad. affin.

L.1. de success. edicto.

larum, deinde à media iuriſprudentia, à Iure Prętorio, à S.C. & demum à Iu
4 ſtiniano Imperatore. Lex erat duodecim tabularum in hęc verba: ſi pater fa
milias inteſtatus morietur, familia, pecuniaq; eius agnatorum gentiliũque
5 eſto, item, Agnatus proximus familiam habeto, ſed eo repudiante, vel mor-
tuo ſuccedebat fiſcus. Deinde Senatus conſulto Tertulliano ſancitum fuit,
vt mater filio ſuccederet: fiſco excluſo. Tum ius prætorium introductũ fuit
ſupplendi, iuuandi, & corrigendi iuris ciuilis gratia, quo delatæ ſunt bonorũ
6 poſſeſſiones, ſecundum tabulas, contra tabulas. Et quoniam agnati poſt pro-
ximum erant excluſi, ideo à prætore vocabantur per edictum, vnde Cogna
ti, vt fiſcus propelleretur. Hinc error Iaſonis detegitur, qui putauit alios nõ
vocari agnatos poſt proximum, ſed cognatos tãtum, qui fiſcum excluderẽt,
cum tamen euidentius pateat, quod, & agnati; vnde cognati vocabantur, vt
Iuſtinianus atteſtatur, extentq; ſucceſſiones, vnde liberi, vnde agnati, vnde
7 cognati, vnde vir, & vxor. Media quoque Iuris prudẽtia quædã innouauit,
ne fęminæ vltra ſorores vocarentur, ſed maſculi præferrentur: Demum Iu-
8 ſtinianus è medio ſuſtulit omnem differentiam agnationis, & cognationis,
quoſcunque vocans vſque à decimo gradu. Hinc facile conijcimus quinq;
modis acquiri nobis hæreditates: à lege, altero deficiente, nempe iure tran-
ſmittendi, ſucceſſorio edicto, iure accreſcendi, iure non decreſcẽdi, iure de-
mum conſolidandi: Per tranſmiſſionem acquiritur hæreditas, vt ſi à lege,
vel à teſtatore fuerit Męuio hæreditas delata, & is deceſſerit antequam
9 adiret, ſuis vtiq; hæredibus tranſmiſſa dicitur. Hęreditas enim etiam non
adita tribus modis iure ciuili tranſmitti videtur: primò iure ſuitatis liberis
ſuis, vt iam diximus: deinde iure ſanguinis ab aſcẽdentibus defertur, nõ adi-
ta deſcendentibus, ex Theodoſij, & Valentiniani conſtitutione, de his, qui
ante apertas tabulas hæreditates tranſmittunt. Poſtremò non adita trãſmit-
titur iure deliberandi, quando hęres infra tẽpora deliberãdi, an vellet adire
hæreditatẽ, diem ſuum obierit, vt à Iuſtiniano ſancitum eſt. Secundo modo
acquiritur per ſucceſſoriũ edictum, qñ in loco vnius repudiantis, vel excluſi
tẽpore, alter ſuccedit: quæ ſanè ſucceſſio fit triplici modo: vel.n. de linea ad
10 lineam, vel de capite ad caput, vel de linea ad lineam per capita. De linea ad
lineã fieri dicitur, quando de linea liberorũ deuoluitur hæreditas ad lineam
agnatorũ, vel cognatorum: de capite ad caput fit, quando in eadẽ linea de ca
pite filiorum deuoluitur ad nepotes in eadem liberorũ linea. De linea ad li-
neã per capita fit: puta, habeo filium in poteſtate, cui delata eſt hæreditas. Is
excluſus tempore à ſucceſſione, Vnde liberi, poterit vtiq; ſuccedere per ca-
pita, vnde legitimi, vnde agnati; tertio, vnde cognati. filius.n. induit ſe in ſuc
ceſſione his tergeminis armis. Quod ſi pro linea caput intelligatur, & pro ca
pite gradus, dicam ſucceſſoriũ edictũ deferre hæreditatẽ de capite in caput,
de gradu in gradũ, de perſona in eandẽ perſonam, vt quãdo filius in alio ca-
pite, vel in alia linea ſibi ipſi ſuccedit, non autem de perſona in perſonã, quia
11 illa eſſet tranſmiſſio, non ſucceſſoriũ edictũ. Differt itaq; ſucceſſorium edictũ
à traſmiſſione. Nã tranſmiſſio præſuponit poteſtatẽ adeundi. Qui.n. trãſmit-
tit, poteſt ẽt adire, & habet ius in re: ſed ille cui ſucceditur per ſucceſſoriũ edi
12 dictum, vel tẽpore eſt excluſus, vel repudiauit. Ideo nullũ ius ipſe alicui de-
fert. Tertio modo acquiritur nobis ꝑ ius accreſcendi, qđ fuit introductũ, ne
quis decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus cõtra regulas iuris.
Potuit.n. ſępius contingere, vt pluribus hæredibus inſtitutis vnus repudiet,
vtq; pro ea parte teſtator decedat inteſtatus, pro alijs teſtatus, vel qñ hære-
des oẽs reprę ſentãt in ſolidũ iura defuncti. Quare introductũ fuit ius accre-

l. nãq;, in fine ff. ad Trebell. l. pronunciatio. de verb. ſignif.
l. placebat, de legit. agn. ſuc.
l. 1. ad S. C. Tertul.
Error Iaſo in l. q ſe patris, C. vnde lib. nu. 31.
in § placet. de legit. agn. ſucceſſ.
§ ceterũ. de legi. agn. ſuc.
Inſtit. de hæred ab inteſ. § reliquum. & l. meminerint. C. de lega. hære.
l. apud hoſtes C. de ſuis. & legitim. l. vnica. C. de cad. toll.
l. vnica. C. de his, q ante aper. tab.
l. cum antiquioribus. C. de iure deli.
l. 1. §. ſed videndum. de ſucc. edict.
l. ſi auia, l. ſi infanti C. de iu. delib.
l. 1. §. largius. de ſuc. edi.
Auh de iure iur. à mor. pſ.

scĕdi, ut ea portio accresceret alteri portioni alterius cohęredis, vel cohęredũ
l. re coniuncti, de leg. 3.
queadmodũ re tm̃, verbis tm̃, vel re & verbis simul fuerint coniũcti, queadmodum
alta, & profunda iurisprudētię sensa publicè in Lyceo aperire, inter-
13 pretariq; consueui ad Paulum in l. re coniuncti, de legatis tertio. Accrescit
l. vnica. §. & cum triplici. C. de caduc. toll.
aũt portio pottioni trifariã: vt si pro nõ scripta, quasi caduca, vel caduca facta
fuerit: pro nõ scripta, vt si quispiē ei quid legauerit, qui iá mortuus erat: qua-
si caduca, vt si legetur Titio viuenti, qui tamen pereat ante mortem testato-
ris: caduca vero, quando fuerit repudiata, vel nec adita hæreditas, & vbi
viget transmissio, cessat vtiq; ius accrescendi: vbi verò ius accrescendi sur-
14 git, ibi quiescit, dormitque ius transmittendi. Quarto præterea defertur
successio iure non decrescendi, quod iuris non decrescendi verbum igno-
tum videtur priscis eloquentissimis Iurisconsultis, licet effectus notissimus
esset. Videtur enim magistrale hoc verbum, repertum potius ab interpreti-
l. si extraneo de vsufruct. l. mulieri, & Titio, de condi. & demõ. §. 1. §. huc loco, de leg. agna. succesf.
bus; Viget autem ius nõ decrescendi, quando hæreditas pluribus est in so-
lidum acquisita, quando bona minimè sunt separata, nec partes diuisæ, sed
omnes æquè sunt domini in qualibet parte. Nam si vnus eorum repudiaue
rit, ea portio non dicitur alteri accrescere, sed potius nõ decrescere, quæ sa-
nè accrescendi decrescendiq; iura, secundum varias differunt conditiones.
l. non facile de grad. affi. l. actori. ff. un de cogn. l. 1. ff succesf. edic. §. si plures. de legit. agn. suc. l. 1. §. admonēdi, ff grad. affin.
15 Demum consolidationis iure solent nobis iura vtilia cum directis iungi, &
consolidari, vt, si vsusfructus proprietati consolidetur, quod potentius iure
accrescendi existimatur. Per hos gradus deferuntur hęreditates, & fideicō-
missa, & gradus fiunt ab vnaquaque persona adiecta, ad similitudinem gra-
16 duum scalarum, quorum aliqui putantur infiniti, vt si à testatore delata fue-
rint decretave fideicōmissa in infinitum; alij vero finiti agnationis vsque ad
decimum, cognationis verò ad sextum, nisi sint ex sobrino, & sobrina, ea ra
tione, quòd cognatio naturalis est, & natura non patitur (vt Modestinus ait)
§. repetitis, de serui. cognat. l. legitimis. l. 1. §. ut gradatim. ff. vnde cogn.
cognatorum iura vltra eum gradum consistere. Postea sublata agnationis
cognationisq; differentia vocantur vsque à decimo gradu. Demum vir, &
vxor quasi ad exclusionem fisci. Quorum graduum ratione perspecta, dicere
17 consueuerunt iurisconsulti: Prior in gradu, potior in successione, & pares in
autbē. itaq;. C. cōmunia, de succe. auth. post fratres. C. de legit. hæred. l. balista. ad Trebell.
gradu pariter succedunt. Sed admonendi sumus, vt Caius refert, non om-
nes, qui in pari gradu sunt, pariter succedere. Nam quando vnus est descen-
dens ex linea recta liberorum, vt puta pronepos, abnepos; alter verò est col-
lateralis, vt patruus, pronepos præfertur patruo, & remotior agnatus proxi
miori cognato. firmiora siquidem iura sanguinis possident, qui sunt in linea
Auth. de hæred. ab intest. uen. § si igitur defunct⁹.
recta iure suitatis, iure patrię potestatis, ac sanguinis ipsius. Præterea, si
eorum qui pares sunt gradu, vnus est magis sanguine coniunctus, vt, si duo
sint fratres vtrinque coniuncti, alter vero vterinus tantum, magis vtiq; con-
iunctus solet præferri minus coniuncto, quamuis pares sint gradu, eo quod
l. 1. §. veteribus. de aeq. poss. ubi las. l. sed si plures. §. filię, de vulg. & pup. gl. & DD. in d. auth. itaq;, & d. authen. post fratres, & in l. de emanci. C. de leg. hære.
18 virtus vnita magis potest. Quamobrem frater vtrinque coniunctus in hæ-
reditate fratris defuncti sine ascendentibus, & descendentibus, præfertur
fratribus consanguineis, hoc est, ex eodem tantum patre procreatis, ac etiã
vterinis ex eadem tantum matre progenitis. Eos nanque excludit ab omni-
bus bonis, tam paternis, quam maternis, quoniam agitur de hæreditate fra-
tris: cui quidem is propius accedit, non autem de bonis paternis, vel ma-
19 ternis. Enimuero hæreditas adita facta est proprium patrimonium adeun-
tis. Si vero nullus existat frater ex vtroq; parēte coniũctus, sed frater ex pa-
tre tm̃, & alter ex matre tm̃ procreatus, tũc in bonis paternis cōsanguineus,
§. si plures. de leg. agn. succesf.
in maternis verò frater vterinus, in bonis verò aliundè quæsitis pariter suc-
20 cedunt. Si verò soli sint, & plures vtrinque coniũcti, nullus alijs præfertur,
sed

sed omnes æqualiter admittuntur, quia in pari natura nulla datur prælatio.
21 O' legem asperam,& inexorabilem Iustiniani, excludentem consanguineos à successione fratris in bona, quę profecta sunt à patre, ẽt aduersus legẽ xij. tabularum,quę sic habet; Nihil refert,an eandem habeant matrem, quęque bona,si lis agitur,inter consobrinum tantum,& vterinum solum,non censen tur amplius facta propiium patrimonium defuncti fratris qui adiuit, sed ean
22 dem recipiunt diuisionem;aut bona sunt paterna,aut materna. Quare sępe vidi,& publicis cõcionibus expertus obseruaui,Illustrissimos Venetos ęquitate naturaliq; ratione motos,in grauissimis quadraginta virorum Concilijs ab hac Iustinianea constitutione recessisse, & vtrinque coniunctum,& cõsanguineum tantum ad hæreditatem fratris communis ęquè admisisse.Hinc sese offert interpretanda in fideicommissis ardua illa quæstio: stante statuto, quod existentibus masculis fœminę nõ succedant,& quod decedenti ab inte
23 stato succedant proximiores cõsanguinei ex linea paterna, an frater vtrinq; coniunctus præferatur fratri coniuncto ex patre tantum, an verò prius pariter succedere debeant. Iam diximus, iure ciuili vtrinque coniunctum fore præferendum. Et satis cuiq; patet statuta recipere interpretationem passiuã
24 à iure Cæsaris. Romanus vero audacter consuluit in suis iuris responsis, consanguineum tantum non esse excludendum, cum statuentes cõsuluerint agnationi, vt bona conseruentur in familia, & hanc solam perpenderint ra-
25 tionem,quæ meritò competit etiam consanguineo tantum.Statutum prætere rea,qua parte corrigit ius ciuile, nullam recipit interpretationem ea parte à iure ciuili,quam secutus Antonius Rosellus sustinuit, vtrinque coniunctum stante eo statuto non excludere consanguineum tantum. Quæ tamẽ Romani,aliorumq; opinio exploditur à Bruno Astensi, & ab alijs, & inde falsa ostẽditur, & eius argumenta diluuntur,quòd satis est huiusmodi statutum cõtra ius commune operari exclusionem fœminarum, ita ut frater consanguineus tantum possit eas excludere, & ut stemmata,ac familiam conseruet,hæreditatem capere,non autem,quod in mutuo concursu vtrinque coniuncti,& consanguinei,tantũ consanguineus simul admittatur.neque enim ad hoc aciem direxerunt statuentes.Et quamuis omnes hi sint verè agnati,tamen vnus est proximior in gradu naturæ, vt supra declaraui, & agnatus quoque remotioris gradus', est propriè agnatus, non tamen succedit cum proximiore, vnde cum natura iura habeat potiora, non debet eis priuari,licet æquè sit agnatus
26 cum consanguineo tantum. Nec statuta sustulerunt cognationem cũ agnatione coniunctam,sed solam cognationẽ, vt exclusio indicat fœminarũ, de-
27 cretaq; ipsa municipalia,secundum ius cõmune interpretanda sunt, eo tantum casu excepto,quem expresse corrigunt, non tacitè, non per subauditos intellectus,vt minus lędatur ius commune. Inde Romani consilij sententiã Mandosius ibidem falsam appellauit,quæ statuta, quęq; statutorũ verba diligenter semper erũt perpendenda, & interpretanda, an respiciant mutuum
28 concursum ac successionem,an vero solam exclusionẽ fœminarum. In fideicommissis verò omnes putant simul ad successionẽ admitti vtrinq; coniunctum,& consanguineum tm̃ ratione familiæ conseruandæ, quia omnes sunt æq; agnati. Et est cõmunis sentẽtia,cum respectu patris,qui substituit, nulla spectetur qualitas vtriusq; coniunctionis ob charitatẽ, & amorem paternũ erga liberos ęqualẽ: in his.n. fideicõmissis succeditur testatori, & in bonis testatoris. Neq; enim vnq̃ potuit fieri ita propriũ patrimoniũ adeuntis, vt sequentibus semper restitui non oporteat, vt delatũ à patre, manu tñ grauati. Patet itaq; ratio, patet ẽt ius diuersum in singulis gradibus successionis.

§. sunt autẽ agnati, de legit.agn. succes.d. l. si de emancipat.

l.1. de noxalib.Bart. in l. omnes populi.de iust. & iure.
Rom.consi. 41.
l. iurisconsultus.§ cognationes.d gra. affi.§.sũt autẽ agn. de legit.agn. succ.
Bar in l.omnes populi, de iust. & iu.
Brunus Astensis stao. mascu. artic. 13.q.4 num. 62. & sequẽ.
Ceph. consi. 323. & Dec. 23. qui dicit hanc magis cõmunem.
l.1.§ hæredes, de suis & leg.l. si.C. de verb sign. §. si plures, de leg. ago. success.
c. cum dilectus, de fide inst. gloss. & om.in l.li ser ui. C. de noxal.
Ripa in l.Lucius, in fi. de vulg. & pup. vbi Bar. Soc. cons 66 nu. 5. lib. 3. Simeon Pretus de interpre. vlt volũ. Ceph. d. consil. 323. nu. 78. & Dec. 28.
d l.cohæredi.§. cum filiæ, de vulg. & pup.

In fideicommissis quæ iuris interpretatione spectanda sit proximitas testatoris, vel hæredis grauati, & an filius ingrediatur locum patris. Cap. XXI.

1 *In fideicommissis præfertur proximior grauato, nō proximior testatori, secundum communem opinionem, & nu. 2.*
3 *Ratio sumitur ab ordine iuris communis, quo succeditur ab intestato, & à l. cum ita. §. in fideicommisso de legat. 2.*
4 *Alij putarunt præferendum proximiorem testatori, quod in fideicommissis succeditur testatori, & in bonis testatoris, & alijs rationibus.*
5 *Postquam fideicommissum peruenit in grauatum, ius est acquisitum grauato, ideo*
6 *Distinctio quæ varias conciliat sententias, aut in vulgarem tantum vertitur fideicommissaria, & nunquam alicui acquisita fuit hæreditas; tunc spectanda est proximitas testatoris; aut adita fuit hæreditas, & ab alijs adeunda est, tūc proximior grauato anteponendus.*
7 *Præterea variæ formulæ variam constituunt successionem in fideicommissis.*
8 *Item aut in eadem linea deuoluitur fideicommissum, aut de linea ad lineam.*
9 *An filius ingrediatur locum patris.*
10 *Baldi opinio.*
11 *Accursii sententia communiter recepta.*
12 *Qua ratione filius ingrediatur locum patris.*
13 *Differentia graduum iuris ciuilis, & pontificij.*
14 *Si à statuto vocantur agnati ad exclusionem fœminarum vsque ad tertium gradum de iure Canonico, an agnati inter se succedant per eosdem gradus iuris pontificij, an vero per gradus iuris ciuilis.*
15 *Affinitatis gradus nulli sunt.*
16 *Quomodo affinitatis gradus aliqui cognoscantur.*
17 *Vxores duorum fratrum, vel duorum consanguineorum non sunt affines.*
18 *Nuptiarum species, qua rectè mulier inquit, hic est filius filij mei, & frater mariti mei.*

ad l. cum ita. §. in fideicō. & l. peto. §. fratris, de le. 2. & l. vlt. C. de verb. sign. vbi DD. Rolan. a Valle, cōsi. 100. lib. 1. gl. & DD. in d. §. in fideic. Bart. in l. hæredes mei. §. cū ita ad Trebell. l. 2. §. le. de suis & le. in d. §. in fideicōmisso.

QVOD pertinet ad hos gradus, magna profectò, frequens, & celebris videtur quęstio, an in substitutionibus maximè fideicommissarijs, spectanda sit potius proximitas testatoris, quā
1 hæredis grauati. Exemplū, Męuius gentilis hæredem sibi instituit Alexandrū gentilem, & ei, quandocunq; sine liberis decedenti substituit proximiores masculos familiæ gentilis. Caius proximior testatori, & Sempronius propinquior Męuio grauato petunt admitti ad successionem per hanc substitutionem. Quæ sanè quæstio varias affert exposi-
2 torum intelligentias ad varias leges. Hodie tamen inoleuit communis sententia, quod simpliciter, vel in his terminis pręferatur proximior hæredi grauato, nō testatori, & deinceps proximiores etiam vltimi grauati. Hāc sumūt interpretationem prudentes ab ordine iuris cōmunis, quo ab intestato quisque vocatur ad cuiusq; successionem, & quo semper proximior, vltimo defuncto admittitur ad hæreditatem cæteris exclusis, vt videatur testator legū sanctioni adhærere. Deinde à lege, siue Modestini responso, ita inducentis; In fideicommisso vocantur ij, qui nominati sunt, & post eos, qui ex
3 eo nomine defuncti fuerunt eo tempore, quo testator moreretur, & qui ex his proximo gradu procreati sunt. Ergo vocat proximiores eorum,

qui

qui iam vocati erant: Ergo propinquior vocato debet præferri proximiori
testati. Sed libenter sciscitarer ab eis, an hi sint proximiores,& ipsi testato-
ri? deinde quid significent ea verba legis, nisi specialiter defunctus ad vlte-
riores voluntatem suam extenderit. Præterea qua ratione fideicommittens
prætulit grauatum, eadem pariter indicatur præferre voluisse proximiorem
4 grauati. Accedit,quod in feudo paterno idem obseruari aiunt. Alij contra-
rias sequuntur partes per regulam, quod in fideicõmissis succeditur testato-
ri grauanti, non autem hæredi grauato.spectandus igitur ille,qui proximior
testatori, à quo defertur fideicommissum. Inde eadem lege nituntur indu-
centes in fideicommisso post nominatos vocantur, qui ex nomine defuncti
fuerunt tempore testatoris, & qui sunt in proximiori gradu tali tempore. Si
5 igitur (vt Accursius sentit) inspicitur tẽpus mortis testatoris,ergo proximi-
tas eius erit inspicienda. Addo verba, nisi specialiter defunctus ad vlterio-
res gradus volũtatem suam extenderit,rationibus,quas inferius aperiã: In-
super fideicommissum, vel legatum relictum cognatis debetur cognatis ip-
sius testatoris,non hæredis,& in vulgari substitutione,in qua succeditur te-
statori, attenditur proximitas respectu testatoris, non eius cui facta fuit sub-
stitutio. Sed in fideicommissaria succeditur testatori non grauato, vt supra
dictum est.ergo &c. Addunt in feudis attendi proximitatem illius à quo feu
dũ incipit,vt semper vltimus succedat ei, qui primus acquisiuit. In hac quæ-
stione magis nobis satisfacere videtur communis opinio, spectandum graua
to propinquiorem,cum mens testatoris facilimè adhæreat legi,nisi diuersum
sibi modum præfigat. Nec refragatur, in fideicommissaria substitutione suc-
cedi testatori. Nam vbi semel ad grauatum peruenerit hæreditas, facta est
patrimonium eius. Et quamuis eueniente conditione fideicommissi,succe-
datur testatori,quia tamẽ is qui succedit, non immediatè capit hæreditatem
testatoris, sed à grauato,cui iam quæsitum fuit ius, proximitas huius graua-
ti, non autem testatoris est spectanda, vt eius mens, vt ratio,vt lex aperte si-
6 gnificat, quod & in feudo plures obseruari contendunt. Præterea, vt reli-
qua etiam corruant contraria, & vt fœdere distinctionis appareat, quando
etiam aduersa sententia possit iure sustineri, vnà cum prudentissimis consu-
lentibus distinguamus: aut fideicõmissaria substitutio vertitur in vulgarem
tantum,hoc est,aut fideicõmissum semel tãtum est præstandum, ut nunquã
alij quæsita fuerit hæreditas: tunc semper attenditur proximitas testatoris,
cui soli,& immediatè succeditur, ac semel,vt si quis filijs suis,vel alijs substi-
tuat nomine collectiuo cognatos, vel propinquos. Nã eis non adeuntibus,
per vulgarem succedunt cognati,vel propinqui proximiores testatori,& spi-
rat fideicommissum in primo gradu,vt in oppositis argumentis apparuit, &
hoc insinuat Iurisconsultus in illis verbis, nisi specialiter testator ad gradus
vlteriores suam extenderit voluntatem. Aut non semel,sed pluries restituen
da est hæreditas,vt si fideicommissum, longum præferat tractum temporis
de his in illos,vel de hæredibus in hæredes,tunc per fideicõmissariam succe-
ditur testatori medio alterius hæredis, qui iam acquisiuit ius hæreditatis,
quiue id restituere tenetur. Quare magis præsumendum pro descendente,
vel proximiore ipsius grauati. Sed in alijs casibus oppositis ius nõ fuit quæ-
7 situm illi, cui facta fuit substitutio vulgaris, quia nemo adierat hæreditatẽ.
Proinde sedulo perpendenda sunt verba fideicommissi. Possunt enim con-
cipi verba, & formulæ, ex quibus videantur testatori proximiores, non
autem grauato præferri: vt, si vocauerit proximos suos. In dubio nam-
que sui scilicet testatoris intelligendi sunt. Et varias formulas retulit

l.cum acutissimi.C.de fideicom. l.cũ auus. de condi.& demon. & l. vlt. de verb. signif.

c. 1. de nat. succes. feud. vbi Iser.

l.hæredi. §. cum filij. & in l.Cẽturio. de vulg. & l. precibus. C. de impub. & alias.

Barto.in l.si cognatis. de reb. dub.

Insti. de vulga. Soc. in d. l.si cognatis. Bar. in l.re coniuncti.de leg.3.

Bal. consil. 137.vol.2.Pa ril. consi.28. nu. 181. uol. 2.Bal. in c.1. de grad. succeß.in 6.

l.sed si plures. §. filio. de vulg.

Castr. & alij, in l. Gallus. §.quidam recte,& §.et q d si tantum.de lib. & posth. Simõ Pietus de vlt. volũt. lib.3.

Ruin. cõsil. 101. colu. 7. vol.2. Rolan. a Valle. cõsi. 100.lib.1.

gl.& Bar.in l.ex facto, in prin.ad Trebell.

Simeon Pretus libro tertio de interpretatione vltimarum voluntatum, &
varię ad libitum possunt concipi. Et hoc Papinianus insinuabat. Non-
nunquam autem inquit ex voluntate varium, & iudicatum est, uidelicet
si non sub appellatione hæredum, sed proprijs nominibus expresis fidei-
cõmissum relinquatur. Sed nos loquimur, & in dubio contendimus, quã-
do aliunde diuersa non appareat voluntas testatoris. Præterea, aut in ea-
8 dem linea deuoluitur fideicõmissum, & proximitas grauati attenditur, aut
fit transitus de linea masculina deficiente ad lineam fęmininam: & Tiberius
Dicianus consuluit tunc vocari proximiorem testatoris, non autem grauati,
ea ratione, quia quando deficiunt illi omnes mares quos primo delegit, &
fit transitus ad alium statum personarum, tunc non potest considerari pro-
ximitas præcedentis status siue gradus prædilecti, sed res reuertitur ad con-
siderationem testatoris, & quos prædilexit testator in substitutione huius
noui status, dum post mares fęminas vocauit, vt noua successio à testatore
incipiat, ea motus ratione, quòd ubi feudum extinctis illis, eorumq; linea,
quibus fuerat comissum, reuertitur ad alteram lineam, succedunt proximio-
9 res acquirentis, non autem vltimo loco defuncti. Quæ tamen vltima di-
stinctio, an uera nobis asserat, vnicuique ex præmissis dubium fore arbitror.
Hos etiam gradus in fideicommissis filius ipse scandere videtur, dum quæ-
ritur, an filius locum gradumve patris ingrediatur? Quo circa duo sunt
summopere consideranda. Primum, quis nam sit is, erga nepotem, cui ex
fideicommisso succedi contenditur, ascendens ne, an collateralis, uel extra-
neus? Secundum, quibus verbis, uel qua uerborum formula sit scriptum
10 fideicommissum? Quod pertinet ad primum, si is cui per fideicommissum
succedere contendunt non est nepoti ascendens, vel patruus, vel auuncu-
lus, amita, vel matertera, sed alius, cui demum nepos, cum patruo suc-
cedere non possit abintestato; tunc filius non ingreditur locum patris, sed
proximior in gradu vtique pręferri meretur. Quamuis enim huic refrage-
tur opinio Baldi, & Cumani, filium ingredi locum patris, ex pura legum
constitutione, in qua charitatis nulla fuit maior ratio, & hoc non sit in fi-
deicommissis admittendum, in quibus motus est ipse testator beneuolen-
tia, & amore erga vocatos, maiorque est affectio erga filios, quàm erga
11 nepotes, quod & gradus ipsi insinuant: Acursij tamen sententia in glosse-
matis solidior, & verior omnibus visa est. Neque enim dissimilis videtur
amor testatoris erga personas pariter à lege vocatas, cum præsumatur sem-
per adhærere legis dispositioni, & consulere familiæ, & agnationi suę, ut
12 perpetuo vigeat. Filius ergo indistinctè succedit in locum patris, vbi agi-
tur de successione ascendentis: & ratio est, quia ascendentis hæreditas est
magis debita, quam transuersalis, & quia lex asciscit nepotem in locum pa-
tris ad hæreditatem ascendentis. Et quoniam testator magis debet sequi
legem, quam lex testatoris voluntatem, vt nec obijci possit, attenditur pro-
ximitas grauati: Ergo filius non subrogatur in locum patris. ingreditur si
quidem succedendo ascendentibus secundum ordinem decretum à iure
ciuili, nec obijci potest clausula (salua gradus prærogatiua) cum vires suas
exerceat in eadem linea, non autem quando fit transitus de linea ad lineam,
uel talis est huius gradus pręrogatiua, ut filius ingrediatur locum patris.
Quo verò ad secundum, posset verborũ formula, impedimento esse, ne filius
ingrediatur locum patris. Quid enim, si nominatim facta fuerit institutio
& substitutio? quod si filijs institutis adiecerit, si quis eorum decesserit,
substituo superuiuentes eius fratres, uel filios ipsorum. Nam ex ordine
scripturæ,

l. nõnunquã. ff. ad Trebel.

Decian. cõs. 81. vol. 3.

An filius in fideicõmissis succedat i locum patris.

§. si igitur Auth. de hæred. ab intest. ven. l. cũ ita. §. in fideicommisso, ubi DD. & l. peto. §. fratre. de leg. 2. Bal. & Cum. in d. §. in fideicõmisso. auth. cessante. C. de legit. hæred. gl. in d. §. in fideicõmisso. Bart. & alij in l. hæredes mei. §. cũ ita. ad Trebell. Cęphal. cõs. 489.

Alc. in d. §. in fideicom.

Simon Pretus interpretat. vlt. lib. 3. Gabriel Romanus Com. cõclu. & fidei cõmi. cõcl. 3.

scripturæ, primo sunt vocati filij, postea nepotes per dictionem disiunctiuam vel..quid si geminauerit clausulam, salua gradus prærogatiuę? vel alijs similibus vsus fuerit formulis? Hi sunt gradus iuris ciuilis, per quos deducitur interpretatio vltimæ voluntatis à iureconsultis. Deducuntur tamen fideicommissa, etiam per gradus pontificios secundum varia gentium statuta. l.cum pater. §.pen. de legat.2.

13 Differt autem graduum computatio iuris ciuilis, & pontificij, primo ratione stipitis, à qua eodem modo gradus vtrobique non colligitur: & computatio pontificia fit per saltus, siue per lineas: fratres & sorores in primo gradu collocantur; fratrum filij in secundo, & ita deinceps: Sed in iure ciuili vnaquæque persona adiecta facit gradum. At iure pontificio duæ semper considerantur personæ, vt omnis canonica computatio in duobus potissimũ consistere videatur. Aut enim personæ æqualiter distant à stipite, aut inæqualiter: Si æqualiter per lineas, vel saltus à stipite, gradus, vt supra, computabitur. Si verò inæqualiter, tunc locum sibi vendicabit regula illa pontificia: Quoto gradu remotior distat à stipite, toto gradu abest à descendentibus à stipite. Quoniam verò exclusis fęminis vocant statuta Patauina, & vt in c.vlt.de consangui.& affin.

14 alia, mares agnatos vsque ad tertium gradum de iure canonico, è re est, vt gradus, quatenus ad exclusionem fœminarum, numeremus, & metiamur secundum ius pontificium. Sed quatenus ad successionem hæreditatis dubiã inter ipsos agnatos, proximiorem agnatum præferemus secundum gradum iuris ciuilis, vt minus, quàm possibile sit, ius commune à statutis lædatur. & vt sublata causa odij, vel fauoris tollatur etiam statutũ, quòd eius gratia conditum fuit, quemadmodum Baldus, & Decius rectè arbitrantur. Nam si subiecta materia fuerit spiritualis pontificios, si verò secularis Cæsareos ample Deci. consil. 333. Bal. in l.fi.C. q ad lib peruen.oon pos. Deci. consil. 313.

15 ctemur gradus. Affinitatis verò gradus nulli sunt (vt inquit Modestinus) quod aduersari videtur Paulo dicenti iurisconsultum cognatorum, & affiniũ gradus nosse oportere. Est autem affinitas duarum familiarum ex nuptijs coniunctio, eo quod altera ad alterius fines accedit. Nulli igitur affinitatis sunt gradus, hoc est (vt interpretor) nulli distincti, separatiq; à cognationis gradibus traduntur. Nam affinitas qua ratione affinitas est, nullis gradibus l. non facile de grad.cog. & affin.

16 secernitur, immo verò statim omnes eius, cui iungitur affinitas ea propinquitate implicat, qua sunt inter se generis propinquitate coniuncti: nulla siquidem est affinitatis affinitas. Sic accidit, vt vxoris meæ cognati, ea me affinitate contingant, qua illi vxorem meam cognatione attingunt: ad meos autem consanguineos nihil pertineant, quoniam affinitas ei tantum hæret cui se applicuit. Hinc factum est, vt hodie vxores duorum fratrum, vel duo- c. super his. de affinit. & consang. Contra. in c. porro.35.q.3 c.quod super his.35. q.5.

17 rum consanguineorum non sint affines, quare ipsarum maritis defunctis poterit vnus vtramque successiuo tempore vxorem ducere. Præterea pater & filius cum aliena matre & filia, & auunculus atque nepos cum binis sororibus connubia celebrant. Hinc perplexa illa, & curiosa Speculatoris quæstio.

Nate nepos dixit frater puero sua mater.

Duæ, inquit, mulieres iter facientes duos pueros manu ducebant. Interro-

18 gatus quispiam, cuiusnam essent pueri illi duo: rectè quidam respondit, Sunt filij mulierum istarum: Sunt filij fratres filiorum suorum, & filij fratres maritorum suorum, vterque est patruus, & nepos alterius. Hic memorabilis casus accedit, quando mater & filius puta Veneti, Seia nempe, & Titius cum Mæuia, & Caio Patauinis nuptias celebrant, quando Titius Mæuiam, & Caius Seiam ducit vxorem, & quando inquam ex Titio & Mæuia oritur Sempronius, & ex Caio & Seia Paulus, qui sanè pueri ab illis mulieribus manu- Specul. in titu. de consang.& affin.

ducebantur

ducebantur. Quare vulgo fertur à mulieribus, Hic est filius filij mei, & frater mariti mei. Hæc & alia huiusmodi ex proposita facti specie ingeniosè solent deduci.

Ad legem, in quartam. ff. ad legem Falcidiam. Cap. XXII.

1 *Lex Falcidia legandi facultatem dedit vsque ad dodrantem.*
2 *De origine legis Falcidia, & causa eius, proinde de lege Furia, & Voconia.*
3 *Lege xij. tabularum maxime libera erat legandi facultas.*
Lege Falcidia restricta fuit legandi potestas vsque ad dodrantem.
4 *Ad tria capita tota deducitur Falcidia materia, an sit legatum, quid sit legatum, quantum sit legatum.*
5 *Varij sunt tituli, quibus nobis dominia rerum acquiruntur, titulus hæreditatis, legati, mortis captionis, donationis causa mortis, partitionis fideicommissi, prælegati, & quarta. num. 6.*
7 *Martiani responsum in l. in quartam.*
8 *Partes responsi Martiani numero sex.*
9 *Hac est fouea, & lapsus prudentum: hic est durus ille lapis, quem dentibus conterere non potuere.*
10 *Cur ea qua deformiter capiuntur, partim iure hæreditario, partim iure legati non imputentur in Trebellianam: Sysiphi saxum reuoluendum aggredimur. facti species in l. in quartam. ad l. Falcidiam.*
11 *Qua imputentur in Falcidiam, & qua in Trebellianam, & ratio differentia.*
12 *Difficultas maxima in versiculo, pro ea vero parte.*
13 *Ratio, cur ea magis in illam quartam, quàm in hanc imputentur.*
14 *Totius rei cardo, & difficultas in versiculo, pro ea verò parte.*
15 *Ratio, quod difformia non imputentur in Trebellianam propter deformitatem, comprobatur inductionibus legum.*
16 *Inductio illa procedit in Falcidia. l. eum pater, in princ. de leg. 2.*
17 *Responsio ad inductionem l. deducta. §. numis. ff. ad S. C. Trebell.*
18 *Responsio ad l. si Titia, ad l. Falcid.*
19 *Communis interpretatio versiculi, pro ea verò parte, impugnatur syllogismo. Impugnatur secundus intellectus, quod in eo versiculo agatur de prælegatis.*
20 *Cuiatij intellectus, nullam esse differentiam rerum computandarum in quartam Falcidia, vel Trebelliana.*
21 *Cuiatij interpretatio in alijs partibus.*
22 *Impugnantur sensa Cuiatij.*
23 *Plures quartæ à pluribus legibus.*
24 *Differentia quartarum.*
25 *Fructus an imputentur in Trebellianam?*
26 *Legitima aucta à Iustiniano.*
27 *Duareni intelligentia.*
28 *Hanc amplectitur autor.*
29 *Interpretatio aliarum partium.*
30 *Cuiatius asserit textum mendosum.*
31 *Inexorabile contrarium l. in ratione. secunda. §. tametsi. ad leg. Falcid.*
32 *Responsio ad Cuiatium propria.*
33 *Defenditur communis sententia versiculi, sed & quod implenda cōditionis causa.*

34 *Conclusio*

34 *Conclusio omnium.*
35 *Partes legis, & sensa distincta.*

CVm ex hæreditate, & fideicommissis sæpenumero detrahatur Falcidia, legitima, ac Trebelliana, operæpretium fore duxi, quædam quoque ex mente legum, ac testatoris ad legem Falcidiam interpretari: Paulus itaque ab initio tituli hæc pro ponit, Lex Falcidia (inquit) lata est, quæ primo capite liberã
1 testandi facultatem dedit vsque ad dodrantem his verbis: Qui ciues Romani sunt, qui eorum post hanc legem rogatam testamentum facere volet, vt eam pecuniam, easq; res, quibusque dare, legare volet ius, potestasq; esto. Secundo capite modum legatorum constituit: Quicunque ciuis Romanus post hanc legem rogatam, testamentum faciet, is quantam cuique ciui Romano pecuniam iure publico dare, legare volet, ius, potestasque esto, dum ita detur legatum, ne minus, quàm partem quartam hæreditatis ex eo testa mento hæredes capiant. Eis quibus quid ita datum, legatumq; erit, eam pecuniam sine fraude sua capere liceto: Isq; hæres, qui eam pecuniam dare iussus damnatusve erit, eam pecuniam debeto dare, quam damnatus est: Si
2 huius legis originem spectamus, lata fuit Falcidia à Falcidio Tribuno plebis ante datam ab Augusto fideicommissis autoritatem, vt lex Aquilia à Tribuno plebis. Causa legis condendæ fuit necessitas, vel fuere leges, quæ præcedebant Furia, & Veconia. Lege Furia cautum erat, ne cui vltra mille aureos legare liceret, & sic plus mille assibus legatariũ capere vetabat, sed numerum legatariorum non definiebat. Itaque poterat euenire, vt multiplicato numero legatariorum hæredi nihil relinqueretur. Lex autem Voconia vetabat plus cuique legari, quam ad hæredem perueniret. Hac lege salua poterat euenire, vt pluribus legatarijs relictis, vnus duntaxat aureus ad hæredem perueniret, vt si centum aureos in zonis quis habuisset, & nonagin ta nouem legatarijs singulos legasset, vnus tantum aureus spectaret hæredi. Cum itaque nec lege xij. tabularum, nec præfatis legibus satis prospectum conseruationi testamentorum vnquam fuisset, lex Falcidia demum lata fuit, qua longè melius tabularum conseruationi succurritur. lege xij. tabularum
3 maxime libera erat legandi potestas, vt quisque rei suæ legasset, ita ius esto. Huic libertati Furia, & Voconia derogarunt: Lege autem Falcidia vsque ad dodrantem legandi potestas fuit restituta. Hinc igitur emanarunt quarta, Falcidia, Trebelliana, & legitima. Nam si plus dodrante hæreditatis testator
4 irrogauerit, Falcidiæ autoritate quadrantem hæres retinebit: Quam postea Iustinianus ad trientem, & ad semissem pro numero liberorum auxit. Totam autem huius legis materiam ego ad tria præcipua capita reducere consueui, an sit legatum, quid sit legatum, & quantum sit legatum, vt ex legatis tanta detrahatur Falcidia, vt puta: hæres meus penum dato vxori: si penum non dederis, decẽ dato; An Falcidia ex penu, an ex x. demenda? An legata sint decem, an penus? vtrum horum inquam sit in dispositione. Vel, si dixerit: si penum non dederit, decem dato, vt nihil videatur esse in legato, vel in dispositione, sed omnia in conditione, & propterea capi mortis capione, vt non possit detrahi Falcidia. Item quantum sit legatum per æstimationem corporum, ac iurium diuisibiliũ, ac indiuisibiliũ. Varij præterea spectãdi sunt modi siue tituli, quib. dominia rerũ acquirũtur, hęreditatis, legati, mortis capionis, donationis causa mortis, partitionis, fideicommissi, prælegati, & Falcidiæ.
5 Primo. n. nanciscimur dominium iure titulo ve vniuersali hæreditatis, quando legis

De hac in c. quidã. dist. a. & Diuus Hieron. in Chronicis Eusebij.

vide Theophil. egregie in Institu. de lege Falc.

l. 1. l. in quartam. ad l. Falcid. l. q duos. de vul. & pu. l. 1. de penu leg. l. si quis sub cõditione dãdorum x. ff. si quis omissa cau. test. l. 1. §. item si ita. & l. in q̃titate. ff. eo. ad leg. Falc. l. 1. & l. his verbis. de hæred. inst. §. itẽ extraneus. de hær. qualit.

> l. legatum est. de leg. 1. & de leg. 2. l. mortis causa. ff. de don. cau. mort. l. si sub conditione dandorũ. ff. si q̃s in ca. testa. l. Mæuius. l. qui hęredi, de condit. & dem. l. si mortis causa. C. ad leg. Falc. Theophil. in § sed qa. de fidei. hær. §. 1. de fideic. hæred. l. cũ pater. in prin. de lega. 2. l. i quartam. ad legẽ Falcid. l. Papinianus. §. quoniã quarta. de inoff. test. l. in quartã. ad leg. Falc.

do legis autoritate iure hæredis, manu propria capimus hæreditatem. Hæredem igitur veteres dominum appellabant: Deinde titulo particulari legatorum, cum res particularis fuerit legata. Est enim legatum delibatio hæreditatis, vel donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præstanda, & hæres præfert iura defuncti actiuè & passiuè, non autem legatarius. Postea mortis capione, vel causa conditionis adimplendæ, qui nec titulus propriè esse videtur, cum nihil testator ipse largiri videatur, sed omnia pendere, & capi arbitrio adimplentis conditionem: speciem tamen obtinet relicti, quia testator eum potuit grauare. Deportati quoque, & incapaces mortis capione lucrantur, tum donatione causa mortis, quæ legatis æquiparatur, tum diuisione & partitione à testatore facta. Accessit deinde ius siue titulus fideicõmissorum, post autoritatem ab Augusto traditam, qua fideicommissa acqui-
6 rimus vniuersalia iure hæreditatis. Vnde Trebelliana, particularia iure legati, vnde Falcidia demitur, postmodum titulo prælegati: quando testator iubet alicui, vt præcipiat, deducat, vel retineat, veluti, prædiolum iure prælegati habeto. Differunt prælegata à legatis, & fideicommissis, quod hæc accipiantur autoritate, & manu propria, & quasi ab ipsa hæreditate separata videantur. Postremò iure, titulove legitimæ Falcidię, vel Trebellianæ, inofficiosi testamenti, legatorum, vel fideicommissorum. Quibus præhabitis ad celeberrimum, ac perdifficile Martiani responsum interpretandum accedamus, quod prius ab oculos & memoriam ponatur. In quartam, inquit, hæreditatis, quam per legem Falcidiam hæres habere debet, imputantur res, quas iure hæreditario, non quasi iure legati, vel fideicommissi, vel implendæ conditionis causa accepit. Nam hæ in quartam non imputantur, sed in fideicommissaria hæreditate restituenda, siue legatum, siue fideicommissum datum sit hæredi, siue præcipere, vel deducere, vel retinere iussus est, in quartam id imputatur. Pro ea verò parte, quam accipit à cohærede extra quartam, idest, quod à cohærede accipitur. sed & si accepta pecunia hæreditatem restituere rogatus sit, id quod accipit in quartam ei imputatur, vt Diuus Pius cõstituit. sed & quod implendæ conditionis causa fideicommissum hæredi datur in eadem causa esse admittendum, sciendum est. si quid verò implendæ conditionis causa hæres accipiat à legatarijs in Falcidiæ computationem non prodesse: & ideo si certum prædium legauerit defunctus, si quinquaginta legatarius hæredi dederit centum legatis computationem fieri, & quinquaginta
7 extra hæreditatem haberi, ne in quartam ei computentur: Sex itaque proponuntur à Martiano: Primum hæreditaria tantum imputari in Falcidiam, non legata, non prælegata, non data causa conditionis adimplendæ: Secundo, omnia hæc aiunt imputari in Trebellianam quæcunque ea fuerint, vno reclamante Cuiatio: Tertio, pro ea verò parte, quam quis accipit à cohærede extra quartam, idest, quod à cohærede accipitur: Quarto, si quis accepta pecunia hæreditatem restituere rogatus sit, id quod accipit, in quartam ei imputatur. Quinto: sed & quod conditionis adimplendæ causa datum fuerit, hæredi imputatur in quartam. Sexto: si quid hæres acceperit à legatarijs implendæ conditionis causa, in Falcidiæ computationem minimè prodest. Sex igitur patent in hoc textu partes, in quibus latet fouea, lapsus, ac
8 præcipitium interpretum. Hic siquidem durus est ille lapis, quem Doctores ipsi, nec dentibus conterere, nec mandere, nedum digerere vnquam potuerunt. Durus siquidem, asper, & infrangibilis in duabus partibus, tum in differentijs Falcidiæ, & Trebellianæ reperiundis, eorum scilicet, quæ imputari debeant; tum etiam, pro ea verò parte, in ratione indaganda, cur ea, quæ deformiter

formiter capiuntur, iure nempe legati, & hæreditario, non debeant in Tre-
9 bellianam imputari. Bartolus perterritus tertia quæstione fatetur, nullam posse huius rei solidam inueniri rationem. Et Alexander turbatus, eò, quo miseri rectè confugiunt, pueriliter tendit, & sese recipit: Non omnium, inquiens, quæ à maioribus nostris tradita sunt, ratio reddi potest. Quamobrem libentius vobiscum per montem tractandum, voluendum, & reuoluen- l. non omnium. de leg.
10 dum aggrediar ingens Sysiphi saxum. Testator igitur, vt speciem litis proponamus, plures sibi instituit hæredes. Primum grauauit multa soluere legata, eidem fundum, vel pecuniam legauit, iussitq; legatarios sibi iure fideicommissi, vel conditionis implendæ causa aliquid dare. Secundum verò hæredem rogauit deducto prædio, vel certa pecunia, vt partem suam extraneo restitueret: grauato fundum sibi iure fideicommissi, vel conditionis implendæ gratia dare: Tertium insuper hæredem dare voluit fundum centum aureis dignum Sempronio, si Sempronius sibi daret quinquaginta. Defuncto testatore, hæredes conuenti ad soluenda legata, & fideicommissa obijciunt detrahendam fore Falcidiam & Trebellianam, & prætera sibi deberi etiam legata, & fideicommissa. Negant legatarij, tot esse imputanda. Quare Metianus consultus, vt supra respondit, In Falcidiam imputari omnia, quæ iure hæreditario capiuntur non quæ aliunde, aliove titulo: In Trebellianam verò omnia vndequaque acquisita computari. Cur quæso diuersum? Hinc pendent leges, & Prophetæ. Præterea, pro ea verò parte respondet, vt vulgo fertur, quod hæres grauatus restituere, si quid à cohærede acceperit pro ea parte, quam ipse à cohærede accepit, extra quartã Trebellianam id esse, hoc est, non esse imputandum, quod accipit iure legati, vel prælegati, tacitè innuens pro altera parte, qua capit, vt hæres, & sic iure hæreditario id fore imputandum. Sed cum supra dixerit in secunda parte omnia in Trebellianam imputanda; vel, si iure hæreditario capiantur, vel aliunde, siue legatum siue fideicommissum datum sit hæredi, siue præcipere vel deducere, vel retinere iussus est, qui fieri poterit, vt id pro parte, quæ à cohærede capitur, in hanc Trebellianam non imputetur? Ecce indissolubilis nodus. Quæ omnia, vt dilucidius pateant, notemus quæso eum expositoribus, quod in Falci-
11 diam omnia imputantur, quæ hæres iure hæreditario perceperit: Et in hoc differt ipsa à Trebelliana. Notemus, quòd in eandem Falcidiam non imputantur legata, non fideicommissa, non data causa conditionis adimplendæ, nec quæ alio quocunque peruenerint titulo, vel modo à iure hæreditario diuerso. Hæc enim omnia capiet hęres, vti sibi pręcipua, & pręter quartam Falcidię. Et in his differt à Trebelliana, cum in illa hęc omnia includi pos-
12 sint. Ratio verò differentię est durus ille lapis. Et hęc ab omnibus recepta sunt, vno tamen reclamante Cuiatio. Notant pręterea, pro ea verò parte, quam quis acceperit à cohęrede, id sibi in Trebellianam non imputari, quamuis pro altera parte, quam, vt hęres capit, id sibi in Trebellianam ascribatur. An propter deformem capionem, vel propter aliud? Hoc opus, hic labor est. Vtrinque instructas, paratasq; acies tam citra, quàm vltra Gallię alpes conspicimus. Omnes siquidem glorię studio ad supremos iuris apices, ad hanc legem, in quartam, propius accedere enixè contendunt. Quare gemina indutus arma hanc totam circumibo, & lustrabo palestram. Primum igitur dico: in Falcidiam, & in Trebellianam hęc vel illa imputari, quia iure ciuili ita receptum est, quia huiusmodi forma Falcidię, & huiusmodi Trebel-
13 lianę, à legibus pręscripta fuit. Alij potiorem eam esse putant rationem, fauore fideicommissarij vniuersalis hoc inductum esse, vt plura imputentur in quartam

poris hæreditarij.pecunia quippe tota intelligitur de parte hæredis, & sic hæreditaria: ergo imputanda in quadrantem, vel Falcidię, vel Trebellianæ; Admitto: At corpus hæreditarium non totum accipitur de parte hæredis, & sic iure hæreditario portionis suæ, sed de communi, hoc est partem etiam à cohę- l. deducta. §. nummis. ff. ad S.C. Trebel.
17 rede, vel cohæredibus. Hucusq; verũ. Ergo non põt imputari in Falcidiã illa portio, quia legata non imputantur in eam, & id verum admitto. Ergo nec in Trebellianã. Hæc vtique negabo, & dicam falsa, quoniam in Trebellianam legata, prælegata, & huiusmodi omnia includuntur. Nec textus ait magis in hanc, quàm in illam quartam imputandam, & licet positus sit sub Senatus consulto Trebelliano, debet tamen in habilibus terminis intelligi, quinimò ibi Falcidia nominatur. Nec eorũ comprobat sententia, quod si legatum hæredi fuerit relictum, & ipse rogatus portionem hæreditatis restituere, id solum non tenetur restituere, quod à cohærede accipit. Quod verò à semetipso ei relictum est, in fideicommissum cadit, quia hic nõ agitur de imputatione, l. si uno, ff. locati. l. habeat vnusquisq;. C. de sacro. Eccl. l. in fideicõmissariam. ff. ad S.C. Trebell.
18 sed de restitutione tantum. Nec officit responsum Vlpiani lege, si Titia, ad legem Falcidiam. ibi enim de prælegato post hæredis institutionem, & de parte detrahenda iussu potius testatoris, quam ex lege consulitur, & eo iussu in partem quartam assseritur imputari duodecimam partem prædiorum, hoc est quartam tertiæ partis hæredi ascriptæ. At omissis legibus, quæ solent per inductiones in partem vtranque ingeniose flecti, communem eam intelligen-
19 tiam sic impugnamus. Cuius natura est heterogenea, id potest deformia, & multigena in se imputare. Sed Trebelliana heterogeneam habet naturam. Ergò sibi potest deformia ac multigena imputare. Maior à natura rei probatur, vt nullam iure recipiat negationem. Minor probatur passim in iure ciuili, maximè vero à Martiano in hac lege, in quartam: Ergo quod deformiter capitur, partim scilicet iure hæreditario, partim iure legati, in Trebellianã imputabitur, cuius natura est, ut sibi hæreditaria, & non hæreditaria asciscat. Quod itaque putant argumentum hanc quartam impugnare; id porro eam potius tuetur, fouet, & auget. successit postmodum aliorum interpretatio, = Matianum in versiculo, pro ea vero parte, locutum de prælegatis, quodque
20 prælegata non ueniant imputanda, quasi velit testator, ea præcipua hæredi futura, quod tamen calumniari uidetur, violare, & nimium stringere verba legis. Possum enim à cohærede tam legatum, quam prælegatum accipere, & vt Ripa ait paulò superius, Iurisconsultus prælegata in Trebellianam imputari dixit, siue præcipere, vel deducere, vel retinere iussus est, in quartam id imputatur. Si ergo in sequenti uersiculo excludit prælegatum pro parte capta à cohærede, semetipsum statim repugnantia locutus repræhendisset. Addo ego, quòd si prælegatum partim capitur iure hæreditario, partim iure Ripa in l. in quartam, nume.70.
21 legati: Ergo totum imputabitur in Trebellianã. Probo, quoniã hæc habet naturã heterogeneam, ut supra, sed aliud sensit postea doctissimus Cuiatius, qui libro octauo obseruationum suarum, capite quarto, omnia confundens, audacter contendit nullã esse differentiã inter Falcidiã, & Trebellianã, quasi quod oĩa, quæ in vnam possunt, in alterã ẽt possint imputari. Vereor, inquit, ne deceperit nos hactenus lex, in quartam, ad legem Falcidiam, ex qua hanc differentiam admittimus esse inter eam quartam, quæ ex legatis deducitur, & eam, quæ deducitur ex fideicommisso hæreditatis, & acertimè contendit, legata in omnibus exæquata fideicommissis, & fideicõmissa legatis. Nec Pegasianũ, nec Trebellianũ Senatus consulta aliã quartã præter Falcidiã intro duxisse, sed præter eam cautiones tñ, & stipulationes inter hæredes, & fideicommissarios, vel legatarios, his nixus fundamentis, quod neque data con- Cuiatij lect. lib. 8. obseruationum cap. 4. §. Sed qa, de fideicom. hæred.

V ditionis

in l. in ratione. §. tamesi si. ff. ad l. Falcid.
in l. Elium, quem habentem. C. fam. ercisc.

ditionis implendæ gratia imputari in Trebellianam, Martianus met ipse te-
status fuerit, quod sanè Duarenum, ac alios adeo vrget, vt elingues potius,
mutiq; videantur. Sed de his infra agemus in proprio eo versiculo (sed & quod
implendæ conditionis) & quod neque legata, neque fideicommissa imputen
tur per rescriptum imperiale familiæ erciscundę ostendemus. Quia verò
quot homines, tot etiam sunt sententię id interpretantes, nihil penitus proba
re videtur. Asserit etiam mendosum esse textum, & aliter legi in Basilicis, vt
infra declarabimus. Postremò secundæ partis illius, sed in fideicommissaria
sensa suo marte aperiens. Generalis inquit sentētiæ prioris explicandi causa
subiectum opinor, vt in fideicōmissaria hæreditatis restitutione imputet hæ
res in quartam ea, quæ præcipere, retinere, deducere iussus est tanquam ex
hæreditate ea capiat, & legatum, siue fideicommissum ei datum pro sua, sci-
licet parte, quoniam pro ea parte res legata iure hæreditario capitur: pro ea
vero parte, quam accipit à cohærede, vt consequenter lex subijcit extra
quartam idest, quod à cohærede accipitur. Compensabitur tamen inquit
cum Falcidia, si quis desideret à cohæredibus, à quibus legatum accepit, &
22 quibus vicissim ipsam hæreditatem restituere rogatus est. Hæc Cuiacius. Ex
quibus innuit eiusdem rei parte imputari in Trebellianam, partē uero in Fal
cidiā. Sed Martianus in eo versiculo vnam tantum prospicit, cōtemplaturq;
quartam, & extra hanc vnam quartam asserit partem huius rei esse extra: al-
teram verò partem esse inclusam intra. Quamobrem longè diuertit à lege,
totoq; errat cęlo: frangit etiam, & pessundat solida fundamina iuris pruden-
tię. Sed in tam arduis iuris apicibus summis quoque viris venia est haben-
da, quandoque enim bonus etiam dormitat Homerus, & plura esse genera
23 quartarum, pluresq; etiam differentias, nemo inficiari potest. A pluribus
enim legibus plures etiam decretę delatęq; fuerunt quartæ, vt à Falcidio le-
gatarijs Falcidia, à Trebelliano, vel Pegasiano fideicommissarijs Trebellia-
na, A Glicio liberis iniustè præteritis, vel exhæredatis legitima. Iccirco ge-
nera quartarum, & earum differentias indagabimus, tum augmentum, &
computationem legitimæ ad praxim deducemus. Quartarum genera plu-
ra esse satis omnibus constat. Hęc enim sunt, legitima, Falcidia, Trebel-
liana, quarta patrono, quarta arrogato, vxori, inopi, & liberis naturalibus,
24 aliisque debita. Nos verò de primis, ac præcipuis tantum sermonem ha-
bebimus, legitima differt à Falcidia, à Trebelliana, quoniam est quota bo-
norum: Falcidia verò, & Trebelliana apud aliquos est quota hęreditatis.
Ideo legitima sumitur deducto ære alieno: & cum ipsa sit quarta bonorum
non transeunt iura defuncti actiua ac passiua in eam. Propterea, qui eam
possedit, non potest à creditoribus hæreditarijs conueniri. Secundò in le-
gitimam nullum onus, nec iubente testatore potest imponi: Tertiò legiti-
ma non potest prohiberi, quamuis hodie Falcidia, & secundum commu-
nem opinionem Trebelliana quoque prohibeatur. Quartò in legitimam
imputantur, quæ quis habuit inter uiuos, in Falcidiam verò quæ solo iure
25 hæreditario capiuntur, & in Trebellianam, quæ iudicio testatoris. Demum
fructus non ingrediuntur legitimam, nec Trebellianam, vt vulgo fertur in
liberis primi gradus. Quę in Trebelliana, an vera sint, ex infrascriptis infe-
rius apparebit. Quare Paulus Castrensis affirmauit filijs imputari fructus
saltem in Trebellianam, si filij duas deme rint ex fideicommisso quartas, le-
gitimam scilicet, & Trebellianam. Falcidia verò à Trebelliana quemadmo-
dum differat, satis superque supradictum est. Deinde aucta fuit legitima à
Iustiniano pro numero liberorum, vt quatuor, vel paucioribus triens debea-
tur.

Auth. nouissima. C. de inof. testam. l. 1. in fine. ff. si cui plusquam per l. Falcid. l. si arrogator de adoptionib.
Auth. præterea. C. vnde vir, & vxor, Auth. de trien. & sem. §. consideramus.
l. Papin. §. quarta, de inof. test. Iusti. de lege Falc. §. vlt.
l. quoniam in priorib. C. de inof. test. l. si debitor. l. pater filiū. ad l. Falcid.
Aut. sed cū testator. C. ad l. Falci. §. aliud quoq; capitulum.
Aut. ut cū de app cogn. l. sancimus. §. repletionē. l. quā nouella. l. omnimodo. C. de inoff. test. l. iubemus. C. ad Trebell.
Pau. Castr. in l. mulier. § cum pręponeretur. ff. ad Trebell.

26 tur: quinque verò vel pluribus semis. Quare si auus ex filio præmortuo quinque susceperit nepotes, his semis debetur. At si auus habeat filium, & ex altero filio quinque nepotes, horum legitima erit triens, quoniam quinque illi vices gerunt vnius eorum patris. Haud secus ac si auo ex vno filio tres nascantur nepotes, & ex altero tres itidem nepotes, adhuc legitima

vt in . pe. no in fine. C. de inoff. test.

27 erit triens: Postremò Duareni succedit intelligentia, quod in versiculo, pro ea vero parte, loquatur Martianus de Falcidia, non de Trebelliana. In prima enim parte in Falcidiam imputari proposuit ea tantum, quæ iure hæreditario capiuntur: In secunda vero de Tribelliana, nempe in Trebellianam, non solum hæreditaria, verum etiam legata, prælegata, retenta, & huiusmodi computari. In tertia verò parte reuertitur ad primam, nempe ad Falcidiam, & quærit quid iuris, si corpus hæreditarium à cohærede capiatur. Prius enim de simplici locutus fuerat, nunc verò de multigeno quęrit, de eo scilicet, quod deformiter capitur, partim hæreditatis, partim legati iure, & ait, quod à cohęrede accipitur, hoc est, quæ pars iure legati acquiritur, extra quartam falcidiæ est: neque enim in Falcidiam contribuenda legata, neque alia præter hæreditaria. Quod verò à se, vt à cohærede accipit,

28 id profectò veluti hęreditarium imputari. Hanc sanè Duareni intelligentiam amplectimur, & longè veriorem cęteris præferendam putamus. Per eam enim cessant absurda: cessant tonitrua, fulgura, cęlique tempestates, & in iure ciuili, veluti in cęlo sidera quoque clarissima fulgent, & rationi naturali maximè concinit, vt vna eademque res diuersa ratione in his legibus

l. id aût § sane, ad l. falci. l. in fideicommissariã ad Trebell l. eũ qui ędes, de vsucap.

29 diuersimodè capiatur. Subsequuntur tres alię partes responsi Martiani. Primò inquit, sed si accepta pecunia hæreditatem restituere rogatus sit, id quod accipit in quartam ei imputatur: pecunia igitur accepta in Trebellianã imputatur, vt Diuus Pius constituit, & iam reuertitur ad Trebellianam, de qua in secunda parte. Secundò inquit: Sed & quod implendæ conditionis causa fideicommissum hęredi datur, in eadem cã esse, sciendum est, vt scilicet imputetur in Trebellianã: data cõditionis implẽdæ gratia, i hãc quartam imputantur: De hac maior est quęstio. Tertiò subdit: Si quid vero implendæ conditionis gratia hæres acceperit à legatarijs in falcidiam non ingreditur. Ergò si prædium dignum aureis centum legauerit testator, si hæredi legatarius dederit quinquaginta, centum ingrediuntur quartam, & quinquaginta extra hæreditatem habebuntur, nec imputabuntur in falcidiam. Et clarè differt hæc vltima species à præcedentibus. Sed quia perplexus, & inexplicabilis nodus in præcedenti parte constitutus videtur, quædam e-

30 tiam, antequam coronidem imponamus, referenda putauimus. Cuiatius textum mendosum esse contendit, & sibi deficere in suis Basilicis, vel Florentinis Pandectis verba illa: Sed, & quod conditionis implendę gratia, &c. quod etiam connotasse videtur Lucius Charundas. Deinde obijcit, data conditionis implendæ causa, nec in ipsam Trebellianam imputari. Obijcit autem inexorabilem, & implacabilem eiusdem Martiani legem: tametsi, inquit, ante legis Falcidiæ rationem, quæ conditionis implendæ causa hæredi sunt data, in quartam non computantur, tamen id quod non figura conditionis accipere iussus est, ab eo cui hæreditatem restituere rogatus est, Celso, & Iuliano nostro placuit computari. quod mirum in modum angit Duarenum, & alios, vt nec rectè valeant respondere. ibi enim de fideicommisso, ac Trebelliana agitur. Vrget prætereà euidens ratio, quòd conditionalia non insint in dispositione, nec deferantur à testatore, sed potius pen-

l. in ratione 2. §. tametsi. ad l. falci.

Quibus iuris principijs filia dotata, exclusaq; à statuto in computanda legitima faciat numerum, & augeat eam masculis. Cap. XXIII.

1 *Magna, & celebris quæstio, an filia dotata faciat numerum in computanda legitima, vt augeat eum masculis.*
2 *Filia dotata non habet partem aliquam portionis sibi debitæ ab intestato.*
3 *Quarta debita portionis sufficit ad excludendam querelam.*
Filius exhæredatus facit partem alijs, est impedimento eis, ne suam capiant partem.
4 *Deportati, & Monachi non computantur in numero liberorum.*
5 *Dilemma, aut legitima accrescit iure hæreditatis, aut iure legitimo, sed neutro modo. Ergo.*
6 *Probatur.*
7 *Fulgosii responsum, quod nihil masculis accrescit.*
8 *Dos an succedat loco legitimæ, hoc est valde controuersum.*
9 *Legitima computatur pro numero filiorum habilium, & hoc ponit falcem ad radicem.*
10 *Præseruatum à statuto nomine dotis, succedit loco legitimæ.*
11 *Quod perdit exclusus, acquiritur incluso.*
12 *Aut quis est penitus exclusus, aut non penitus exclusus.*
13 *Hæc est illa profunda quæstio, in qua Baldus. & alij sibi ipsis contrarij extitere. Butrigarius in iuuentute vnam, in senectute alteram secutus est partem.*
14 *Retrahitur quæstio ad sua principia, & per ea resoluitur.*
15 *Si quid fuerit filiæ præseruatum nomine dotis legitimæ, vel hæreditatis, tunc ingreditur numerum liberorum, & masculis augebit legitimam.*
16 *Diluuntur opposita argumenta.*
17 *Præseruatum est loco portionis sibi debitæ.*
18 *Exhæredatus aut admitti speratur, aut non speratur admitti.*
19 *Solutio dilemmatis suprascripti.*
20 *Dos aut est, quanta est ipsa legitima portio, quarta scilicet, aut non est tanta legitima, cum habeat ius accrescendi respectu legitimæ, & respectu hæreditatis.*
21 *Pars quæ negatur filiabus, datur filijs masculis per remotionem obstaculi.*
22 *Dotem in pluribus succedere loco legitimæ.*

MAGNA inter celebres iurisconsultos extitit controuersia, an filia dotata exclusa per statutum à paterna successione stantibus
1 masculis faciat numerum, & augeat masculis legitimam?
2 Quod itaque filia dotata, & exclusa hunc non augeat numerũ, vt legitima fratribus quatuor à triente crescat ad semissẽ, sic argumentari possumus. Quibus legitima data est, hi tenent quartam, vel minus ea debitę portionis ab intestato: Sed filia dotata, & exclusa non habet dotem vti partem portionis sibi debitæ ab intestato: Ergò filia dotata, & exclusa non habet legitimam, ergo non potest filiorum numerum augere circa legitimam. Maiorem probant: quoniam quarta debitæ portionis sufficit ad excludẽdam querelam, debitæ inquam ab intestato,

vt plerique interpretantur: Minorem autem demonstrant verba statuti, Fi-
liam dotatam à successione patris intestàti excludentia. Deinde filius exhæ-
redatus facit partem alijs, hoc est, impedimento est alijs, ne capiant hanc
portionem. Sed filia dotata à lege municipali est exhæredata, ne patri suc-
cedat, stantibus masculis. Itaque partem facit fratribus, idest, impedimen-
to est eis, ne capiant hanc partem. Vnde legitima non augebitur. Huius-
4 modi sunt etiam Deportati, & Monachi; qui non computantur in numero
liberorum, nec augent quartam. Præterea, si legitima liberis ita augetur,
5 dilemmate vtimur: Aut legitima alijs accrescit iure hæreditatis, aut iure le-
gitimæ: Sed neutro iure potest augeri. Ergo non augetur: probo partes:
6 Non enim iure hæreditario, quoniam filia dotata iam est exclusa ab hæredi-
tate, & legitima non est quota hæreditatis: Non iure legitimæ, quia iure
accrescendi (vt sentit Baldus) non augetur legitima. Probat hoc idem Bal-
dus; Ius accrescendi est ius vniuersale, & vniuersaliter acquiritur: Sed ius
succedendi in legitima est ius particulare, quia legitima non est quota hære-
ditatis, sed bonorum: deductoq; ære alieno, & particulariter acquiritur.
Tum sic argumentatur: inter coniunctos coniunctione legali in particulari
successione non habet locum ius accrescendi, sed in successione vniuersali.
At in legitima non succeditur vniuersaliter, immo potius particulariter, Igi-
tur in ea non datur ius accrescendi. Quare Fulgosius de iure, ac statuto Vi-
7 centino consultus respondit, nihil masculis accrescere; quòd ius accrescendi
sit indiuisibile, nec locum sibi vendicet, nisi quando portio simul tota desc-
cerit. At pars fœminæ tota non vacat. Dos enim sibi remanet. Quam-
obrem si residuum dotis, siue legitimæ accresceret masculis, id vtique con-
tingeret per partes, quod fieri impossibile est, cum indiuisibilia per partes di
uidi secari ve nequeant. Insuper, si filia dotata auget maribus legitimam,
8 dos equidem succedit loco legitimæ. Sed hoc valdè controuersum est, imo
aliquibus falsum esse videtur, quia dos non defertur iure successionis, sed
tanquam æs alienum, imo filia hæc est exclusa à successione. Legitima verò
9 iure successionis defertur. Denique, legitima computatur pro numero li-
berorum habilium, non autem inhabilium. Sed hæc filia est inhabilis, vt
pote quæ exclusa. Ergo nec liberorum numerus, nec legitima augebitur.
Et hoc falcem ad radicem ponere videtur. Contrariam verò sententiam ce-
lebres quoque, & insignes iurisconsulti secuti sunt. Quod itaque filia dota-
ta, & exclusa augeat fratribus numerum & legitimam, sic probare consueue-
10 runt. Quod præseruatum est à statuto mulieribus nomine dotis, id succe-
dit loco legitimæ, vel hæreditatis suæ, ergo mulier succedit in legitima, vel
in hæreditate, ergo ingreditur filiorum numerum pro legitima, & augmen-
to eius. Antecedens probant iura quædam municipalia apud quasdam
nationes, quædam verò negare videntur. Quamobrem diligenter erunt
verba statuti perpendenda. Aretinus siquidem exclamat, huius rei verita-
tem ab ea pendere quęstione, an dos succedat loco legitimæ? est enim quę-
stio coniecturalis, & valde controuersa, maximè propter verba, ac formulas
statutorum. Deinde probant per actum exclusionis, & inclusionis. Nam
11 in conflictu horum, quod perdit exclusus, acquiritur incluso: & fauore ma-
sculinæ prolis, cuius contemplatione exclusæ sunt fœminæ. Accedit, quod
aut quis est penitus à lege vel testatore exclusus, aut non est penitus exclu-
12 sus: primo casu nec numerum producit, nec auget legitimam, cum pro mor
tuo habeatur, & cum legitimam leges modetentur pro numero liberorum
habilium, non autem superstitum, vt supra expositum est. Qua ratione Dua-
renus

Bal. & alij in l. Papinian⁹. §. qm̃ quarta. ff. de inof. te. d. §. quoniã quarta. l. 3. §. sæpius. de coniung. cum em. lib. l. 1. in fi. de bo. poss. cont. tab. clem. exi ui de paradiso. Castr. in l. voica §. 1 primo. C. de caduc. toll.

Bal. in auct. nouissima. C. de inof. testa. q. 7.

DD. in l. re coniuncti. de leg. 3. l. Papinian⁹. § quarta autem. de inoff. test.

l. & Proculo. l. qui duobus. de leg. 2.

Fulg. consi. 26. incip. Statuto ciuitatis Vincẽtiæ.

Cyn. Saly. & Bal in l. sanci m⁹. C. d nop.

Auct vt cũ de appel. cogno §. aliud quoque cap:

l. nõ pro numero. C. ad Orfi. auct. nouissima C. de inoff test. l. 1. §. si pater. de cõiung. cum emancip. lib.

Bar. in l. Titio cẽtum §. Titio genero. de condi. & demonst.

Areti. & Ias. in l. plane. §. si duobus de leg. 1.

Bart per illũ text in l. 1 §. si pater, d cõiug. cũ eman. li. l. post le. §. amittere. ff. de his qui vt indign. l. qd fauore. de le.

renus demonstrat ius accrescendi non vigere in legitima: secundo vero casu,
si non est penitus exclusus, vt si quid sibi fuerit à lege præseruatum loco le-
gitimæ, vel successionis, quæ sibi deberetur, vt si filiæ ita fuerit dos à statuto
præseruata, filia dotata, quamuis exclusa faceret numerum, & augeret legiti-
13 mam. Hęc est illa profunda quæstio, in qua Baldus, in qua Socinus, & ple-
riq; alij sibi ipsis contrarij extitere, & in qua Antonius Butrius se in iuuentu
te Pompeianas partes, in senectute vero Cæsarianas secutum esse, & exi-
14 mios Doctores fluctuare, ac vacillare profitetur. Hanc itaq; tam arduam
quæstionem ad principia iuris retrahamus, ac per eadem resoluamus, nem
pe ad mentem legislatorum, qui condidere statuta. Nam si iusserint filiam
dotatam quacunque dote fore contentam, nec quicquam posse petere hæ-
reditatis paternæ ex testamento, uel ab intestato, ipsam penitus excludēdo,
tunc filia dotata, aut nullum faciet numerum, vel si quopiam modo faciet,
15 profectò non augebit legitimam. Si vero aliquid pro dote sibi præseruaue-
rint pro eo, quod habitura fuisset, & sic pro legitima, vel hæreditatis portio-
ne, vtique vigore huiusmodi præseruati filia dotata, & à residuo exclusa nu-
merum, & legitimā ingredietur, vt liberorum numerum, ac legitimam pro-
ducat, & augeat: qualis etiam legitur communis interpretum, & consulen-
16 tium opinio. Nec aduersæ sententiæ iacta fundamenta, quin subruantur,
defendi possunt. Non primum: filiam dotatam & exclusam non habere do
tem, vti partem portionis sibi debitæ. Nam si dos à statuentibus præserua-
17 ta fuerit, loco huius portionis, vtique corruet hæc ratio. Non secundum:
18 filius enim exhęredatus, aut admitti speratur, & tunc partem facit, & est im-
pedimento alijs, aut non speratur, & non est impedimento cęteris, ut repu-
diantis portio cęteris accrescat, quemadmodum opposita iura indicāt. De-
portati, & Monachi pro mortuis habentur, quia penitus exclusi. Sed huic
dos est præseruata loco debitæ portionis, quamuis à residuo filia sit exclusa:
soluitur quoque dilemma: legitima, aut augetur iure legitimę, aut iure hę-
19 reditario. Nam si non est prorsus exclusa, patet posse augeri iure hæredita
20 rio. Prę terea; Dos, inquit Baldus, aut est tanta, quanta ipsa legitima portio,
aut non est tanta: si tanta fuerit, & fiat caduca, cęteris accrescet, si non tan-
ta, non potest accrescere, quia tale ius est indiuisibile (pars enim legitimę es-
set portio iuris indiuisibilis) quod aut totum accrescere debet, aut nihil. Et
infert Baldus legitimam habere ius accrescendi, non solum respectu legiti
mę, ut quando dos totam imbibit legitimam, sed etiam respectu hæredita-
tis, quæ alteri accrescit. Cum itaq; dos sit præseruata loco portionis hæredi-
tariæ, vtique potuit iure accrescendi cæteris accrescere. sunt etiam qui inge
niosè respondeant, hanc partem, quę applicatur masculis propter exclusio-
nem fœminarum non deberi iure accrescendi, cum fœmina exclusa sit inca-
21 pax masculo succedente, sed per remotionem obicis, per remotionē inquā
ipsius fœminę exclusę, seu per ablationem factam ipsi fœminæ à statuto. Pa
tet insuper dotem, vt supra præseruatam, in plurimis succedere loco legiti-
22 mę, ipsamque filiam dotatam eatenus habilem fore, quatenus sufficiat ad
numerum producendum, legitimamque augendam. Et hæc omnia ad
mentem legislatorum, seu ad proprium iuris ciuilis principium retraximus,
& ab eo in suas conclusiones deduximus, ut artificiosam iuris rationem hoc
opere insinuemus.

refertur Bru nus Alten. ar tic. xj. q. 2. nu me. 16.

Rom. consi. 134. pro declaratione. Brun. ibide.

& l. qui repu diātis, de inoffi. test.

vt Bald. in l. Papinianus. §. vnde si qs. de inoffi. test. Brun. statutibus masc. articu. 13. q. 3. nu. 51.

Quo iure, quove modo ineunda sit computatio legitimæ liberorum, quando soror fuerit dotata, & exclusa à statuto. Cap. XXIIII.

1 *Quomodo computanda. & detrahenda sit legitima.*
2 *Tres referuntur opiniones.*
3 *Prima opinio, quod filia dotata faciat numerum, sed non augeat legitimam masculis.*
4 *Ratio huius, quia ius accrescendi, non datur nisi tota portio deficiat.*
5 *Opinio secunda, quod dos imputetur in legitima, puta semisse, & quod ex semisse detrahatur. Hæc æquior visa est, ne pater cogatur dare liberis legitimam, & præterea dotem filiabus.*
6 *Tertia opinio, quod dotes detrahantur de toto patrimonio, deinde legitima sumatur.*
7 *Quia legitima est quota portionis debitæ ab intestato, & masculi exclusis dotibus in tota hæreditate succedant.*
8 *Prima fuit reiecta tanquam absurda.*
9 *Secunda celebratur ob æquitatem.*
10 *Computatur legitima, secundum hanc secundam opinionem.*
11 *Computatur legitima, secundum tertiam opinionem.*

CONGRVENTI ordine quæritur, cum hactenus ostenderimus
filiam dotatam, & exclusam, liberorum numerum, & legitimã
ita augere, vt si vna fuerit soror dotata, & quatuor fratres grã-
uati hæreditatẽ restituere, legitima ex fideicõmisso sit semis,
1 non autem triens, vel pro minori numero; vt sit triens. Quæ-
ritur inquam, quomodo computanda, & detrahenda sit hæc legitima? In
hac quæstione tres referuntur prudentum sententiæ, quorum prima fuit, qđ
filia dotata faciat quidẽ numerum, sed quod non augeat masculis legitimam
2 suam, sed ipsi tantam capiant legitimam, quantam caperent, si soror hæc
succederet. Quæ sententia ab aliquibus Baldo ascribitur, qui hac in re sibi
ipsi sępe numero contrarius fuit; testanturq; filiam habentem vnicum tantũ
denarium pro dote, censeri totã legitimam sibi debitam habere. Facit enim
partem, & numerum, & dicitur totam suam possidere legitimam: nihil ta-
men propterea accrescere portionis suæ maribus. Ratio ea potuit esse, quod
ius accrescendi, non vindicat sibi locum, nisi tota deficiat portio accrescen-

> l. & Proculo placuit. l. si duob. & le. 2.

3 da. Ius enim accrescendi, vt supra diximus, est indiuisibile, & caret partibus.
Sed dos sororis non est integra legitima sua. Vnde portio, quæ vacat, & de
qua agitur, non potest cæteris accrescere. Et per hanc sententiam filia do-
tata, & exclusa facit quidem numerum in computanda legitima, sed propte-

> Fulg. & alij. in l. re cõiun ctì, de leg. 3. Paul. Castr. in l. huiusmo di §. si Titio. de leg. 1. l. omnimodo l. quoniã nouella. § parentibus. C. de inoff. test.

4 rea nihil augetur masculis in eorum legitima de portione sororum. Secun-
da verò fuit opinio, quod dos, vel dotes imputentur in semisse, siue in ipsa le-
gitima, & quod ex semisse detrahuntur, vt residuum cedat masculis pro eo-
rum legitima. Hæc Fulgosio ascribitur. Hanc secutus est Paulus Castrensis
aliijque. Huius ratio est: Nam alioquin sequeretur absurdum, nempe teneri
5 parentem dotare filiam, ac insuper integram legitimam, siue semissem liberis
relinquere, cum tamen iure Romano, & dotes, & quæcunque dederint pa-
rentes in legitimam computanda sint. Et præterea dos in pluribus succedat
loco legitimę. Et hæc sententia æquior omnibus existimata fuit. Tertia suc-

cessit

cessit opinio, quòd dotes prius detrahantur de toto patrimonio, tanquam ęs
6 alienum; deinde ex tota residua hæreditate dematur triens, vel semis, vt nu
merus liberorum vnà cum fęminis exegerit, & hoc cedat masculis pro legi-
tima eorum, quæ denique magis placuit Baldo. Hanc Angelus, hanc Rapha Bal. in l. Papinianus. §. vnde si quis. de inoff. test.
eles, & Brunus Astensis, qui has omnes connumerat sententias, communem,
& in puncto iuris veriorem, & secundum eam consuluisse collegium Pataui-
7 num attestantur. Fundamentum huius est, quia legitima est quota portio- Brun Astéſ. ſtatut. masc. artic. 13. q. 3. nu. 34.
nis debitæ ab intestato. Sed masculi, exclusis dotibus in tota hæreditate ab
intestato succedunt; Et quoniam cedit maiori vtilitati, & fauori liberorum,
per hanc filiæ exclusæ non possunt facere partem, sed numerum tantum, vt
augeāt maribus legitimam. Hæ sunt trinę illę opiniones, quæ passim in com
putanda legitima circumferuntur in iure ciuili: Hæ sunt etiam earum ratio-
8 nes. Prima fuit ab omnibus ferè reiecta vti absurda, & sibi ipsi repugnans,
dum numerum facit pro augenda legitima, nō tamen auget masculis, quibus
proculdubio augmentum spectare debet, saltem per remotionem obstaculi
9 iure sibi delati à statuto. Secunda magnopere celebratur à summis viris,
propter summam eius ęquitatem: conuenit enim ęquitati, & naturæ. Nam Castr. in d. §. si Titio Bru. AstenSartic. 13. q. 95. nume. 34.
dotes, vt plurimū succedunt loco legitimę pariter cōputādo ab ipsa demun-
tur, & parentes nō teneantur filias dotare, & propterea dare liberis integram
legitimam minimè inclusis dotibus à qua recesserunt aliqui ea subtiliori ra-
tione, quòd dotes non dentur iure institutionis queadmodum legitima, sed
si fuerit dos præseruata, vt supra, cessat hæc ratio, quare & Paulo Castrensi
alijsq; & mihi magis placet hæc opinio, cæteris æquior, secundum quam
vidi pluries iudicari. Pono igitur computationis exemplum, Pater habet
hæreditatem sex millium aureorum: Esto legitima triamillia, esto dos mil-
le: Remanebit vtique legitima à semisse detracta duorum millium. Nam

10 Patrimonium est aureorum	6000.
Legitima semis	3000.
Dos à semisse detracta	1000.
Ergo remanet legitima	2000.

11 Tertiam vero opinionem amplexi sunt magis communiter omnes, à qua
nimium timidi aliqui non ausi fuerunt recedere, quamuis durior, & rigidior
cæteris habeatur. Nam per eam pater tenetur non solum dotes dare filia-
bus, verumetiam integram legitimam masculis, quod iura Cæsaris minimè
patiuntur, ut Brunus quoque ibidem perpendit. Huius autem schema erit
huiusmodi.

As	60000.
Dos dempta ab asse	1000.
Ergo remanet legitima semis	2500.

Sic itaque erit computanda legitima liberorum, quando filiæ dotatæ fue-
rint exclusæ à statuto, & vnusquisque potest proprio marte similia huius cō-
putationis exempla ab oculos ponere, qualia etiam Socinus iunior in quæ- Marian. Socin. cōsil. 25. vol. 1.
stione illa Veronensi. Ego denique secundam sententiam magis recipien-
dam putaui, eo quod propius accedat ad iuris æquitatem.

Quo

Quo nam iure, quibusve principijs Pontificijs, vel Cæsareis filius grauatus sub conditione possit ex fideicommisso detrahere legitimam, & Trebellianam.

Cap. XXV.

1 *De hac re dubia, & perplexa variæ sunt opiniones, an filius conditione grauatus detrahat duas quartas.*

2 *Tres olim fuerunt opiniones apud Iurisconsultos huius quæstionis.*

3 *In hac quæstione communis detegitur error.*

4 *Duas posse detrahi probant per c. Raynutius, & Raynaldus, de testam.*

5 *Per Pomponij responsum in l. 2. & 3. §. idem Pomponius, ad Trebell.*

6 *Qui induit duas personas, geminum potest consequi emolumentum.*

7 *Diuersorum generum, non subalternatim positorum diuersæ sunt species, & differentia.*

8 *Accursij intelligentia in l. quanquam. C. ad legem Falcid.*

9 *Legitima non recipit diem, neque conditionem, sed statim debetur ipso iure.*

10 *Legitima non recipit compensationem fructuum, & debitum exactum non recipit compensationem.*

11 *Species. l. scimus. §. scimus. C. de inof. test.*

12 *Communis est opinio, quæ seruatur in foro, & diu in terris, vt Euangelium, quod filius duas detrahat quartas.*

13 *Proponuntur rationes demonstrantes filium non posse demere, nisi vnam.*

14 *Lex Falcidia dedit potestatem hominibus legandi vsque ad dodrantem, ergo filius non potest duas detrahere quartas.*

15 *A destructione consequentis ad destructionem antecedentis, filius potest detrahere duas quartas: ergo lex Falcidia non dedit parentibus potestatem legandi vsque ad dodrantem.*

16 *Species l. iubemus. C. ad Trebell.*

17 *Patronus grauatus non detrahit, nisi vnam quartam.*

18 *Dempta vna quarta, fractoq; asse, impossibile est aliam demi quartam, quæ sit assis quadrans.*

19 *Duæ lucratiuæ causa simul concurrere non possunt.*

20 *Legitima Glicia dicitur a Glicio autore.*

21 *Legitima, siue Glicia nunquam detrahitur ab hæreditate, sed electa excludet querelam inofficiosi testamenti.*

22 *Filius intestatus non detrahit legitimam.*

23 *Rara, & memorabilis species l. scimus. §. eum autem. C. de inoff. test.*

24 *Admiratur Cuiatius, cur non admittant hi filium duas detrahere eodem tempore, cum à diuersis proueniant fontibus; & maiori onere prematur grauatus pure, quàm grauatus sub conditione.*

25 *Theses nostra.*

26 *Iurisconsulti diffidere cœperunt de æquitate decretalis Pontificiæ.*

27 *Vnde pleriq; execrantur, & exclamant.*

28 *Opinio propria contra magis communem.*

29 *Diluuntur opposita argumenta.*

30 *Cynus putat ex falsa iuris ciuilis intelligentia emanasse decretales illas.*

31 *Emilius Ferretus errores ostendit in illis decretalibus, & ex vna hæreditate non detrahuntur 2. quartæ.*

32 *Reliqua argumenta soluuntur.*

33 *Non licet à separatis arguere, & coniuncta concludere.*
34 *Si vnam detrahit filius, quam detrahat, legitimam ne, an Trebellianam? si legitima est semissis.*
35 *Durum est filium demere etiam legitimam, vltra semissem. Et vno dato inconuenienti plura sequuntur.*
36 *Tam profunda non ingrediuntur obtusa ingenia.*

1 DE re satis dubia, & perplexa variæ semper sunt Iurisprudentũ
sententiæ, vtpote cum in tenebris vagantes rectè ambulare sine duce, & lege propius ad Iustitiam accedere nequeant, qđ illis tum maximè in tam celebri, & frequenti, ac nobilissima quæstione accidisse, omnibus satis compertum est. In hoc igitur tam arduo articulo, An filius grauatus conditione fideicommissi possit duas quartas ex fideicõmisso detrahere, an verò vnam tantum, tres olim
2 apud Iurisconsultos opiniones fuisse repertum est. Quarum prima fuit liberos posse detrahere legitimam ac Trebellianam, legitimam inquam sibi debitam iure sanguinis & naturę, Trebellianam vero ex ipso Senatusconsulto propter onus fideicommissi. Secunda extitit, filium non posse detrahere nisi vnam tãtum, vel quia duæ lucratiuę causę inuicem concurrere nequeãt, vel quia leges non deferant nisi vnam. Tertia successit Canonistarum opinio; aut filij purè sunt grauati restituere fideicommissum, aut sub conditione, vt puta, si sine liberis decesserint, vel simili. Primo casu vnam tantum, secundo verò vtranque posse filios retinere. Nam diuerso inquiunt tempore sumuntur, vt simul confundi nequeant. Quas sanè trinas opiniones glossematarij connotarunt, tum in iure pontificio, tum etiam in Cęsareo. Verum

ait In l. nam & si parentibus. de inoff. test.

3 quoniam hac in re tam vtili, & frequenti detegitur error ferè omnium Iurisconsultorum, & res ipsa celebris ac memorabilis esse videtur apud omnes, par est, vt rationibus, ac legibus ipsis hanc diligenter pensitemus quæstionẽ.
4 Quod itaque duæ possint ex fideicommisso detrahi quartæ, comprobant ex capitulo, Raynutius, de testamentis. Duas ille genuit filias Alterocham, & Adiectam, & rogauit Adiectam, vt si sine liberis decessisset, hæreditatem sorori restitueret, & in restitutione detrahitur legitima, & Trebelliana. Quid
5 ergo clarius? Deinde ex Celsi, & Pomponij responso ad Senatus consultum Trebellianum hęres detrahit à legatis tercentorum aureorum Falcidiam, & insuper Trebellianã à fideicõmisso, proinde duas quartas, vnam ex legatis
6 alteram ex fideicommissis. Insuper qui induit duas personas, geminum potest consequi emolumentum, sed liberi primi gradus, puta filius duas præsefert personas, vnam vti filius, alteram vti hæres grauatus: Ergo duas consequitur quartas, vnam filio iure naturæ debitam, alteram hęredi grauato. Sic filius in bonorum possessione trina induit arma ac triẽnio potitur, vnde libe
7 ri, vnde agnati, vnde cognati. Præterea diuersorum generum diuersę differentiæ diuersas cõstituunt species, & res diuersas. Aliud enim codicilli, aliud testamentum. Sed quarta legitima, & quarta Trebelliana suas habent differentias specificas: Ergo differunt specie, vna à natura, & altera à lege prouenit. Quare vtranque capiet, filius vnam iure sanguinis & naturæ, alteram à
8 lege ab fideicommissum iniunctum. tum etiam id confirmant per imperiale rescriptum. Pater grauauerat filium sub conditione restituere hæreditatem: detrahitur ex fideicommisso Trebelliana, & vt Acursius ibi, alijq; interpretantur, prius detracta fuerat etiam legitima, & inde ex dodrante residuo Tre
9 belliana: & sic duę detrahuntur quartę. Postremò sic nobis argumentari liceat,

gl. in ca. Raynutius, de testam. gl in l. Papin. §. meminisse, de inoff. & in l. quãquam. C. ad l. Falc.

c. Raynu. ca. Raynaldus. C. de testam. l. 2. & 3. §. idem Pomponius. ad Trebell. l. tutor. de his quib. vt indig. l. pen. §. alius. ff. quis ordo in bon poss. ser. l j. §. largius. de succ. edi. tradunt in l. 1. C. de pact. l. si idem. C. de codicil. §. 1. & de inof. test. l omnimodo. C. de inoff. test. to toq; titu. ad Trebell. in l. quanq. C. ad l. Falc.

ceat legitima non recipit diem neque conditionem, sed statim debetur, &
ipso iure deducta intelligitur mortuo testatore; Reliquum vero, vt Trebel-
lianã, & alia tunc demi, & restitui oportet, quando testator disposuit. Pro-
bo, & declaro: Filius grauatus fuit à patre onere fideicommissi; hæreditas
autem fideicommissaria non potest restitui nisi eueniente conditione, vt pu-
ta, si sine liberis decesserit, & tunc necessario demitur Trebelliana authorita
te Senatus consulti. & de hoc nulli dubium, sed huic filio grauato debetur
10 legitima iure sanguinis, & hæc legitima non recipit diem, nõ conditionem,
onusve aliquod, sed statim debetur à morte testatoris, vt nec recipiat com-
pensationem fructuum: quoniam, vt egregiè retulit ibidem Baldus, debitum
11 exactum non recipit compensationem. Cum itaque vnum sit fideicommis-
sum, sed duo eius tempora spectanda, vnum mortis testatoris, alterum condi
tionis fideicõmissi adimpletę, & iusserit legislator Iustinianus filio debitũ de-
tractũq; iri legitimam statim mortuo patre ante diẽ restituẽdæ hæreditatis
fideicommissariæ, & pateant Senatus consulta, Trebellianam deberi detra-
hiq; non ab initio, sed cum restituitur ipsa fideicommissaria hæreditas, vtiq;
patet, ratione diuersi iuris, & ratione diuersi temporis filium grauatum duas
detrahere quartas. Hanc Canonistarum opinionem, Cęsarei quoque omnes
12 fere communiter sicuti sunt. Hanc ex consuetudine obseruari testatur Bar-
tolus: Hanc perhibent nonnulli diu seruatam in terris, tanquam Euange-
lium, potissimum temporibus Accursij, & Azonis. Quod si firma satis appa-
ruerunt arma pro quadrante vtroque deprompta, videamus quæso, an soli-
diora forte ea sint, quæ pro vna tantum quarta demenda, & sustinenda eli-
cientur. Quod itaque vnam eãrum possit filius detrahere quartam, ex fidei-
13 cõmisso sic per has legitimas consequentias probamus: lex Falcidia liberam
dedit ciuibus Romanis potestatem legandi, vsque ad dodrantem. Ergo fi-
lius grauatus sub conditione, non debet detrahere duas quartas. Antecedẽs
probat lex ipsa Falcidia; consequens probatur. Nã si filius detraheret duas
quartas, pater non posset vtique testari vsque ad vncias hæreditatis nouem,
14 quod negari non potest. Præterea argumentari, probareq; liceat à destru-
ctione consequentis, ad destructionem antecedentis; Filius grauatus condi-
tione detrahit duas quartas: Pater igitur non potuit legare vsq; ad dodrãtẽ,
sed ad semissem. Consequens falsum, Ergo & antecedens. Ecquis poterit
15 respondere, salua lege Falcidia, saluoq; iure Romano? Præterea id quoque
lege Zenonis Imperatoris comprobari potest, sic argumentando, qui reti-
nent duas quartas, dodrantem assis non restituunt: hoc enim fieri impossibi
le. Sed filius grauatus onere fideicommissi restituit dodrantem: Ergo non
retinet duas quartas. Nec huic argumento poterit quispiam sine calumnia,
vel cauillatione respondere. Deinde comprobatur etiam per speciem Vlpia-
ni; Patrono debetur legitima, patronus grauatus est onere fideicommissi, cu
16 ius ratione prætendit detrahere etiam Trebellianam. Quęritur, an vtraque
debeatur? Ad vnam tantum, quæ defertur à lege, quæ patronum vocat,
consequi potest, non autem Trebellianam. Item, si ex legatis, & fideicom-
missis sint quartæ demendæ, ex vtrisque vna tantum respectu assis, non au-
17 tem duæ detrahi possunt. Nec desunt, qui ab impossibili, nedum absurdo
huiusmodi colligunt argumenta. Ab vna hæreditate, vel ab vno vnius hære-
ditatis asse, impossibile est duas detrahi quartas; Ergo impossibilis ac dete-
standa est hæc opinio in filio, etiam onere fideicommissi grauato. Antece-
dens sic demonstratur, sunto in hæreditate Męuij mille, & ducenta, 1200.
esto quarta, tercenta 300. residua erunt nongenta, 900. à quibus si alteram
voluerꝭs

l. scimus. §. repletionẽ, & §. sãcimus, C. de inoffi. test.

Bal. in d. l. scimus. l d. §. repletionem. Rip. in l. in fideicommissariam, num. 27. ad Trebell.

species est l d. l. scimus. §. cum a &c. & §. scimus. C. de inoffi. test.

l. 1. l. restitutã, totoq; titu. ad S. C. Trebell.

Bar. l l. Papinianus. § meminisse, de inoffi. test.

l. 1. ff. ad l. Falcidiam.

l. iubemus. C. ad Trebellia.

d. l. iubem⁹, & Aut. de restit. & ea, quę par. §. 1. & §. quamobrẽ.

in l. 1. in fine. ff. si cui plusquã per l. Falcid.

l. 1. l. 2. & 3. §. item Pomponius. ff. ad Trebell.

volueris legitimam demere, detrahes ducenta, & vigintiquinque, 225. sed totius hæreditatis, & eius assis constitit quadrantem fore trecenta, 300. quæ vti quartam portionem, impossibile est ab hoc residuo demi, vt Mathemati-
18 ca ratio demonstrat. At nullam quisque ostendet nobis legem, quæ duas ab vno asse quadrantes colligi permittat. Hodie vero in praxi computistę sumunt pro quatuor, vel paucioribus liberis ex mille, & ducentis, 1200. auctam legitimam ad trientem, scilicet quadringenta, 400. Deinde ex residuo nempè ex octingentis, 800. demunt quartam Trebellianã, ut apud eos nisi legitima ascenderit ipsa ad semissem, semper legitima, & Trebelliana erunt dimidia pars hæreditatis; sed nequeunt ducenta, 200. ita demi ab octingentis, 800, vt sit quarta portio hæreditatis, vel assis, quam diximus fore trecenta, 300. non ducẽta, 200. Accidit, duas lucratiuas causas simul iure optimo
19 concurrere non posse. Denique vt Trebelliana à S.C. Trebelliano, & Falcidia à lege Falcidia, sic legitima, quæ liberis debetur à Glicio dictatore introducta fuit, quod indicat titulus legis quartæ de inofficioso testamento, in hæc verba: Caius libro singulari ad legem Gliciam, ut rectè legitima liberorum Glicia appellari possit, & quemadmodum latius ostendit Cuiatius obseruationum octauo, capite tertio, Titum Liuium, & Cornelium Tacitum se-
20 cutus: Quare sic obijciamus: Glicia, siue legitima liberorum nunquam detrahitur ab hæreditate: sed relicta excludit querelam inofficiosi testamenti, ergo filius grauatus non detrahit duas quartas. Nam de legitima non contendit filius, nisi fuerit inofficiosè tractatus. Impium enim accusat testamen-
21 tum, nisi illa sibi fuerit relicta, sed filius hæres institutus nunquam demit hãc Gliciam legitimamve inofficiosam. Quamobrem Albericus etiam recenset publicè disputantem se sustinuisse vnam tantum quartam, non duas demendas esse ea ratione, quod ualde absurdum sit, filium institutum, & grauatum sub conditione statim deducere quartam debitam iure naturæ, cum tamen totam possideat hæreditatem, dubiumque sit, an conditio restitutionis exti-
22 tura sit. Nec vsquam legi, nec vsquã vidi, vel audiui toto iure ciuili lustrato, filium cui non fuerit Glicia relicta, posse hanc legitimam statim à morte patris detrahere, nisi in rara, ac memorabili illa specie à me sępius ad hæc collata, & diligenter considerata, Pater extraneum hæredem sibi scripserat, ipsumq; rogauerat, cum moriretur hæreditatem filio testatoris restituere. Quare sancitum fuit à Iustiniano, filium patre defuncto posse illico suam cõsequi legitimam, ante mortem hæredis, vtpote quæ non recipiat diem neq; conditionem, eundemq; filium post mortem hæredis residuum hæreditatis
23 consequuturum esse. Separatur ibi quidẽ Glicia à toto patrimonio; sed filius non fuerat institutus, sed extraneo hæredi iure fideicommissi substitutus. Valde insuper iureq; optimo admiratur Cuiatius, cum diuersis temporibus hi permittãt, duas posse fieri detractiones, cur itidem non vno, eodemq; tẽpore duæ dementur, si à diuersis fontibus, & iuris rationibus promanant, sique maiori onere premitur grauatus pure, quàm grauatus sub conditione?
24 Hæc itaque sit huius quæstionis thesis, Pater filium hęredem rogauit, si sine liberis decederet Caio restituere hæreditatem. Diem suum obijt sine liberis. Hæredes filij Trebellianam retinent, restituendo hæreditatem autoritate Senatus consulti. Et hoc ab omnibus communi voce, & plausu recipitur. Controuertitur de legitima, quam etiam hæredes filij grauati retinere prætendunt. At iura obiicit Caius fideicommissarius, duas non deberi legitimas. Præterea quæritur, quo tempore petere quis possit? Nam si nullũ recipit diem, neque conditionem, non erat profecto expectanda mors hæredis

§. si res aliena, de le. l nõ vt ex pluri b. ff. de reg iur.

l. Papinianus. § quoniam quarta. de inof. test.

Albe. in d. l. Papinianus. §. meminisse.

in d. l. scimus § cum autẽ. C. de inoffic. test.

grauati, aut restitutio aliqua. Quod si legitima ipso iure demitur, aut detracta filijs statim mortuo patre intelligitur, adhuc quæritur à quibus nam filijs peti prætendive possit, ab institutis ne, an vero potius à præteritis, vel iniuste exhęredatis, non ab institutis, q̃a Glicia nõ defertur nisi liberis inofficiose tractatis, vel quibus fuerit relicta: non à præteritis, vel iniustè exhæredatis. ij nanq; accusant, impugnant, & rumpunt tabulas tanquam inofficiosas, totamq; affectant hæreditatem, non Gliciam tantum. Vel: Hi tantum petere potuerunt legitimam, quibus fuerit à parentibus relicta, ne possint age
25 re inofficiosi. Sed hæc non est thesis nostra. Hisce argumentis perterriti Iurisconsulti dubitare, & de æquitate Pontificię decretalis diffidere cœpe-
26 runt. Horum antesignanus Bartolus, hoc metuens, si oporteret, inquit, statim restitui hęreditatem, ègo nunquam seruarem Pontificiam decretalem.
27 Baldus vero huius destinctionis fideicommissi puri, vel sub conditione rationem apparentem quidem esse, sed minimè cõsistentem asserit. Oldradus iuris responso ducentesimoquinto, hanc execratur, exclamans eam refragari veritati, rationi, & iuri expresso. Cynus, & Fulgosius ipsam ex falso iuris, legumq; intellectu emanasse profitentur. Demum Philippus Corneus ean-
28 dem execratus, tanquam iniquam propulsandam inquit, & fugandam à terris Regum, & Imperatorum, usque adeo, ut nouissimi quoque, & doctissimi Iurisconsulti ab hac facile recesserint: Quamuis igitur communi ferè omnium uoce, & applausu, ne communi dicam errore, receptum hodie sit, filium onere fideicommissi grauatum legitimam, & Trebellianam, ex fideicõmisso detrahere, idq; in foro obseruári pro comperto habeatur; ego tamen
29 veritatis amore allectus summorum virorum execrationibus, ac abditis Romanarum legum sensibus motus, ne communi lapsu præceps in foueam cadam, arbitror filium conditione grauatum, non posse iure Romano legitimam, ac Trebellianam detrahere, sed unam tantum, quam ipse maluerit. Animum itaque ad opposita diluenda conuertamus. Prima erat ratio à decretali iuris Pontificij deducta. At respondens dico nos, quid iuris quærere
30 in iure Cęsareo, non autem Pontificio. Non desunt præterea, qui respondeant, eas decretales per errorem ex falsa iuris ciuilis intelligentia manasse, quos inter Cynus in hæc verba prorupit; Decretalistę canonizauerunt sibi hanc opinionem capituli, Raynutius, moti ex falso intellectu nostri iuris, sicut moris est eorum, plerunque facere, feruent eam in foro suo, nos in nostro non seruabimus. Hactenus ipse Cynus. suspectę itaq; fuerunt ambæ decretales illę, Raynutius, & Raynaldus, de testamentis, tanquam plenę erroris, & ignorantiæ. Probatur, quoniam in eis nulla habetur sanctio Summi Pontificis, sed refertur quæstio facti, quæ vertebatur inter Alterocham, & Adiectã sorores, de quartis ex fideicommisso demendis, & de tertijs matris, & auiæ paternæ, & in eis apparet, iudicantes sequi voluisse ius ciuile, & legitimam simul, ac Trebellianam detrahere, iure ciuili exigi putantes. Error igitur eorum manifestissimus apparet, qui iura Cęsaris non bene interpretati sunt, cũ tamen leges ita benigne interpretandæ sint, vt voluntas earum seruetur, non autem violetur. Respondeo insuper eas fundatas esse potius in consuetudine Tusculanæ ciuitatis, & in moribus, ac legibus Longobardorum, iure ciuili, & æquitate aduersantibus. Probatur in textu: deductio fiet, inquit, secundum Tusculanæ ciuitatis consuetudinem, & glossa legitimam interpretata, plures de ea refert opiniones: Sed quo tandem se vertat nescit, & glossematarius ipse tertias intuitus partes, vt dignitatẽ decretalis tueretur, fatetur id esse impossibile de iure ciuili, verum autem de iure Longobardorum, & legi-

Bar. in Auth. de rest. & ea, quæ par. in princ.

Bal. in l. iubemus, num. 6.7. C. ad Trebell.

Oldradus, consi. 205.

Cy. & Fulg. in l. quãquã. C. ad l. Falc.

Cy. in l. quãquam. C. ad l. Falcid.

l. benignius. ff. de leg.

glo. in ver. legitimam.

gl. in verbo, tertias. cap. Raynut. de testam.

& legitima à nullo peti poteſt, cui non ſit relicta. Talia ſunt, & plura qui-
dem, quæ aduerſus has decretales proponuntur, & penſitantur quoque, ab
Aemilio Ferreto, vt id nec iure pontificio, quod ſemper ab erroribus, & ini-
31 quitate abhorruit, ſeruandum oſtenderet. Secunda erat ratio tum ex legatis
detrahi quartam, tùm etiam ex fideicõmiſſo, ergo duæ: negatur conſequen-
tia, nanque ambę illę ratione vnius totiusq; aſſis hæreditatis, vna tantũ ſunt
quarta, quemadmodum iura indicant oppoſita, & nos admittimus. Tertia
32 inſuper erat ratio, qui duas induit perſonas geminum poteſt à legibus con-
ſequi beneficium; dico ſi leges permittant id eſſe verum, non autem præ-
ter, vel contra leges. Sed nemo poteſt ex hæreditate quadrantem, trien-
tem, ſemiſſem, vel vnciam minimam detrahere, niſi Senatu, lege, aut Prin-
cipe autore. Sed filium grauatum duas poſſe demere quartas, nulla unquam
lege ſancitum fuit, quamuis in alijs trina poſſit inducere arma, & annuenti-
bus legibus duo plurave mereri, & acquirere auxilia. Quarta oſtendebat
ratio, quadrantem legitimę, & quadrantem Trebellianæ, vel Falcidiæ ſpe-
cie differre. Admittimus, ergo duæ ſunt diuerſæ. Fatemur, ergo filius has
duas ex vna hæreditate demere poteſt. Hoc negamus, nec id probauit ar-
gumentum. Quinta deducebatur ratio ab inductione legis: Reſpondens
aio: inductionem indiuinatiuam, vel temerariam illam intelligentiam præ-
ter, imò contra verba, & ſenſa legis fuiſſe Accurſij, vel alterius, quiſquis ille
fuerit, qui in gloſſematis anſam dedit huic communi errori, dum vigilans
hæc ſibi ſomnia finxit, prius detractam fuiſſe legitimam. Cuius rei nec
verbum quidem, nec veſtigium, nec vmbra in lege: & id fieri poſſe impoſ-
ſibile antea declarauimus. Vltimum erat argumentum, legitima non re-
cipit diem, nec conditionem, ſtatimque debetur à die mortis teſtatoris,
33 ſed Trebelliana eueniente die reſtituendæ hæreditatis: Reſpondens aio,
non licere à ſeparatis arguere, & coniuncta concludere. Aio veras eſ-
ſe propoſitiones in ſenſu diuiſo, non autem in ſenſu compoſito, vel con-
iuncto; Dico talem eſſe legitimam, quando ipſa à teſtatore alicui relicta
venit detrahenda ab hæreditate: ipſa ſola ſeparata ab alijs quartis, non
recipit diem nec onus, & ſtatim debetur, vſque eo, vt debitum exactum
nullam recipiat compenſationem. Hæc omnia fateor. Porrò legitimam,
& Trebellianam quoque per filium grauatum demi poſſe ab vna eademque
hæreditate hoc prorſus nego, & hoc erat probandum, quod nullis legi-
bus ſancitum reperitur. At mihi quiſpiam obijcerit: ſi filius grauatus u-
34 nam tantum detrahere poterit quartam, quam tandem capiet, legitimam
ne an Trebellianam, & in quo differet ab extraneo? Huic ſatisfacere ui-
detur Oldradus ipſe eodem iuris reſponſo, quo electionem ait ſpectare fi-
lio, vt eligat, vel legitimam, vel Trebellianam, quæ ſibi magis placuerit,
& ſibi maiori ceſſerit vtilitati, cum maximè quarta legitimæ pro nume-
ro filiorum aucta fuerit ad trientem, ad ſemiſſem. Et Caſtrenſis ait, Tre-
bellianam in legitimam filijs imputari, magiſque ſpectat filio, tueri, & exe-
qui paternam voluntatem, quam extraneo: & vno dato inconuenienti plu-
35 rima quidem emanare abſurda proſpicimus; veluti, iniquum fore filios ſe-
miſſem hæreditatis pro eorum legitima dementes capere etiam Trebellia-
nam: tunc enim præter mentem teſtatoris magna accederent abſurda, nem-
pe quod plus haberet, plurique potiretur rogatus reſtituere, quã eo caſu præ-
dilectus, & honoratus fideicõmiſſarius, & Baldus reſponſo iuris nonageſi-
moquarto aſſerebat. Quam ſanè Baldi rationem dum Aymonius Craueta,

Feret. in l. filiũ quem habentem. C. fam. ercisc.

l. quãquã. C. ad l. Falcid.

Old. conſilio 205. Ang. d. § ſi. vi bon. rap. l. quod ſi ex ſtipulatu, ꝑ Soc. l. perdia, de act. emp. & vend.

Bal. cõſi. 94.

Craueta, cõſi. 50.

iudici proposuit, ne Trebellianam filij quoque caperent, quando eorum legitima ad semissem ascenderet: id nanque non nisi violata mente testatoris fieri posse videbatur, Cæsarienses aduocati ridere cœperunt,& ridentes obiecerunt huic sententiæ cõmunem refragari opinionem, vel si mauultis communem errorem: Stat igitur conclusio, filium grauatum non posse nisi aut legitimam tantum, aut Trebellianam detrahere ex fideicommisso, ad sua iuris ciuilis principia reducta, & per eademmet soluta, quod scilicet nulla lege admittatur, oneratis filijs ab hæreditate vna, vtranque demere; Et quicunque intima iurisprudentiæ penetralia ingredi,& germana legum Romanarum sensa diligentius examinare optauerit, illi tandem hæc solidiora, & veriora videbuntur, & ipse tandem cognoscet vtranque hodie demi à filijs

Cast. in l. mulier. §. cum proponitur, ff. ad Trebel.

36 grauatis, non nisi ex communi errore, vel consuetudine, veluti ex deprauata legum intelligentia, eorum maximè, qui in iure etiam Cæsareo huiusmodi principia iuriciuili prorsus infesta sibi constituerunt.

De communi Iurisconsultorum opinione, eorundemque autoritate. Cap. XXVI.

1 *Vulgò est recepta sententia, à communi opinione non esse recedendum, plurium [illegible] numero, & autoritate præstantium.*
2 *Quibus reluctatur Salamonius communem omnium intelligens non plurium, vt Episcopus condemnetur, non sufficit plurium iudicum delegatorum sententia, sed requiritur omnium iudicum consensus, & sententia.*
3 *Alexander, nihil magni moliri ausus, nisi viginti iuris peritis consulentibus.*
4 *Iustinianus non communem opinionem, sed quod æquius est, sequendum statuit.*
5 *Quanta Papinianus autoritatis.*
6 *In scholis communes opiniones negliguntur.*
7 *Amicus Plato, amicus Socrates, magis amica veritas.*
8 *Oriri, pubescere, ac interire communes opiniones.*
9 *Doctores imitantur aues, & oues: nam quò vna euolauerit, &c.*
10 *Rota quandoque rotat.*
11 *Ipsum non puduit Socinum, & quatuordecim Italia Iurisconsultos in eadem quæstione sibi ipsis esse contrarios, nu. 12.*
13 *Socino Decius interrogatus respondit, ego pro ea parte consului, pro qua Excellentia sua.*
14 *Ardua etiam & perplexa in iure ciuili reperiuntur apud priscos Iurisconsultos.*
15 *Est (aiunt) quæstio pro amico.*
16 *Quando adhærendum communi opinioni, & quando ab ea recedendum, Zasij sententia.*
17 *Miserum iudicem appellat Alciatus, qui magis ex consilijs pendeat, quàm ex dogmatibus ordinario loco tractatis.*
18 *Consulentes aliqui ciuilem sapientiam, venalem licitare ausi.*
19 *Demosthenes argentagina obiecta.*

Magna

20 *Magna Iurisconsultorum lucra, Romanei, Calcanei, Iasonis, & Alciati, & aliorum.*
21 *Ruinum pertasum est, operam & oleum in consilijs perdidisse.*
22 *Ineruditi hominis est versari in singularibus.*
23 *Caligulam effecturum nè iurisconsulti possint nisi æquum consulere.*
24 *Leges ad immensa volumina conuertunt.*
25 *Quid Zasius senserit de effusis istis commentarijs.*
Commentaria comburenda putat Zasius, cui Cagnolus subscribit.
26 *Docti viri à communi opinione non rarò recedunt.*
27 *Communem eorum opinionem filiam simul exclusam extantibus masculis in feudis semper remanere exclusam, reiecerunt summi viri.*
28 *Multas enumerat autor communes opiniones reiectas à doctissimis viris in libris de probabili iuris prudentia.*
29 *Quid agendum in casibus omissis à iure ciuili ex Iustiniani sententia.*
30 *Communis opinio regiam sibi arrogauit autoritatem, ac imperium.*
31 *Communis opinio terrarum orbi iura legesq; dat.*
32 *Quanto in honore habendi sint probi iurisconsulti.*

VULGO communi quadam voce, & præcipiti quadam animi
1 commotione ea recepta est sententia à cõmuni opinione in iu
re ciuili non esse recedendum, quod maximè in consulendo,
verum esse profitentur, eamq; communem appellant, quę plu
rium iurisprudentum responsis, tùm numero, tùm autoritate
præstanrium sit corroborata, vt quamuis vnius tantum, aut duorum suffragio
præualeat, quod profectò, vt secernatur perdifficile, periculosumq; est, ea sit
oĩbus in iudicijs sequenda, & amplectenda, vt Silua nuptialis, & qui de com-
muni opinione locuti sunt plures attestantur, quamuis eis omnibus Salamo
2 nius vnus satis eruditè reluctari videatur, dum Iustinianeam sentẽtiam lepi-
dè interpretatur: Responsa prudentum sunt sentenriæ, & opiniones eorum,
quibus permissum erat de iure respondere. Quòrum omnium sententię, & §.responsa prudentũ, d. ire nat gen. & ci ui.
opiniones eam autoritatem tenebant, vt iudici recedere à responsis eorum
non liceret. Enimuerò inquit non cuiusque Iurisconsulti ea autoritas erat,
vt ab eius responso non liceret discedere, sed omnium simul, idest ab eo,
quod omnes tulisset, quibus id oneris datum esset. Quorum omnium ait l.si plurib. de leg. 3. l. non distinguem⁹, §.cum in plures, de arb.
collectiuę, & non distributiuę sententię, & opiniones essent obseruandæ. Sic
vna dicitur sententia, in qua omnes consentiunt: sic communis opinio vna
opinio: alioquin id sequitur absurdum, quòd singulis dissidentibus, aut stul-
tè, vel iniustè respondentibus, obtemperare oportuisset, quæ ab eo, quod
omnes sentiunt non iniuria abesse creduntur, quemadmodum si Episco-
pus crimine quopiam accusetur, non sufficit plurium iudicum sententia, vt
3 condemnetur, nisi omnes vnà concordes extiterint in iudicio: Et Diuum c. nõ debet de senten. & re iud. c. 1. 2. & 3. 6. q. 4.
Alexandrum Imperatorem, nullam vnquam constitutionem, nisi viginti iu-
ris peritissimis, ac integerrimis consulentibus tulisse retulit Aelius Spartia-
4 nus. Iustinianus præterea communes ita hominum opiniones minimè se-
quendas ratus in hunc modum Pandectarum compilatoribus iussit. Sed ne- l.1.§.sed neque. C de ue te. iu. enucl.
que ex multitudine autorum, at quod melius, & ęquius est iudicatote, cum
possit, inquit, vnius forsan, & deterioris conditionis, sententia multis,
& maioris, aliqua ex parte superare, quia non omnes in omnia, sed cer-
ti per certa, vel meliores, vel deteriores inueniantur. Nam ea quæ in no-
tis Aemilij Papiniani ex Vlpiano Paulo, Martianoque, quæ antea nullam

vim propter honorem splendidissimi Papiniani obtinebant, non statim re-
spuere, sed si quid ex his ad repletionem summi ingenij Papiniani laborum,
vel interpretationem necessarium esse perspexeritis, & hoc ponere legis vim
obtinens non miremini, licet in codice Theodosiano, libro primo, capite de
responsis prudentũ: Theodosius, & Valentinianus Augusti sanxerint in hęc
„ verba, Vbi autem diuersæ sententiæ proferuntur, potius numerus vincat au-
„ torum, vel si numerus æqualis sit, eius partis præcedat autoritas, in quâ ex-
„ cellentis ingenij vir Papinianus emineat, qui ut singulos vincit, ita cedit duo
5 bus, Notas etiam Pauli, atque Vlpiani in Papiniani corpus factas, sicuti du
dum statutum est, præcipimus informari: Pauli quoque sententias semper
valere iubemus, sed à posteriori Iustinianea sanctione recedendum minimè
est. Præterea in scholis etiam intuemur communes opiniones contemni,
6 ac negligi, dum qui iura publicè profitentur, quęstiones fortissimis hinc inde
deductis argumentis discutere malunt, & Arist. vel Iustinianum ęmulati, &
7 unam sectari veritatem, iuxta illud, Amicus Plato, amicus Socrates, magis
8 amica veritas: Proinde secundum temporum varietatem oriri, pubescere,
senescere, ac interire communes opiniones perspicimus, & aliquando utra-
que aduersa communis habita est, quæque diu vulgo recepta fuit, postea re-
iecta, & contraria frequenti Iurisconsultorum calculo recepta apparet. Quã
sanè opinionum vicissitudinem apud Iurisconsultos secernere vnicuique fa-
9 cile est. Quare Decius admiratus Frederici responsum communiter à iurispe
ritis approbatum, id sibi minimè officere aiebat, quoniam inquit doctores
nostri non perscrutantur rationes, sed imitantur aues, quæ quando, & quor
sum vna euolat, ceteræ omnes celeri cursu conuolare videntur, & quo prima
ouis se præcipitem dederit, reliquas etiam præcipitatum iri non ignoramus.
Nec erit inquit, communis opinio recipienda, quando alia opinio, quæ com
muni reluctatur, melioribus rationibus sit fundata. Illi enim sententiæ æqui-
us inherendum putat, quæ validioribus nititur iuribus. Quamuis Imperator
aduersam fouerit sententiam, & aduersus Rotam, curiamve Romanam Go-
mezius, Lapus, & Hostiẽsis quandoque inuehuntur stylus, aiunt, Romanę cu
10 rię modo est albus, modo niger, vt rota quandoque rotet, quò fit vt in eadẽ
quæstione eiusdem etiã (quod omnino turpe esse videtur) contraria iuris le-
gantur responsa. Nec ipsum puduit Socinum semetipsum, & quatuordecim
11 Italiæ primates Iurisconsultos singulos singula sibi ipsis contraria protulisse
12 in eadem quæstione, iuris responsa, an filia exclusa à statuto stantibus ma-
sculis possit petere augmentum legitimę, cuius etiam verba referre placuit;
„ & certè tacuissemus (inquit) hoc libenter pro honore professionis, & illorũ,
„ sed maluimus referre, vt vnusquisque intelligat dubitationis perplexitatem,
& quæstionis ferè inexplicabilitatem, quæ iam transiuit in phthisin incura-
bilem. Cui quidem Socino Decius interrogatus respondit, ego pro ea par-
13 te cõsului, pro qua & excellentia tua. quare Socinus risit, & erubuit, cũ pro
vtraque consuluisset. nec enim, ut inquit Cicero, fieri potest, vt aliud indica-
14 re, & de iure aliud respondere oporteat. Enimuero in iuris prudentia ardua
ac difficilima consultu, & explicatu dari minimè negauerim, qualia etiam le-
guntur inter priscos Iurisconsultos apud diuos fratres de iurepatronatus, &
qualia coram Dolobella Asiæ proconsule olim proponebantur, in quibus a-
deo fluctuauit animus proconsulis, & eorum qui in consilio illi aderant, vt
ignarus quid iudicari oporteret, rem omnem ad Areopagum Atheniensium
delegauerit. Areopagitæ verò quæstione cognita certum ferre iudicium ne-
queuntes, iusserunt accusatorem, & reum post centum annos ad se reuerti,

Abbas in c. vt debitus, de appel. nu. 22. Ias. in l. vẽditores, de verbo. oblig. Dec. consilio 294.

l. Aemilius. de min. Ang. cõs. 170. idẽ Dec. & Silua nupt lib. 5. limitatione 5. vers. 5.

Cicero pro Aulo Cecin. de orat.

Dec. in l. pre cib. nu. 4.

l. diui fratres d iure patronatus.
Valer. Max. lib. 8. cap. 1.
Aul. Gel. no. Attica. li. 17. cap. 7.

eodem

eodem affectu moti quo Dolobella. Sed ille transferendo quæstionem, hi
differendo damnandi atque absoluēdi inexplicabilem cunctationem muta-
bant. Huiusmodi rerum perplexitate sese excusare conantur inerudití, nec
15 sibi vitio vertendum putant, si dixerint quæstionem esse pro amico, in qua
id se paratos consulere ostendunt, quod amicus efflagitauerit: quare contra-
ria sępè eorum responsa contrarijs referta sententijs in lucem prodire solēt.
Quòd sanè grauissimum huius ciuilis facultatis peccatū eos potissimum te-
net, & angit, qui logica, & cęteris artibus prorsus destituti in iure ciuili, nul-
lis scientiæ viribus, sed innumera librorū multitudine confisi ineptè, ac ine-
ruditè versantur, vt quæstionem ad sua iuris principia retrahere, & inde re-
soluere nequeant. Quamobrem Zasius, alijque tunc non esse recedendum
16 à communi opinione rectè arbitrantur, cum ea legibus fulcitur, vel ratione
iuris coadiuuatur. Quod si ei obstet lex, vel ratio iuris, vel ęquitas, minimè se
quendam existimant: Nec iudicem propterea litem suam facere, imò inte-
ritum animę sibi paratum, si neglecta lege iurisve ratione communem secta-
ri maluerit sententiam. Fit enim sępe, vt communes opiniones non ex ve-
ritate, sed veluti ex fauore conspirato eorum prodeant, quorum doctrinas
etiam si textu aliquo iuris non fulciantur tueri pergimus, nonnunquā etiam
negligentia in causa est, vt dum, quæ ab alijs scripta sunt, sine altiori inquisi-
tione alijs tradimus, & illi alijs, & ita deinceps facile euenit, vt communes
opiniones oriantur. Quamobrem nec rarò accidit, ut eruditi ingenuique
viri hisce cōmunibus sententijs adhærere nō audeant, & miserum ineptūq;
17 illum appellat iudicem Alciatus, qui ex hisce consilijs magis pendeat, quàm
ex dogmatibus ordinario loco à Doctoribus tractatis, quique vt laborem
subterfugiat potius ad chartacea folia consulentium, quā ad lympidum iuris
prudentiæ fontem, eiusq; mentem confugiat, & quod longe detestabilius est
eorum etiam iudicium sequatur, qui venalem facere sacrosanctam ciuilem
18 sapientiam ipsamque licitari sępe ausi sunt, vt in eos rectè obijciat,

Venalis vir lingua, & opes acquirere suetus,
Iudicium haud vnquam sordibus absq; feret.

Non negauerim tamen, quamuis Demostheni à pluribus fuerit obiectum,
19 quòd argentanginam, siue ἀργυράγχην pateretur, quod scilicet argento a-
ctiones venderet, cum & ea vox, & morbum, quo se correptum fingebat si-
gnificaret, quin & honestè se magnam pecuniarum quantitatem suis respon
20 sis lucratos esse glorientur. Romanus duabus tantum legibus adductis Scu
tos aureos coronatos octo percepisse refert: Calcaneus verò pro vna quæ-
stione mille lucratum, Iason quoque, & Alciatus millenis aureis se à clienti-
21 bus donatos gloriantur. Ruinum prætereà operam, & oleum consumpsisse
innumeris propemodum consilijs pertęsum est, multumque perdidisse con-
questus est, non quidem pecuniæ, sed sensus. Arguit enim non sanam homi-
nis mentem ambitionemq; immoderatā, quinimò parum eruditi hominis
esse videtur tot consilia tantum promulgare, nec in alio iuris ciuilis munere
22 labores & ingenium suum ostendere, vtpotè cum theses vniuersales suffi-
ciant in arte, & laboriosi potius, quam ingeniosi sit semper ad singulares ca-
sus descendere, & in particularibus semper versari, & eadem singularia dico
easdem quæstiones: puta; an filij sub conditione positi censeantur vocati à
testatore, & huiusmodi mille ab antiquis toties pertractatas sæpe repetere.
Quibus sane erroribus singula eorum consilia vndique referta conspiciun-
tur, vt non immeritò in eos Alciatus inuehatur, & Caligulam Imperatorem
23 referat minatū, effecturum, se vt iurisconsulti non possint nisi æquum con-
sulere

Ias. in l. dotis causa, nu. 35. & in l. post dotem. nu. 105. ff. so. matr. & in l. in suis, de lib. & posthu. & Silua nupt. lib. 5. limit. 3.

Zas. in l. 2 de orig. iur. in verbo, innouare, & Sil. nupt.

Parergō, nu. 12. c. vlt.

Roman. sing. 441.

Calcan. cons. 81.

Alc. Parerg. 13. c. vlt.

Alciatus parerg. 12. c. vlt. Alc. parad.

sulere minatum, inquam, se aboliturum, & combusturum omnes eorum libros, quos profectò si vidisset tam ingenti numero summa rerũ barbarie, & confusione, ac fine arte, & methodo omniq́ue vitio refertos, haud dubiè om
24 nes Vulcano consecrandos dedisset; Quibus omnibus cõbustis vera, ac nitida reuiuisceret ac resurgeret æquitas ipsa. Quamobrem Zasius non parui

Zas. in l. 2. de orig. iur.

nominis inter Germanos iurisconsultos legum originem interpretatus, leges inquit, modicæ erant: eas enim xij. tabularum libello contineri, Crassus, & Celius docuere. sed certè sicut flumina magna vides paruis de fontibus orta, ita ex modicissimis origine tam vasta succreuit imensitas, vt Tertullianus, squalentem legum siluam principalibus rescriptis tanquam securibus truncatam tradiderit, & erat tamen magna tunc in legibus scribendis, & interpretandis peritia, siquidem omnem propè philosophiam Iurisconsulti complexi videntur. Quæ per Iouem nunc esset vtilitas, immo necessitas effusos illos cõmentarios coercere, qui peritiæ ne, an tenebrarum plus habeant, emunctæ naris homo facilè iudicabit, qui eos euoluet. Disputationũ enim contrariarũ sarcina onerati plus ostentationis præseferunt, quàm doctrinę, cui sanè Zasij
25 sententiæ de comburẽdis libris, Hieronymus Cagnolus arridens, non subscribo, inquit, quantum ad leges attinet, quantum verò ad commentaria doctorum assentio comburenda. Hinc legimus nec rarò quidem eruditos, &

Cagn. in l. 2. de orig. iur.

26 præcellentes viros à communi recedere, & de iure cõtrarium rectius respondere, quemadmodũ in feudis filiam semel exclusam, existentibus masculis
27 perpetuo remanere exclusam, communiter receptum esse, Curtius, Parisius, Alciatusq́ue attestantur, & plurimos, qui eam secuti sunt suis consilijs adducunt: huic tamẽ contraria sententia magis placuit celeberrimo Iacobo Beluisio, Io. Baptistæ, & Iulio Claro i vnde ille subdidit hæc verba: quam opinionem, & ego tanquam veriorem, & ęquiorem aliquoties consulendo sum secutus, non attenta communi opinione, quæ quamuis magnæ sit existimationis, falli tamen potest, & fallissima sępe numero (quod demonstratione non indiget) inuenta est: Et Iulius ille Clarus Alexandrinus, eandem cõmunem attestatus subdit, quæ tamen mihi semper uisa fuit dura, & hanc, inquit, ego quoque credo pijssimam esse veritatem. Multas etiam silentio prætereo doctissimorum virorum opiniones, qui iuris vrgente ratione aduersus vulgares

Curt. in trac. feud in 3. parte prin. versi. 27. quæro. Parisi. consi. 16. nu. 5. volu 4. Alç. cõs. 170. Bapt. a villa lobos cõmu. opin. iudice filia semel exclusa. Iulius Clarus in §. feudũ q. 80. v. sed quæro.

28 responderunt, quas ego alibi cõnumerabo. Quamobrem si de iure controuerso agitur, vel de casu iure ciuili omisso, ea porrò nobis erit sequenda, ac
29 veneranda communis opinio, quæ vel iuris ratione, vel ęquitate maximè fulgeat, & res omnes, sedulo per omnes iuris tramites indagãda, vt non tam Iurisconsulti, quàm uiri iustissimi videamur, vtpotè, cum de summa rerum, ac tantę molis imperio agatur. Quod respiciens Iustinianus imperator futuros quosque casus, & futura, quæ implicita sibi dissoluenda, hisce verbis reseruauerat. Sed quia diuinę quidem res perfectissimę sunt, humani verò iuris conditio semper in infinitum decurrit, & nihil est in eo, quod perpetuò stare possit (multas etenim formas edere natura nouas deproperat) non desperamus quædam postea emergere negotia, quæ adhuc legum laqueis non sunt innodata. si quid igitur tale contigerit, augustum imploretur remedium, quia ideò imperialem fortunam rebus humanis Deus proposuit, vt possit omnia, quæ nouiter contingunt, & emendare, & componere, & modis ac regulis competentibus tradere. & hoc non primum à nobis dictum est, sed ab antiqua descendit prosapia. Verum post Iustiniani imperium supra mil-

L. 2. C. de vet. iu. enucl. §. sed quia diuinæ.

30 le ab hinc annis cępit communis hæc iurisprudẽtum opinio regiam sibi arrogare autoritatem, ac potestatem, & principum, seu legislatorum vires in

omnibus

omnibus exercere. Hæc vna Imperatoribus ad maiora intentis, & occupa-
31 tis, terrarum Orbi cõsulere, iura legesque dare, & iuris responsa, haud secus,
32 ac antiquorum oracula consulentibus ferre, & præscribere ausa est. Quanto igitur in honore habendi sint Iurisconsulti, vos hinc facile conijcere potestis.

Agite ergo optimę spei Iuuenes, Lycurgi & Solonis generosa progenies, nunc, nunc mihi fauentes insurgite, nunc generosos attollite animos, nunc Herculeas illas exercete vires, nunc toto pectore aduersus vrgentia reluctemini, ne liber hic, quique tum postea à me in lucem prodituri sunt, vestro officio, ac præsidio destituti, veluti milites inermes, in armata structaque acie ignaui imbellesque cadant. Nunc igitur Spartanum illum clypeum, quem vobis ad grauiora quoque animatis Lycurgus ille sapientissimus (quasi futurę glorię ex arduo conflictu pręsagium) caute prudenterque porrigit, lętissimi & audentes accipite: Audentes namq; fortuna iuuat: Accipite inquam dijs bene fauentibus, vt Spartano more, aut hoc, aut in hoc pergite meq; duce, clypeo, & Herculis claua muniti obseruata Iustiniani semita hanc iuris inite viam, pergite, & hoc felix mediumque iter animosi ab extremis hostium incursionibus, quibuscunque obuijs periculis, Herculeis viribus tutum defendite.

F I N I S.

APOLOGIA

PRIMAE SEDIS IVRISPRVDENTIAE,

ANGELI MATTHÆACII,

IN CELEBERRIMO PATAVINO GYMNASIO, E PRIMA CATHEDRA HORIS MATVTINIS IVS CIVILE INTERPRETANTIS.

AD SERENISSIMVM REIP. VENETAE Principem, eiusque amplissimum Collegium.

VTINAM, Serenissime Princeps, Consiliarij Illustrissimi: vosque cæteri huius Sacri Collegij viri sapientissimi, & vndecunque ornatissimi, huiusmodi hodie decernenda & disceptanda quæstio proponeretur, qualem inter eos, qui virtute præditi sunt, de dignitate & principatu virtutum excitari nonnunquam audiuimus. Dum enim viri fortissimi in trepidis, aduersisq; rebus, animi celsitudine alijs præstare; iusti in omnibus æquabilitate seruanda, & iustitiæ splendore elucere; Temperantes (ne ad extrema omnia ruant) intra modum enixius consistere, & magnanimi in cuiuscunque virtutis altissimo gradu heroicè collocari contendunt, fit nimirum, vt ipsę virtutes in tam arduo ac difficili conflictu augeantur, adeoque arctiore vinculo, & coniunctione firmiori teneantur, tantamq; perfectionem assequantur, vt hominem ad sublime humanę felicitatis culmen possint extollere. Hac ratione profectò longè præclarius vobiscum actum iri arbitraremini, si de earum primatu vterque perpetuo dissidentes potius contenderemus, quàm si concordi pace, vestroque omnium iudicio (quasi fœdere inito) alter alteri palmam cederet, vtpote cùm bellum pace optabilius atque vtilius ab omnibus habeatur. Sed vereor, ne litis speciem talem potius audituri sitis, qualem ab orbe condito cõtinuo ante casum Angelorum in cœlo Theologi extitisse commemorant.

Facti narratio. Eques auratus ab Angelo Matthęacio primario legũ antecessore sibi de via decedi, dignitatis iurisque sui esse duxit. Qua de re exorta est magna controuersia, quę quia videtur ad publicos professores ex æquo pertinere, idcircò primum super his; cum illustrissimi, & integerrimi viri, Ioannes Superantius, Eques & Prætor, & Federicus Sanutus Pręfectus, consulti essent; demum ad te Serenissime Princeps, tuumq; amplissimum Collegium, de his querelis relatum est. Neque vero hodie primum commota hęc fuit honoris causa decedendi contentio. Nam inter Alexandrum Imolam,[a] & Bartholomæum Veronensem, sed & inter Philippum Decium, & Franciscum Pepium, iam olim eadem in vrbe exortam fuisse memorant. Eques nihilominus eadem in opinione per-

Inter quos olim Patauij agitata fuerit talis quęstio.

[a] Soc. in l. si q. d. ff. si cert. pet. Felyn. in rub. de majo. & obe. Bocr. de aut. mag. cons. nume. 90. 98.

Y tinax

tinax præcipuum sibi viæ (vt vocant) honorisq; locum deberi, clamat. Quod si ab orbis rerumq; omnium exordio, nobilitas eiusq; præstantia, sideribus, angelis, hominibus, brutis animātibus, apibus, hirundinibus, gruibus, & elephantis, à natura indita fuit, vt Plinij, Solini, & aliorum monumenta testantur, equiti huic iure ignoscendum viri sapientes existimauerint, si viæ, si principis loci (vt ita loquar) vindicias sibi adiudicet, si apud Illust. Patauij Præfectos, apud amicos cæterosq; omnes iura sibi à Cæsare indulta iactet & ostentet: Itēque, quòd natu grandior, quod longiori tempore & maiori stipendio ius ciuile hactenus professus fuerit: qua ratione sunt qui putent [b] illum iuniori esse anteponendum, eiq; maxime, qui nec tot annorum spatio, nec tantis annuis stipendijs è cathedra leges fuerit interpretatus. Nobilitatē præterea, equestrem splendorem, militiæ, armorumq; gloriam, spectari oportere. Accedere, illum non doctorem modo nominis celeberrimi, legumque professorem in Patauino Gymnasio, verum etiam equitem auratum ab omnibus salutari, adeo, vt si hæc honoris insignia disiuncta & diuisa, vim non habeant, simul iuncta plurimum valeant, vt in vijs publicis ei decessio debeatur: quandoquidem duo pluraue si vincula [c] accesserint, ad deuinciendum & constringendum arctiora fieri soleant & firmiora. Hæc ipsa sunt iura huius scilicet Magnifici & generosi Equitis, quæ omnia latius paulò inferius considerabimus. Verum in tanto rerum discrimine danda nobis opera est, vt quæstio aut controuersia omnis cognoscatur, quæ, qualisq; sit. Neque enim quæstionis est, Vtrum Doctor equitem præcedere debeat, sed vter alteri præferendus sit: Doctor ne, idemque iuris ciuilis professor in priore solio horarum matutinarum in Patauino Gymnasio; an vero Doctor, qui & ipse ius ciuile ibidem explicet posteriori loco horis pomeridianis, idemq; sit equestri dignitate ornatus? De honore igitur & gradu dignitatum vtriusque Doctoris huius generis, breuiter mihi initio dicendum est.

Argumenta equitis postea examinanda.

[b] dd. in l. cū quid ff. si cer. pe. & in l. cēturio, ff vul. & pup Boer. de author. mag. cōl. nu 90. Felyn. in rub. de mai. & ob. Lanfr. Signor. & Bolog. in tract. Vtrum doct. præc. mil.

[c] auth. itaque. C. com. de succ. l. §. si uero, de adopt.

Quæstio iuris.

Doctoribus legum, eisdemq; antecessoribus, amplissimos honores & maxima priuilegia multi Pontifices atque Imperatores [d] decreuerunt: neque solū eos, verum etiam Grammaticos, Rhetores, cęterosq; artium interpretes xx. annos publice professos, ornandos & cohonestandos, eisque, qui essent Comitiua & Vicaria dignitate, annumerandos sibi esse existimauerunt. Est autem Vicarius, qui mandato Principis præfecto Prætorij diœcesin aliquam regebat. Nā præfectus prætorio militibus ijs præerat, quos Imperator ad sui corporis custodiam legerat, tantæ porrò auctoritatis, vt ne ab eo quidem prouocari ius esset. [e] Vicarius igitur vice præfecti prætorio, mandato Principis vicem gerebat & ius dicebat: cuius muneris extat memorabile Traiani Imperatoris testimonium, & egregia vox illa, tantoque viro digna, quæ etiamnum in aula principum hodie audiri solet; qui cum præfectum cingulo donaret, ita dixisse fertur, Accipe gladium hunc, & si quid rectè & è Republica imperauero pro me, sin minus, in me vtere. Verum enimuerò post varias ac ingentes bellorū clades, quibus Italia & cæteræ prouinciæ profligatæ premebantur, cum iurisprudentia neglecta diu delituisset, tandem varijs in prouincijs Gymnasia alia instaurari, alia vero constitui & fundari cœpta sunt: cuiusmodi Patauinum, Bononiense, Pisanum, Papiense, Parisiense, Tholosanum, Aurelianum, & alia, quæ quidem nouis legibus atque institutis vincta atque stabilita sunt. Proinde Amplissimus Senatus Venetus in Academia Patauina alijs primas in iurisprudentia explicanda, alijs in Logica, alijs in Philosophia, alijs in Medicina, sedes, nōnullis secundas, alijs tertias decreto suo tribuit: prætera quibusdam ordinariū, alijs extraordinarium docendi munus demandatum est. Quamobrem huius ordinis iure atq; legis auctoritate, primariæ sedis iurisprudentiæ interpretibus

Doctorum dignitas.

Vicarius.

Traiani Sententia.

Leges Venetæ Gymnasij Patauini.

[d] l medicos l. magistros. C. de profes. li. x. l. vn. C. de profes. qui in vr Cōst. li. 12. aut. habita. C. ne filius pro patre. c. quāto, de magist.

[e] l. 1. C. de proxim sacr. scrin. li. 12. l. 1. § 2 de leg. 3. l. præfecti. ff. de minor.

præser-

præsertim horis matutinis, iam inde ab initio, à quibusuis Gymnasij Doctoribus & equitibus, summus honos semper est habitus: idque iure, moribus, & cõsuetudine Patauij, & Bononiæ perpetuo ad hunc usque diem receptum & obseruatum, testes, acta publica & iuris interpretes confirmant atque testantur. Cum igitur eques, iurisq; consultis, in secundum Academiæ docendi gradū fuerit à Senatu ascitus, Matthæacius vero primariæ cathedræ & scholæ honore donatus, nullo iure potest primum locum appetere, & Imperatoris, vel Senatus Veneti decretum labefactare. Nam & si quis indebitum sibi locum vsurpauerit, nulla se ignorantia defendat, sitq; plane sacrilegij reus, qui diuina præcepta neglexerit, vt ab Imperatore Theodosio sancitum est. Et quamuis grammatici & reliqui secundæ sedis professores, Cæsarum legibus sint ad comitiuam & Vicariam dignitatem prouehendi, non inde sequitur, vt princeps inter Vicarios primatum non possideat, eoque vtatur, fruatur, & plene dominetur, si legibus, si Senatus Veneti consultis illa firmari, & niti apparet.

Pœna aduersus turbantē ordinem dignitatum.

Equitum origo & dignitas.

Equites diuersi sane generis sunt: primum Romani annulis & laticlauio insignes; deinde varij multiplicesq; quiniec, vt ex militari gloria orti sint inde equites Diui Stephani, Diui Michaelis, Sancti Ioannis Baptistæ, Diuæ Mariæ, Crucis viridis, & plerique alij, quorum originem, ritus, & instituta Volaterranus Antropologiæ lib. xxj. alijq; non inferiori fide, quam diligentia scriptis suis commendarunt. Rursus quia Pontifice Maximo, Cæsare, vel ab alio quouis principe equites creati, (quos auratos equites vocant) in diuersorum etiam generum sunt; alij multis legationibus pro republica functi, viri spectatæ virtutis, hac equestri dignitate præsentes à principe ornati, & insigniti fuere: nonnulli vero contra absentes, solis codicillis dignitatem illam adepti sunt, quibus idcirco codicillarium nomen impositum est. Quod si quis insignis eques Pisanus, in illa sua de dignitate equestri perteredita disputatione allegabis longe à veritate recedere mihi videatur: Dum equites deinde Romani imperij tempora minime distinguit, quibus cum multo maior equiti gloria, honosque attributus fuisset, ab illo deinceps splendore multis partibus recessisse videtur; Nam Romæ prius Senatum à populo, post equites lege Roscia à Plebe discretos fuisse, Alexander ab Alexandro genialium dierum commentariis, & Sigonius de iure antiquo Romanorum, tradiderunt. Qua sane lege plebem à se alienauit, equites verò sibi adiunxit Roscius Tribunus plebis. Romani equites ab initio maximo in honore, & splendore nimio fuerunt. Nam & præfecti prætorij munus, ad Titum vsque Imperatorem illi? astrarunt, sed defluxis moribus, vt inquit Alex. equites Romani magno absurdo pantominis aggregabantur, demumq; vilissima quæque mancipia seruitute exempta, in hunc ordinem ascissere, & equestri dignitate, ac prætorijs ornamentis honestare, vsus inualuit. Crescente deinde imperio Romano, aliæ leges, alia iudicia, alii honores, ordine æquestri multo superiores, introducti sunt, vt vltimum denique dignitatis locum veri equites Romani sustinuerint. [h] Quod si ita est, quid codicillari, absentiq; equiti, honoris nomine debebitur? Hi itaque præcipui dignitatis tituli [i] apud Romanos, vt à nobilioribus exordiamur, viguere: Superillustres, Illustres, Spectabiles, Clarissimi, & perfectissimi: equites Romani militari gloria insignes secundum gradum post Clarissimatus dignitatem tandem obtinuerant. Quare Tiraquellus [k] primum eorum splendorem intuitus, medium inter patricios & plebē locum eis constituebat: postea inclinatam eiusdē ordinis conditionem, turpi quæstu & lucro, quo sese emancipabat & redemptione vectigalis, & negotiationibus, quas Asia, & omnis Imperij Romani ditio longe lateq; exercebat, ex ipsis legibus & multis antiquorum auctoritatibus

f Lanfranc in tract. de mil. & Doc num. 66. ...

h l. prima. C. de eq. dign. l. 12.

i Hoto. in cō ment. verb. iur. dig. Dec. in l. a. ff. de off. eius, i prin. dd. & glo. in Auth vt ab il lustr. i verbo, post magnificentissimos.

k Tiraquell. de nobil ca. 37.

licet cognoscere, vt paulatim in contemptum ferè abierit & nomen & dignitas. Cœpit deinde sub Cæsaribus reuiuiscere: Sed & ex imperatoribus fuerunt, qui equites tanquam vilia capita in arenam descendere coëgerint. Ex hac varia & ancipiti multorum seculorum fortuna, milites illi, qui equites ex euentu aurati cognominati sunt, prodiere: qui cum pro Republica armis non certent, priuilegijs quidem militaribus nō fruuntur, aliqua tamen nobilitatis priuilegia, legitimandi scilicet & notarios creandi, vt recensuit Alciatus, l retinere videntur. Nec desunt, qui equites codicillares & simplices, ambiguè, aut (vt Dialectici loquuntur) per homonymiam equites habendos existiment, eosq; perinde à veris equitibus distare, ac doctor sine literis, à vero doctore omnibus literis & disciplinis imbuto differat; nec secus Comitem codicillarem sine comitatu, à vero & legitimo Comite, quàm hominem pictum à vero viuoq; homine discrepare. Atqui doctorem milite, vel equite longè digniorem, & quauis ratione præferendum, non ineruditè Lanfranch. Signorellus, & Bologninus, m alij: que in quæstione de milite & doctore, demonstrarunt. Quod si Doctores ius ciuile profitentes (vt ijdem asserunt) non profitentibus, hiq; etiam equitibus anteponantur, & primæ sedis interpres etiam professores dignitate præcedat, relinquitur, vt ceteris omnibus sit anteponendus, regula n præeunte; si vinco vincentem te, multo magis vincam te.

l Alc. in l. centurio, ff. de vulga. & pup. Cassan. de glor. mundi, par. 5. consid. 88.

m Lanfrāc. de milite & doct. num. 33. Mart. Laud. de prin. q. 65. Bax. Scala de conf. lap. lib. 2. c. 16.

n l. de accessionibus. ff. de diuers. & tempora. lib. præscrip. glo. mag. in l. assiduis. C. qui potio.

Solutio arg. q lōgiori tēpore profes. sus fuerit.

Quid vero prodest equiti, quod multos annos in iure ciuili publice docendo versatus sit? quandoquidem non tam referat quamdiu, quàm quid & qua methodo docueris. Hoc siquidem modo maximis virtutibus ad merita præmia aditu præcluso, ætatis & temporis iniuria, incredibili damno respublica afficeretur. Nonne Pompejo, Scipioni Aphricano, Alexandro & Cæsari maiori fuit ornamento atque honori, quòd à teneris annis præmaturè consulatum & imperium fuerint adepti? nonne maior debetur laus Iureconsulto, qui non in minimis, sed in maximis ab initio versatus, Pandectarum prius, deinde primariam iurisprudentiæ sedem, diuini numinis & Senatus Veneti aura spirante, citò & feliciter ascenderit?

o Dec. in l. cū quid. nu. 44. si cer. pet. p l. 1. & 2. C. vt dig. ordo. l. 1. C. de pr. sacr. scrin. li. 12. not. in c. statuimus, de maior. & obedien. Cassan. de glo. mun. par. 2. consid. 33. Iason, cō. 93. o. 2. uolu. 3. q Cassan. p. 2. consid. 37.

Solutio argum. q natu grandior.

Quid prodest, quòd grandior natu? quasi vero Iurisconsulti o seniorem, vel antiquiorem eum non interpretentur, qui gradu, prudentia, & auctoritate alijs præstiterit. Quid præsidij afferre possunt leuia, infirmaq; adeo rationum momenta, quæ nihil habeant vnde, quod expectatur, concludant, nisi in æquo & pari dignitatis gradu ac genere? nec enim ratio temporis, p vel tale quidpiam spectandum est, vbi maior est dignitas.

Solutio argumenti, q maiora capiat stipēdia.

Quid prodest eum maiora capere stipendia? nonne Iasoni à Cassaneo q datur palma, quod ducentos supra mille aureos mereret, quot Bartolo, Baldo, & Alexandro à principibus nunquam attributi fuere. Vnde hodie eximius legū Coryphæus Guidus Pancirolus maiori laude exornandus, quòd centum supra mille aureos annuos à Senatu Veneto iure & merito accipiat. Qua sanè argumentatione eques inter pares vti posset, non autem inter impares. Sed vt illud argumentum eo magis corruat, quæso aperiat & ostentet sua equestris dignitatis diplomata, vt quæ qualiaq; sint, appareat, quotque quantaq; Gymnasij stipendia. Ego vero mea ipsi (cum ad hunc locum res venit, vt mihi per eum nō liceat intra modestiæ cancellos me continere) exhibebo & respondebo, quibus me in Italia & extra fines Italiæ à publicorum Gymnasiorum præfectis, iuris ciuilis publicè è prima sede interpretandi causa fuisse accersitum, ille intelligat: qui anno superiore cum venissent Patauium (nescio quo bono meo fato dicam) summa eorum gratia & publicè ab eis auditus, & equite aurato atque doctore præterito, Angelus Matthæacius in hoc antecessorum ordine (absit verbo

arrogan-

arrogantia) quasi antesignanus delectus, prælatusq; fuerim, id quod familiarissimis meis legum studiosis compertum est, & publici ostendunt codicilli. Quod si meo principi, si senatoribus, quibus me totum debeo, & quorum perhonorificas conditiones mihi delatas semper magnifeci, labores, operas, & vigilias meas, potius, quàm exteris principibus, locare atque dicare maluerim, non est sane, quamobrem quisquam id mihi vitio vertere debeat, aut possit.

Solutio arg. ab equestri gloria & belli specie.

Quid vero prodest ei equestris illa gloria armorum, belliq; specimen codicillis & diplomatibus, non re ipsa confirmatum? Nonne & illa cum cæteris communia, iurisprudentiæ, eiusq; cultoribus cedere necesse est? quid ni? Nonne virtus propter se, illa vero propter aliud expetuntur? Nonne, quæ gloria Iurisconsultissimo debetur, ea vigilijs, laboribus, ac virtutibus eius debetur? vt de iurisconsulto uerè dicere possim, quod Cicero de Caio Cæsare dicebat, Totũ hoc quantumcunque est laudis (quod certe maximum est) totum, inquam, est tuum, nec quicquam tibi ex ista laude fortuna, nihil miles, nihil centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil tibicines, nihil turma decerpere potuit. Qua ratione Baldus [r] etiam Doctorem equiti anteponendum clarè existimauit.

Arg. 1. Solu.

Quid vero adiumẽti aut vtilitatis publicè ciuibus affert hoc equitis nomen, si imbellis fuerit?

Quia vero censuit vnus Iecioribus adeò inductus rationibus [s] auratum equitem à Rege legitimè creatum, in actibus promiscuis, Doctori inferiori publicè etiam profitenti, anteferendum esse, non ei tamen Doctori, qui ann. xx. ordinariè fuerit professus, multoq; minus iurisconsulto, qui in profitendo Patauij principatum obtineat, liceat mihi Alexandri [t] rationem, qua Doctorem clarissimum esse, & inter clarissimos cooptandum, attestatur, & Homodei [u] eruditissimas consequentias obiicere: Doctor, inquiunt, xx. annos ius ciuile interpretatus comitiuam primi ordinis & Vicariam dignitatem consequitur; Ergo illustris, vel spectabilis euasit: Ergo antequam xx. annorum munus expleuisset, clarissimus erat: quare equitem antecederet, cui locus post clarissimos à lege [x] præscriptus est. Præterea, qui ad maiorem dignitatem peruenire potest, eo dignior est, qui eam nunquam se consecuturum speret: sed eques [a] ad illustris, vel spectabilis titulum, ad quem prouehitur Doctor, nunquam aspirare potest. Doctor igitur multo digniore atque nobiliore loco est, quàm eques. Nec quisquam poterit iurisconsultum in illustri loco constitutum, [b] vel ordinariè docentem iure post clarissimos collocare, cũ satis honesta ipse dignitate atq; iurisdictione inclaruerit, cumque inferiorem eo perfectissimam esse ostendat lex [c] ipsa. Si Doctor igitur ordinariè professus, est prorsus equiti anteponẽdus, quantò magis, qui xx. annos professus, quantò magis qui primum Doctoralis dignitatis gradum habeat? Sed idem noster eques longe maiorem esse equitis, quàm Doctoris dignitatem putat. Non iam Alexandri ab Alexandro auctoritate, aut testimonio, non antiquitate sumpta à temporibus florentis Imperij Romani (nam eam declinasse [d] tandem supra ostendimus) nec de Romano amplius, sed de codicillari equite agitur. Sed qua tandem ratione, obsecro vos, id probauit [e]? An forsitan Pontificis, vel Cæsaris edictum opponet; TE EQVITEM AVRATVM FACIMVS, ET CREAMVS, TITVLOQVE AC DIGNITATE DECORAMVS, AC STEMMATE AVRATAE MILITIAE INSIGNIMVS, VT TORQVIBVS, GLADIIS, CALCARIBVS, VESTIBVS, ET EQVORVM ETIAM PHALERIS SPLENDIDE VTARIS. Adde illustria nomina mille, quid inde? An non Imperator te duntaxat equitem creauit, an verò te supra equestrem dignitatem euexit? Non puto. Sed esto. Qua ratione id probauit? an forsan consuetudine aliqua, quæ alicubi gentiũ inoleuerit, qua

[r] Bal. in proemio feud. nu. 22.
[s] Pisan. de equest. dign. nu. 80. 81.
[t] Alex. in l. 1. nu. 2. ff. eius.
[u] Homod. in tract. de mil. & doc. n. 10.
[x] l. prima. C. de profess. qui in vr. Cõstã. l. prima. C. de com. & archiat. li. 12.
[a] Pisan. ibid. nu. 95.
[b] c. quanto, de magistr. auth. habita. C. ne filius pro patre. Laufr. ibid. nu. 42.
[c] l. prima. C. de perfectiss. dign. lib. 12.
[d] Pisan. ibid. nu. 80.
[e] l. prima. C. de equest. dign.
[f] Pisan. ibid. nu. 10.

equites Doctoribus præirent? quibus, amabò te, Doctoribus? an ijs, qui in primo profitendi gradu collocarētur? minime vero: Sed, vt, vt, res ibi sese habeat, id detur consuetudini: detur abusui, satis omnibus patet, Venetijs, Bononiæ, [f] & Patauij alios ritus, alios mores vigere, vt Baldus, Lanfranchinus, & alij, vt iurati testes, vt acta publica Patauij confirmant, primæ scilicet sedis interpretes, Doctoribus cæteris eiusdemq; equitibus antecedere, non solum in Lyceo, verumetiam in vijs publicis, progredientes, sedentes, iudicātes, & alios huiusmodi actus exercentes, quamuis tamen equites Doctoribus aliquibus præire possent. Præterea, Doctorem profitentem, opinatur, [g] militi cuiuslibet ordinis Stephani, vel alterius Diui, anteponi oportere, quia non tantum, inquit, hi milites possunt habere prærogatiuam, cum non ab ipsomet principe, sed ab inferiori, eis tributa fuerit equestris dignitas. At repugnantia mihi loqui videtur. Nam si Doctor (vt fert illius opinio) sacrorum ordinum militibus præsertim Rhodijs vel Melitensibus bellica virtute claris præferendus, cur cæteris equitibus auratis non præferatur? an quia hi sunt Cæsarea manu, vel apud Cæsarē cincti, & equestribus insignibus decorati? Quæro, an hæc leuissima quidem differentia speciem efficiat diuersam, an vero vtrique ordinum scilicet & Cæsaris equites, veri sint equites, quibus vltimus dignitatis ordo lege debeatur, an illi, inquam, superent hunc vltimum dignitatis locum, vt possint inter clarissimos connumerari. Atqui satis omnibus constat vtrosque ad vnum gradum restringi, vnumque esse dignitatis genus. Quòd si Doctor fortissimis etiam Melitensibus equitibus anteponitur, cæteris etiam auratis equitibus, nedum codicillaribus, anteponatur, necesse est. At si mihi dixerit, Cæsareæ, vel Regiæ manus ducendam esse rationem, non autem differentiæ, quæ speciem constituit, protinus rogitauerim, an coquus [h] Imperatoris, vt qui sit à Cæsare institutus, propterea his equitibus anteponi debeat? Neque inficias eo, aliquod esse inter eos discrimen: digniorem q; esse eum, qui coram Cæsare aurato ense cinctus & calcaribus indutus fuerit, quàm qui ab alijs eadem ornamēta susceperit, quàm qui codicillis eques creatus fuerit.

f Pisan. ibid. num. 9. Bald. quem sequitur Lanfrāc. nume. 66.

g Pisan. ibi. nu. 90.

Doctor dignior equite Melitense, & Hierosolimitano.

h Cassan. p. 11. confider. 35. & par. 6. consid. 38. Andr. Sic. de præst. Card. q. 5

Quid iuuat ei doctoralem & equestrem dignitatē coniūgere, si hoc argumētum inter eos solum, qui pares in gradu, nō autem impares sunt, valere. Annan. [i] & Cassaneus [k] rectissimè arbitrati sunt; Si Romanus [l] de iure egregiè responderit duas pluresve dignitates inferioris gradus non iccirco eam, quæ eminentior est, excellere. Idem enim Baro, Marchio, & Comes, nunquàm ducem, neque Dux, idemq; Comes, Marchio, & Baro Regem dignitate superare poterit. Pari ratione, idem iuris ciuilis, medicinæq; Doctor, & eques, non erit, quotus, quantusq; sit sacræ Theologiæ Doctori præponendus. Quare si doctoralis, equestrisq; dignitas, in vno eodemque homine coniunctę, reddunt eum simplici equite potius quàm simplici Doctore digniorē & superiorem, nūquàm tamē aggregatæ poterunt insigni Doctori & ordinariè profitenti, nedum primario comparari. Primus enim loci principatum iure optimo sibi vendicat. Cæterū res agitur Athenis, hoc est, in Patauini Gymnasij luce, inter professores. Ergo hæc coniungi nequeunt, quod ab Aristotele [m] enucleate & subtiliter probatū est, qui boni ciuilis & honoris longe maiora tribuenda esse illis affirmat, qui cęteris præstant, quod in scientijs, inquit, & in artibus manifestè patet. Pares. n. sunt musici & tibicines. Si igitur artem circumspicias, danda non erit tibiarum prærogatiua ei, qui se equitem, vel nobiliorem dicat (neque enim eo melius canet, vel modulabitur) sed ei, qui in illa arte excellit, quod etiam clarius à nobis inferius declarabitur.

i Cassan. pa. 6. consid. 3.

k Cassan. p. x. consid. 33.

l Rom. consi. 338.

Solutio arg. q vtraq; dignitas doctoralis & equestris iūg: nequeant.

m Arist. Polit. 3. c. 8.

Quæ vero ratio est, vt eques non in Gymnasio, sed in vijs publicis de honore

De loco.

re contendat? Si leges reclament, si sit communis iurisprudentum in hac sen tẽtiā consensus, Doctorem in actibus promiscuis, vel neutris equiti esse anteponendum, quantò magis primarius Iurisconsultus superiorem honorem promerebitur? Et quoniam de loco agitur, meridie clarius est, in nobilissimo Collegio Patauino equitibus non decedi, non Illustriss. Episcopis, nõ præclarissimis Venetis, non alijs ecclesiastica, aliave dignitate ornatis: sed qui primus est in albo Doctorum conscriptus, præcedit, cęteri pariter ex ętate censentur, & ita consequuntur. quem ordinem seruamus, quoties collegiatim in publicis supplicationibus ad sacra templa Deum Opt. Max. Diuosq; veneratum accedimus. Vbi vero non collegiatim, sed libere progredientes, quotannis certis statisq; diebus, Diuæ Catherinæ ecclesiam petimus, qui in primo iuris ciuilis folio profitẽtur, tanquàm antesignani ordinem ducunt: idque etiam in moribus & consuetudine perpetuo mansit. Cumque res agitur inter iuris antecessores, non est discrimen in publicis scholis & vijs adhibendum, nisi virtutes à vijs publicis exulare velimus; tum, quia magnifico & splendido vniuersitatis Rectori, ex instituto & legibus Academiæ, Senatus præterea decreto, non in Gymnasio solum, sed etiam foris à cæteris de via deceditur; tum quia Patauium studiosis Athenæ, & tota ipsa vrbs Pataujj ad extrema vsque mœnia est Lycei instar. Quare dum Scholarium campana pulsatur, interea studiosi iuuenes ad quædam ueluti oracula, domos professorum adeunt, ut eos in Gymnasium deducant: & post auditam legum interpretationem plura ex eis quærentes, multa vltro citroque disputantes per vrbem progrediuntur, multumq; intra domesticos parietes, aliqua sibi explicari, quæ incidunt obscuriora, postulant, adeo vt Patauium omnium optimarum disciplinarum emporium, ciuitatum omnium ornamentum, & rerum publicarum columen iustissimis de causis & sit, & vbiq; habeatur. Cæterum & hoc cogitandum est: præstantissimus & nobilissimus Ottonellus Discalcius collega meus (quem honoris causa nomino) duplici equestri dignitate, & iuris legumq; prudentia excellentissimus, illa tamen moliri & attentare cõtra primarij loci professores, animo nunquam agitauit. Cur ergo venire in mentẽ potuit, non Veneto, sed alieno equiti, vt extra limites & terminos imperij tantum ius, tantam potentiam sibi assumeret, & senatus decretum, Academiæ morem, atque instituta turbare ac funditus euertere conaretur? Quod si quilibet æqualis [n] æquali maior sit: si inferior etiam maior superiori in sua ditione, vt Rex in Regno; Si Proconsul maior Prætore in sua prouincia; si Episcopus Cardinali & Archiepiscopo superior in sua diœcesi, primarius Patauij professor, qui à Senatu Veneto hunc honorem, hanc dignitatem accepit, Patauij equiti peregrino eique multo inferiori decedet? Verum demus, eum posse voluntariam hic exercere iurisdictionem, sed quo iure litigiosam & publice perniciosam poterit? & eis insultare, qui pro imperii vestri amplitudine & dignitate in vrbe, quæ sit vestræ ditionis & potestatis scholis vestris præfecti sunt? Hinc Ruino, [o] Iasoni, & aliis de iure consulentibus respondere placuit, non posse Cæsareum equitem natales restituere, hoc est, legitimare in vrbibus Venetorum, [p] vtpotè, qui quàmplurimos annos merum & mixtum imperium feliciter tenuerint, ac teneant, nec alium quemuis, præter ipsum rerum omnium conditorẽ ac parentem, superiorem agnouerint. Imo Romanus Pontifex [p] suam quamlibet amplissimam natales restituendi auctoritatem, ad Ecclesiæ subiecta loca restrinxit, nec vlterius eam ad aliorum Regna vel imperia transfundi passus est. Nec eques Cæsareus in locis, Pontificis imperio parentibus, nec Pontificius in eis, quæ sunt imperii Cæsaris, hoc ius exercere potest. Nec me latet alios [q] existimare, equiti extero licere in locis imperij Veneti similes actus edere, hac vna

Solutio arg. q extra Gymnasiũ eques p:cedere debeat.

Ne virtutes exulẽt à vijs publicis.

n l. apud, cũ gl. de mann. mis. gl. in l. nihil. C. de palat sace. larg. Alber. de dalis in l. in hac C. de donat. Petr. in l. vlt. nu. 78. & 79. de iurisd. om. iud.

o Ias. consi. 70. volum. 3. Ruin. 66. nu. 10. vol. 3.

p c. per venerab. qui fil. sint legit. c. solitę. de maior. & obed. c. nouit. de iudic. no t. in c. 1. de ope. no. nun. & in ca. ecclesia Sanctę Mariæ, de constitut.

q Anch. cõs. 3. & Per. Le-

mander, ſ oner. Doct. in 3. parte. q. 10. Caſſan. de gl. mun. p. 10. conſider. 31. Fel. in c. cautam, de reſcr.

vna ratione, quod ea conſuetudo à ſenatu vetita, aut impedita non ſit: quæ ſane conſuetudo, an legib. veſtris conſentanea ſit, an de ſententia principis ac Reip. probata, an vero potius reijcienda, veſtrum eſt hodie iudicium viri ſapientiſs.

Sed iam quæ dicta ſunt, meritorum in Rempub. comparatione firmanda, veniunt. omnes perpetuo laude & exiſtimatione digniorem eum cēſuerunt, [r] qui maiora atque illuſtriora in Remp. beneficia confert. Sed iuris interpretes, iuuentuti vndecunque huc ſtudiorum cauſa confluentiūm ingenia, legibus excolenda, animoſq; iuſtitia informandos, tanto ſtudio, cura, & fide exercent, vt magnæ vtilitates vniuerſo terrarum orbi inde accedant. Quid ni vero? quot enim & quanti iuriſconſulti indidem oriuntur? quot ciuitatum oratores? quot præſides? quot iudices? Conſiliarij? Aduocati? Patroni? quot denique, qui neceſſariam & opportunam legationem ad exteros Reges & Principes pro patria, pro ciuibus ſuſcipiant? An non etiam Summi Pontifices inde emanarunt? Quin & in alto & ſacroſancto Ieſu Chriſti ſolio, hodie Sfrondatus pietate, integritate, religione, & omni virtutum genere in hac Academia à teneris annis eruditus, iure merito ſedet, atq; vniuerſam Chriſtianam Remp. piè, ac ſanctè regit, & moderatur? Horum interpretum conſilio & grauitate, in explicando, diſceptādo, & iudicando, omnia quaſi ſole illuſtrantur, vt in decore ornatuq; proprio reſplendeant. Quare, vt Imperator [ſ] teſtatur, horum doctrina, præcipuè vero eorum, qui primam tenent ſedem vniuerſus mundus ad parendum Deo, & Principi illuminatur, vtq; Pontifex Romanus ait, fulgent Theologi, Pontificij, ac Cæſarei Doctores, veluti ſplendor firmamenti & ſtellæ micantes, quæ vniuerſum terrarum orbem irradiant. Quamobrem vbique gentium expetuntur, coluntur, obſeruantur. Equites contra, quibus meritis ſe poſſunt extollere? quæ ſi illis maximis conſerantur, nonne depreſſa; nonne obſcurata iaceant? liceat religioni, ſit & piaculo, dignum diuina cum profanis comparare, ea tamen culpa non in me, ſed in alienam cupiditatem transferenda.

r Ariſtot. 1. Rhetor.

Confirmatio à maio i bono erga Rempub.

ſ auth. habita. C. ne fil. pro patre. c. ſuper ſpecula. & c. quanto. de mag. & c. 1. de mag. in 6.

Sed rem hanc dilemmate etiam facilius diluo: Aut equeſtris illa ipſa dignitas eſt animi virtute parta; aut aliunde ex bonis fortunæ quæſita: ſi virtute parta, ea nihil decoris vſquam poteſt iuriſconſulto, legibus ac iuſtitia religioſo & perfecto adiungere: maius enim lumen minori obſtruit. Quinimo, vt ſint rationes omnes in Deo, vnus eſt tamen Deus, vt fluuij omnes in mari, vnum tamen eſt mare, vt anima vegetatiua & ſenſitiua, [t] vna tamen eſt anima, haud aliter atque trigonus in tetragono. Sic equeſtris dignitas, ſi à fortitudine, quæ heroica virtus eſt, aliave demanarit, vna [u] eſt tamen ipſa virtus animi, quæ cæteras etiam virtutes complectitur, nihil ut ab equeſtri ordine ad eam poſſit accedere. Ergo iuriſconſultus eques, iuriſconſultus ſolus, non etiā eques, eoq; magis quod inter iuriſconſultos hæc quæſtio & controuerſia agitetur. Si vero ex bonis externis quæſita, cum fortunæ bona animi bonis minime ſint comparanda, confer torques aureos, calcaria, gladium, inſignia, ſtatuas, monumenta; Ego cum Marco Cicerone [x] reſpondebo: ſi in alteram lancem animi bona impoſueris, in alteram corporis, & externa omnia, tantùm propendere illam boni lancem videbis, ut equitem, terram, & maria deprimat. Aut igitur Doctor, & eques non poterunt coniungi; aut ſi coniungantur, illa nomina non poterunt primario iuriſprudentiæ profeſſori vlla in re officere.

Dilemma.

t Ariſt li. 2. de anima, tex tu. 31

u Ariſt. 5. eth. c. primo.

x Cicero Tuſcul. 5.

Sed ad honorem veniamus. Felicitatis humanæ præcipua etiam bona, honorem ac virtutem exiſtimauit Ariſto. [a] honos autem præmium virtutis dicitur. Et hinc eſſe, quod Romani templum virtutis, atque honoris ita conſtruxerint, nullus, ut aditus ad honoris templum, niſi per virtutis fanum pateret; ſapientes honoris ſtudium, & ignominiæ atque infamiæ acerrima duo eſſe incitamenta

Confirmatio ab honore.

a Ariſt. primo Rhet.

arbitrati

arbitrati sunt, quæ hominem ad summũ gloriæ ac felicitatis culmen & apicem eueherêt. Et hoc est illud, quod poeta canit.

Excitat auditor studium, laudataq; virtus
Crescit, & immensum gloria calcar habet.

Itaque his leuioribus prætermissis ad singularia, & grauiora orationem nostram conuertamus. Honorem sanè cum Aristotele b & nostræ ętatis philosophorum principe, illiusq; interprete Piccolomineo c diffiniamus, & eiusdem accidentia aperiamus. Honor igitur virtutis est præmium, quod viro probo impertitur, quo eius virtus emineat, cæteriq illius exemplo ad virtutem alliciantur. Proinde ponimus honorem esse honŏrantis, vt subiecti; & esse honorati, vt dignioris causæ: haud secus ac motui accidit, qui non magis est motoris, quàm mobilis, quamuis sit actus mobilis, vt in mobili. Quo fit, vt honos pro virtute ac pro meritis sumptus, honorati sit: pro materia vero, vel signo (quod extrinsecus declaratur) sit honorantis: quasi duo videantur honores, sed prior sit longe dignior. Quare quis neget, eum esse prœponēdum, qui maiore sit honore, quique maioribus virtutibus & meritis in ciuitate, vel Repub. præ cęteris emineat? primus hic certè honos doctori leges profitenti, alijsque: Secundus verò codicillari equiti competit. Primus longè præstantior, quippe qui ab alijs eripi non possit, longeq; facilius videatur, clauam è manibus irati Herculis eripere, quàm huius vel minimā partem imminuere. Quare Chrisostomus honorem verum, virtutē animi esse scribit, nec ab Imperatoribus præstari, nec adulatione, nec pecunia parari, nihil fucati, nihil simulati continere, & huius nullum dari hæredem: virtuti siquidem perfectę, nullus pro dignitate honos d satis magnus haberi potest: quem vt consequerentur heroes aliqui, incredibili contentione & studio inflāmati, nec maximis laboribus, nec summis vigilijs, nec longis peregrinationibus, nec arduis periculis pepercerunt: nam cui non sunt Iuliani, Pauli, Vlpiani, & aliorum Iurisconsultorum noti labores, notaq; præclara eorum monumenta? cui non sunt auditę Demosthenis lucubrationes? quis Platonē, Pythagorā, & Democritum nescit, parandi huius honoris gratia, totum penè terrarum orbem peragrasse? quis Solonis diligentiam? quis Euclidis patientiam? Chrysippi labores? Carneadis industriā ad eandem glorię metam pertinentē non legit? non admiratus est? Hic tandem est ille honor, quem ut accerrimè tuerentur Esaias e propheta & Paulus Apostolus, f vitam nedum sanguinem profundere libentissime voluerunt: Dum ille gloriam meam, inquit, alteri non dabo; & hic, bonum est mihi magis emori, quā vt quis eneruet gloriā meam. Est autem alius honos, quo eques auratus afficitur, medius inter honorantem & honoratum, puta qui ab honorante ad honoratum transit, eique potest detrahi, vt torques, laticlauus, & anuli. Huius generis honorem sapientes pro contemptissimo habuere, primum nimirum coluerunt & amarunt, cuius causa licuit philosopho opes fortunę proijcere, eisq; vltimam salutem dicere. Nota enim est illa vox: Valete improbę cupiditates: ego iam uos mergam, ne ipse mergar à vobis. Quisquis enim hunc externum concupiscit, solidum verumq; honorem contemnit, negligitque. Nam si ipsum primo loco & gratia sui, non vt signum, & gratia alterius anhelat, in errore maximo versatur, & honoris conditionem subuertit, seque adeo honore indignum præstat haud secus, atque ille, qui cathedram nullo merito suo occupauerit. Nam (vt Pontifex g ait) qui bene sederit super cathedram, honorem consequetur cathedræ: qui vero male sederit, iniuriam faciet cathedræ. Ex his iam patere arbitror, quisquis honorabilior fuerit, eundem præstantiorem videri. Vtri autem deferendus sit honoris principatus, primario legum professori, an equiti aurato, sa-

b Arist. 1. & 4. Eth.
c Picolom. virtut. gra. passim.
d Arist. Ethi cor. 4.
e Esaias ca. 42.
f Paulus ad Corinth. pri. c. 9.
g c. multi sacerdotes. dis. 41.

tis superque ex his, quæ hactenus disputata sunt, cognouistis.

Cóclusio decisiua.

Superest, vt adducamus, quibus hæc omnis controuersia plane dirimitur, quibus sane acquiescere vel inuitis necesse est. Priore loco responsa prudentũ recensebimus; Cõpertissimum est, inter generosos milites, ac insignes Doctores diu exagitatã, demumq; ab Alexandro [h] diffinitam fuisse quęstionem; & pluribus calculis Alexandri sententiam receptam; quæ quidem fait, vt in Doctoralibus actibus Doctores, in militaribus milites præferrentur; in neutris vero, uel indifferentibus Doctores præcederent, qui existũt ad latus principis, quique sunt in eius diademate conscripti. Secundum locum teneant milites, qui præsunt ad latus principis, uel qui sunt equites Rom. Tertium obtineant gradum Doctores, qui non sunt ad latus principis, nec in eius corona conscripti; Quartum simplices milites possideant: Quintum Doctores minimi. Hæc sane Alexandri & communis sententia, quamuis prima fronte rudis & leuior videatur, ea tamen potest sic egregie declarari. Si genus [i] generi præstat, maximum etiam huius, maximo illius præstabit; exempli gratia: Si orator medico fuerit præstantior, maximus orator, Demosthenes, vel Cicero vtique pręexcellet maximum medicum Galenum, vel Hippocratem. Si iustus dignior est forti, Aristides profecto dignior erit Themistocle: Si denique Doctores militibus præeunt, certe maximus Doctor maximum antecedet militem, equitem, Comitem, vel militum ductorem. Quoniam vero in vnoquoque genere latitudo inuenitur, fit nimirum inde, ut nec mediocris orator maximo Hippocrati, nec mediocris iustus maximo Themistocli, nec mediocris Doctor maximo militi, nec gregarius miles, nec eques codicillaris amplissimo Iurisconsulto sit anteponendus. Quamobrem generis cuiusque exuperantia suis proprijs gradibus & rationibus (ut ab Arist. declaratum est) rectè spectanda venit. Conueniunt præterea omnes, in actibus etiam indifferentibus, siue neutris eos iurisconsultos equitibus anteponendos, qui apud principem iurisprudentia resplendent: Sed Patauini Gymnasij professores sunt in diademate principis cõscripti, quoniam à Senatu delecti, & Patauium missi, vt leges publicè interpretentur, hõrumq; operam Resp. Veneta in rebus arduis adhibere solet, quibus etiam incumbunt iurisconsulti insignes, qui Serenissimi Dominij Consiliarij creati sunt, munusq; suum à Rep. sibi demandatum obeunt: Sunt igitur equitibus præponendi, ijsq; præterea omnibus, quorum nomina non sunt in principis corona inserta. Sed iam ad Imperatorum [k] sanctiones transeamus, quibus placuit grammaticis, medicis, & iurisperitis, qui publice profiterẽtur Comitiuam primi ordinis, & Vicariam dignitatem elargiri.

h Alex. in l. Cẽtaria. nu. 13. 14. de vulga. & pupil. Homod. Lanfranch. & Bolog. in tract. de mil. & docto. Boer. de aut. mag. cõs. 20. & 95. Petrus Lauder. de poer. doc. parte 3. q. 6. Cassan. pa. 9.

i Arist. pri. Rhetor.

k l. prima. C. de profes. qui in vrbe Const. l. 1. C. de com. & archiar. sac. pal. lib. 12.

l l. prima. C. de off. Vic.

IMPERIALIS CONSTITVTIO.

„ In ciuilibus [l] causis Vicarios Comitibus militum cõuenit anteferri, in militaribus negotijs Comites Vicarijs anteponi, quotiens societas in iudicando contigerit. Primo loco Vicarius ponetur, Comes adiunctus accedat; Si quidẽ præfecturæ meritum cęteris dignitatibus antestat, & vicaria dignitas ipso nomine eius se trahere indicat portionem, sacrę cognitionis habeat potestatem, & indicationis nostræ soleat reprę sentare reuerentiam.

Hæc nempe constitutio loquitur, antesignanum Doctorem præferri non solum militibus, verumetiam militum Comitibus, non solum in Doctoralibus rebus, sed etiam in cõmunibus & neutris, ut ab omnibus rectè passim interpretatum est. Ex his sequitur iurisconsultum ordinarie profitentem, licet ann. xx. professus non fuerit, nedum primum gradum obtinuerit, si non Comitibus militũ, saltem militibus & equitibus auratis, codicillaribusque esse anteponendum.

Denique

Denique ne amplius in re tam manifesta hæreamus, En sancrosancti Pontificis Rom. Pij Secundi, & Sacri Imperatoris Sigismundi, aurea prorsus sententia hic disertè adscripta.

„ Georg. Fistellius, cum esset Doctor, à Sigismundo Cæsare equestris militiæ
„ insignia suscepit. Exin, cum Basiliensem Synodum adiisset, & consultante
„ de rebus arduis Sigismundo, dubius an Doctoribus legum coniunctis in
„ vnum locum, aut se equitibus ab illis in alium separatis, coniungat: cumque
„ tandem ad equites inclinaret, stulte agis, inquit Sigismundus, qui literis mi-
„ litiam præfers? Nam ego milites mille vna die fecerim, Doctorem mille an-
„ nis non fecerim.

Quid verbis opus est? Patet ne iam, vt Doctor, etiā si non profiteatur, aurato tamen equiti sit anteponendus? quanto verò magis codicillari? Sed Doctor publicè professus non professis anteit, inter eos, qui profitentur, qui primus est, anteponitur. Primæ igitur cathedræ iuris interpres principatu sine controuersia potietur.

Reliquum est, Serenissime Princeps, Vosque sapientissimi Patres, vt Patauini Gymnasij, huiusq; primæ sedis honorem vobis ita commendem, vt ab hoc calamitosissimo naufragio, quod impendet, pro vestra in omnes benignitate & sapientia incolumē tueamini, ne qui post me hunc locum superiorem ascensuri sunt clarissimi, & omni virtutum genere ornatissimi viri, de dignitate, de fama, de gloria periclitaturi, deterreantur, & quasuis cōditiones à Senatu oblatas accipere metuant, aut etiam recusent. Est verò id in omnibus excelsi animi uiris natura comparatum, vt nulla ratione, aut spe valeant honorem & nominis existimationem in discrimen adducere, non aliter atq; Antigonum Regem à sceptro & diademate abhorruisse ferunt; quòd id tot aduersæ fortunæ procellis, tot bellorum cladibus, tot militum vulneribus, tot cędibus tinctum & cruentatum prospiceret. Quare sibi pallio & tiara ostensis dixisse perhibetur: ò nobilem magis quam felicē pannum, quem si quis penitus intueatur, ne humi quidem iacentem tollere velit. Quamobrem, inclyte Princeps, hæc vota mea (quę tibi supplex nuncupo) fac vt rata sint, & quemadmodum Deus ipse rerum omnium parens Angelorum prælium, ita dissoluit, & hierarchias omnes ita constituit & firmauit, vt ipsi Angeli, diuina aura spirante, amplius labi, aut errare non potuerint, ad eūdem modum, optime & clementissime Princeps, vosq; Patres amplissimi, hanc de gloriæ principatu litem ita dirimite, ita componite, ut in posterum ad discordiam & contentionem honoris ergo iter pateat nemini, vt qui principem gloriæ locum appetebant, vestro tandem iudicio acquiescentes, altiores illos spiritus demittant, minusq; inuidiosam submissionis laudem aucupentur, vt eo superiores, quò se inferiores gesserint, ab omnibus merito prodantur, vtque ego, quem honorem de vestra manu accepi, illum nullius cupiditati subiicere pro meo iure debeo, eundem vltrò animo humillimo equitibus ipsis, & quibusuis alijs, vestra pro benignitate & imperio aliquando deferre valeam.

F I N I S.

AD ANGELVM MATTHAEACIVM IVS CAESAREVM EX PRIMO LOCO PATAVII MANE PROFITENTEM, PRAECEPTOREM BENE DE SE MERITVM

Franciscus Pola, Iurec. Veronensis.

QVIN ego non alio prorsus te digner honore,
ANGELE, quàm Veneti Patres, sanctusq; Senatus,
Quàm tua te virtus varijs clarissima formis.
Tu penitus verum scrutaris viscera matris;
Tu Themidos tu templa tenes munita serena
Legum doctrina; quarum mysteria fundit
Lingua tuo suauis diti de pectore genti,
Ad tua quam mittit mirans oracula Mundus;
Meduaci ad ripas, queis matutinus in oris
Ante omnes primus solio profaris ab alto,
MENOCHII solus magni successor, & hæres;
Despicis inde omnes alios, præstante labore
Qui toti incumbant ad eandem emergere sedem;
Vna dumtaxat, sine his Astræa corona
Tempora velaris, varie seu stemmate læti
Strata per, & vicos incedant, omnia frustra,
Ex infinitis quando illos gloria nulla
Exæquare tibi valeat, vel ponere contra.
Sic passim video Lunam, stellasq; minores
Titani nullas offundere posse tenebras,
Multiplici quamuis distinguant lumine Cælum,
Ille vno quàmuis conuisat lumine Cælum.
Tento ego quinetiam vano fremere arma tumultu
Te aduersum, sæuire minis arma irrita vanis:
Spero equidem, spero; concedet Laurea linguæ;
Cedent arma togæ; fortis feret arma disertus.
Sic quondam Musis victor Pompeius Heros
Fasces submisit, fasces, quos sanguine nuper
Tinxerat hostili, quos contra attollere nunquam,
Aut animum, aut oculos vlli potuere Tyranni.
Ast tua ne metuant vnquam certamina solui,
Quæ nunc victuris mandas, doctissime, chartis:
Laudentur, placeant, vigeant, relegantur, amentur.

FINIS.